Universidad de Deusto
Biblioteca

De electis occasionum, ex Ambrosio
Temporis Abundantia sedulit solitudo
occasio considerationis Pura scilicet fuit in
Deserto aqua, et Jordan in solitudine

IHS
BIBLIOTECA DE LOYOLA.
Sala
Estante
Plúteo

Estan las Aves Jam encarcelados, q̃ ora rey Jor
Acordando se gestum en gaia San de Melancho
liza y en galtando rey El Gram
Vistan los fuertes Jam realidos, q̃ como aprecia
dos no ay ad ellos Jamas
El Sol de Lacedia Jam obscurecido, q̃ corpe la nubes
y si el sobre le parece q̃ no esta solo esta Malacom
panado, quia cum a corpi et q̃ solitary

Cotra el Jueves, quia calumniis [illegible]

. 2ª Jent est. Dubia, qn ex occasione loci et Circumstantiarum
quæ in ea simplicitate continentur, et diversis cogitationibus
Repartur.
In Sac. constituit, Sopitas naturalitate dicebat. Job. 20.
Idcirco cogitationes meæ variæ sunt quia dum Ad cumenis
mea ad dit. gr. [illegible]
Vide Sanc Dentat. In Christo, Ratione loci et Circumstantiæ
. 1º ducitur enim in desertum, Deserti nubes et solitudo ne
occasio diversæ Tentationis.
num Dnc aliquos. Ait Chrisost. Sorte ag. In Matthæum. Nec
Tentat. Dubia Diabolus aggredit cum videt solos et abali
Consortio segregatos, et constitit Gen. 3º. In Mulier solam
illam expedientem atque a viro separatam.
Hoc Periculum Solitudinis discernabat sapiens, cum dicebat. Væ soli
quia si ceciderit non habet subleuandum Eccles. 4º
et Ideo. Sentit ergo velut pœna solitudo Jugum durum, quia cum
Maculatus fuerit Leprosus solus habitabit extra castra
et Isaiæ. 24. Ego dixi non patiens. Transmigrata et Af
flicta, destituta et solus
1. Reg. 21. Fac Jugum solus cum dat. et
Hoc. Solitudinis Aculeo, Timuit Moses dixit, quid quid patiar
Satuare Carnis in solitudine
Vide 2º secundum Tentationis dubia, In Christo Christi, sine dubio
In desertum.
2º occasio et Gramis, ex Consilium, quam habuit In deserto
Marci. 1. et Erat cum Bestiis. Percibilis sec Tentatio.
nam. Apud Sagittem. Arenam et Salem. et Mastam Ferri
facilis est fere q̃ Sorte Imprudentem.

Ad Sanc Dentat. duplicem vitandum. Ducitur Christus In desertum
et oculos aperiens. Intelligas. quidam demon Ipse tentans. Illum
enim abest et deserto. occasio Tentat. Ait Hieronimus et post
deserto Tentato fuerat. Vide. Athanasium
nam Angelus, In solitudine multificant et habitat 2 mil. Decem
ego Longanimi Ignem et Manni In solitudine
Se lectis solitarius et Dacabit et Tenaunt se Jugum

Isai. 22. Scissæ sunt aquæ in deserto & torrentes in solitudine.

Solitudo & deserta, quæ non abundant granis & frugibus. Abundant herbis & floribus, sic qui desint bona temporalia, virtutes adsunt.

Gloria Domini, dum transit. (Exodi. 16. Respexerunt ad filios & ecce gloria dni apparuit in nube.

Gloria exultationis laudabunt dnum, exultabit solitudo & florebit sicut lilium.

~~Esel 7. del n. 21~~

Sexagesimæ. S. omnia evang. quadragesimæ

Esel 7. del n. 36.

125,2

HOMILIAE IN OMNIA QVÆ PER QVAdragesimam leguntur Euangelia,

Quibus duplici methodo, quæ ad interpretationem, & doctrinæ obseruationem faciũt, ex antiquissimis Ecclesiæ patribus selecta comprehenduntur.

Ad Reuerendum in Christo Patrem & dominum D. Petrum de Gondy Episcopum, Ducem Lingonensem, Parem Franciæ.

F. Thoma Beaulx ~~amis Parisino Carmelita~~ Meldunensi auctore.

PARISIIS,
Apud Gulielmum Chaudiere, via Iacobæa sub temporis insigni.
1567.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

REVERENDO IN CHRISTO PATRI ET DOMINO, DOMINO Petro de Gondy Episcopo & Duci Lingonensi, pari Franciæ, Mœcenati suo meritissimo F.T. Beaulxamis obsequium reddit.

VT qui regi nec philosophãdum esse, nec illustriũ Imperatorum stratagemata, aut veterũ præclara facinora perscrutãda putãt, tota sanè aberrãt via (antistes doctissime, fideiq; ppugnator acerrime) ita qui sacri verbi ministerium Episcopos dedecere obganniunt: aut suæ, aut illorum inscitiæ, aut pigritiæ prætextum mihi quærere videntur. Nam siue ad antiquæ legis pontifices, siue ad Christum ipsum, siue ad Apostolos aut Apostolicos viros animum conuertant: quem eorum quæso non in verbo & doctrina laborasse colligent? Adeò in ipso meridie cæcutiunt, vt post tot exempla, tot veterum præceptiones, etiam veritati reluctari, aut sanè meliorem suæ functionis lucem extinguere nitantur. Audiamus nimirum quid pauci antiquissimi, etiam Pontifices Romani, è sacris scripturis didicerint, excerpserint, præceperint & decretis mandarint. Zozimus quidem

Argumentũ à simili. Regibus philosophandum est.

In eos agit qui dicunt Episcopis nõ esse cõcionandũ.

Episcopo necessaria sacrarũ literarum peritia. Dist. 36. c. Qui Ecclesiasticis.

Exod.38. multis nunc ex vetere nunc ex nouo testamento, antistiti & doctrinã & verbi ministeriũ necessarium esse confirmat: Sacrarũ literarum, inquit, oportet Episcopum
2.Reg.2. habere peritiam. Hinc est quod in veteri testamẽto põtifex Rationale ferebat in pectore, in quo scribebatur manifestatio & veritas, quia in pectore Põtificis manifesta debet esse cognitio veritatis. Hinc etiam Dauid prius ex gratia spirituss. donum scientiæ percepit, & post-
Hier.1.b. ea administrationem regni assecutus est. Dominus quoque prius posuit verba sua in ore Prophetæ, & postea cõstituit eum super gentes & regna: labia enim sacer-
Mala. 2.b. dotis custodiunt scientiam, inquit Malachias, & legem exquirẽt de ore eius, quia Angelus domini exercituum est. Hinc etiam saluator noster prius in medio doctorum
Luc.2.g sedit, audiens illos & interrogans, & postea prædicare cœpit. Expendamus post Zozimum d. Hieronymi doctoris Eccl. meritiss. verba decretis inserta, quæ in Leui-
Dist. 36. c. ticum scripsit. Si quis vult esse Pontifex, non tam vocabulo, quàm meritò, imitetur Moysen, inquit, imitetur &
Si qs vult. Aaron. Quid enim dicitur de eis? Quod non discedebãt de tabernaculo domini. Quid autem eis opus erat? vt aut à Deo aliquid Moyses disceret, aut ipse populũ doceret.
Duo Pontificis opera. Hæc sunt duo Pontificis opera: vt aut à Deo discat legendo diuinas scripturas, & sæpius meditando: aut po-
Canone pulum doceat. Nam (vt Toletani concilij verbis vtar)
Concilij Toletani. Sacerdotes legere sacras scripturas admonentur, Paulo
1.Tim.1. Apostolo dicente ad Timotheum: Attende lectioni & doctrinæ & semper permane in his. Sciant ergo sacer-
Sacerdotes prædicationi vacent. dotes sanctas scripturas & canones: & omne opus eorum in prædicatione & doctrina consistat. Quanto magis verò decet Episcopum verbo diuino & ediscẽdo & prædicando addictissimum esse? Septima Synodus non

Episcopo

Episcopo solum sed & sacerdotibus iniungit diuinas Septima
scripturas nosse, eásque populo instruẽdo in promptu ha- Synodus.
bere. Cur enim eis domus Dei & columna veritatis,
grex ipsemet Christi committitur, nisi vt oues verbi di-
uini pabulo à pastore nutriantur? Cur Christi familiæ Ioan.10.
deputantur, nisi vt piis sanctisque disciplinis Dei filij Ezech.33.
imbuantur? Cur Episcopi & non potius artocopi aut Acto.20.
apocopi vocantur, nisi vt se superintendere debere, & 2.Tim.4.
gregem Christi obseruare & fouere intelligãt? Merce- Esai.56.
nariorum forsan vice deseruiunt, inquit D. Gregorius, D. Gregorius cap.15
quia veniente lupo fugiunt, dum se sub silentio abscon- sui pastoralis.
dunt. Hinc namque eos per Prophetam dominus in-
crepat, dicens: Canes muti non valentes latrare. Et Io.10.c.
rursus: Non ascendistis ex aduerso neque posuistis vos Esa.56.d.
murum pro domo Israël, vt staretis in prælio in die do- Ezech.13.
mini. Ex aduerso quippe ascendere, est pro defensione a.
gregis voce libera huiusmodi potestatibus contraire.
Sed delinquenti populo dicitur. Prophetæ tui viderunt
tibi falsa & stulta, nec aperiebant tibi iniquitatem Tren. 2. c.
tuam vt te ad pœnitentiam prouocarent. Atqui Pau-
lus Titum Episcopum admonet, vt potens sit in do-
ctrina sana exhortari, & eos qui contradicunt ar- Tit.1.b.
guere. Hinc per Esaiam dominus monet, dicens: cla- Esa.58.
ma ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam. Preconis
quippe officium suscipit quisquis ad sacerdotium, aut
episcopatum accedit. Sacerdos ergo aut Episcopus si Episcopus
prædicationis est nescius, quam tibi clamoris vocem prædicationis ne-
daturus est preco mutus? Super pastores primos in scius præ-
linguarum specie spiritussanctus insedit, quia nimirum co mutus
quos repleuerat de se protinus loquentes fecit. Hinc est.
Moysi præcipitur in Exodo, vt sacerdos tabernacu- Exod.28.
lum egrediens tintinnabulis ambiatur, vt videlicet,

Universidad de Deusto

Episcopus os Dei est. Hebr.1. *prædicatoris necessariã vocem habeat & piam conuersationem etiã integra doctrina muniat. Cur enim Episcopus tãquam Aaron vocatur, nisi vt sicut ille os fuit Moysi, ita per verbi ministerium os Christi dicatur? Hoc nimirum os cuius meminit Christus, dicens Apostolis:*

Matth. 10.

Obiectio indignum Episcopo esse cõcionari plebi. Refutatio. 1.reg.17. 18. Iud.17. Gen.18. 46. Daniel. 2. 3.reg.18. 19. Acto.7. Matth. 20 Exod.20. 3.reg.8. Acto.1. Luc.2. Io.9. Io.4.

Dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere aduersarij vestri. Sed audio quem sibi fucũ faciant, qui ab Episcopis verbi ministerium arcere satagunt. Indignum munus Pontifice, clamant, sese suis audiendũ proponere. Indignum igitur erit Deo, indignum Christo, indignum Apostolis. At quoties Deus, nõ dico turbam: sed è turba minimos suo verbo dignatus est, Dauidem, Gedeonem, Abraham, Iosephum, Danielem, Helyam & abiectos mundo prophetas? Quoties Israeliticam plebem nunc è Syna, nunc è Tabernaculo, nunc è templo? Dicant quæso quod sibi Christus munus assumpsit? Num primùm cepit facere & docere? Disputabat in medio doctorũ duodecim annos natus, & mæstæ matri, Nónne in his, inquit, quæ patris mei sunt oportet me esse? Et alibi. Me oportet operari opera eius qui misit me. Et rursus: Ego cibum habeo manducare quem vos nescitis. Meus cibus est vt faciam voluntatem eius qui misit me patris. Tum verò quænam esset patris voluntas docuit, cùm Samaritanam sua prædicatione ad fidem allexit.

Munus Christi docere. Io.4. Io.14.

Hoc Christi opus fuit, hoc munus, quod etiam Samaritis mulier intellexit. Ait enim: Scio quòd Meßyas cùm venerit, docebit nos omnia. Hoc spiritussancti munus esse Christus testatus est, dicens: Spiritussanctus docebit vos omnia, & quæcunque audierit, loquetur: & annunciabit vobis. Ille arguet mũdum de peccato, de iustitia, & de iudicio.

Munus Apostolorũ. Mar.16. Luc.22.

Munus hoc Apostolorũ est, quibus Christus; Ite, inquit, & prædicate Euangelium omni creatu-

turæ. Rursus: Posui vos vt eatis, & fructum afferatis. Et rursus: Eritis mihi testes in Hierusalem, & vniuersa Iudæa & Samaria, & vsque ad vltimum terræ. Acto.1.

Quosnam isti se esse putant, qui quod nec Deo, nec spiritui sancto, nec Christo, nec Apostolis, nec eorum magnitudini derogat: sua indignum authoritate arbitrantur? Contemptui forsan erunt populo. Quasi verò mundi peripsema esse detrectari debeant, vt gloria Dei peramplius celebretur. Quasi non idem de Christo & Apostolis dicamus, quod tamen cõcludere impudentißimum est. Apostolorum se successores dicent, nec tamen sat erit non eos in prædicãdo imitari, sed & verbi ministerium sibi & omnibus Episcopis iure interdicẽdum esse sanccient. Væ mihi, inquit Paulus, nisi euangelizaro, necessitas enim incumbit. Forsan verò & illi dicent: Væ mihi si euangelizauero, quasi non vndique hæreticorum litui, eos ad prælium inuitent. Non misit me dominus baptisare, sed euangelizare, inquit Paulus. Illi & sacramentorũ simul & verbi ministerium abdicabunt. Mea siquidem sententia delirare, aut saltem sibi obsequi, & nimium applaudere, non Deo, non gregi intendere videntur: qui concionandi munus indignum Episcopo censent. Nimirum præter cetera quæ diximus, & exempla & præcepta, sola quam Paulus Episcopo Timotheo præscribit regula eos confundere & illorum socordiæ fucum obscurare potest. Hic quippe veri formam Episcopi depingens: Oportet, inquit, Episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem, non superbũ, non iracundum, non vinolẽtum, non turpis lucri cupidum: sed hospitalem, benignum, sobrium, iustum, sanctum, continentem, amplectentem eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem, vt potens sit exhortari in doctri-

1.Cor.9.

Tit.1. Qualẽ regulã Episcopo Paulus præscribat.

na sana, & eos qui contradicunt arguere. Et alibi:
1. Tim. 3. *Oportet, inquit, Episcopum irreprehensibilem esse, vnius vxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, doctorem, &c. Hanc Pauli regulam Gratianus multis distinctionibus ex antiquissimis Ecclesiæ patribus depromptis latius examinat. Quis tot constitutionibus & scripturis se opponet? Quem sibi prætextum quærent qui aliter sentire volent? Hæc quidem (eruditissime mæcenas) idcirco præfatus sum, vt nõ abs re meas tibi in homilias lucubrationes deberi comprobem:* Nauita de ventis, de bobus tractat arator. *Sed & vnusquisque sectatur eam* quam sibi sortem seu ratio dederit, ceu sors concesserit æui: *& quæ hãc cõcernunt sollicite inuestigat & inquirit, oblata verò tanto lætioribus animis excipit, quanto ea sibi profutura sperat. Te igitur ad episcopatus culmen vocatum, domui Israël speculatorem designatum, vt euellas & plantes, destruas & ædifices, verbique pabulo gregem Christi recrees: hoc qualicunque dono munusculo. Hoc enim ipso tibi gratius illud futurum spero: quod non quæ mea fert opinio, sed quæ antiquorum Ecclesiæ patrum fides & interpretatio, complectitur. Rationem verò huius opusculi conficiundi paucis aperiam. Cùm ante paucos annos Nicephori Callisti Ecclesiasticã historiam in nostram linguam veterem, tædio tam prolixi laboris affectus, cœpi aliud meditari. Excerpseram anno 1562. ex primitiuæ Ecclesiæ patribus pauca quædam per trãsennam, quæ Neochristiani in nostram fidem, & doctrinam corrupta protulerant, & in lucem emiserant. Hæc pristino restituta nitori in eos pro concione eiaculatus libellum confeceram, & typis excudendum tradideram. Tandem cùm hæreses inualescerent:*

Occasione sumpta ab officio Episcopi docet nõ abs re dicatas esse has Episcopo homilias.

Ierem. 1.

Quæ fuerit ratio huius operis conficiendi.

Quos libros ante paucos annos in lucem emiserit.

scerent: idcircoque concionatores munitissimos cùm scripturarum tum antiquorum patrum authoritatibus esse debere cernerem, & vt catholicam tueantur Ecclesiam, & malignantium conciliabula, & rationes euertant: tabulas quasdam apud me rimari cœpi, quibus eorum qui verbi ministerio incumberent, & memoriam releuarem, & antiquissimorum Ecclesiæ patrum doctrina imbuerem. Venerant tum in manus meas Tabulæ à Villauincentio excussæ, necnon & hæ quas ex Lutheri factiosis quidam in Euangelia dominicalia & Epistolas, necnon in Catechismum emiserat. Laudaui methodum, vt quæ breui multa concionaturo ministraret. Interim Topiarius vir meo iudicio doctissimus, Tabulas, quas Villauincentius excerpserat, in continuum stilum immutat. Perscrutor omnes typographos nũquid in quadragesimalia Euangelia meditentur. Et dum ex Colonia, & Germania & multis locis responsum expectarem, librum de cultu, veneratione, meritis, &c. sanctorũ, nunc ex nouo, nunc ex veteri testamento, nunc rationib°, antiquiss. quoq; Ecclesiæ decretis & miraculis in classes digestũ, typographis demandaui. Tandẽ nihil Germanos in quadragesimales cõciones moliri delatum est. Arrexi illico animũ, & ad scribendũ omnẽ appuli, Doctiss. viros mihi amicissimos consulo quid facto opus sit, quã methodũ sectari debeã. Primã omniũ Tabulã in diẽ cinerũ cõficio, triplicẽ methodũ obseruo, vt alia interpretationi, alia moribus, alia doctrinæ satisfaciat. Tria enim hæc Ecclesiastæ necessaria esse videbantur, quid intelligendum, quid faciendũ & quid discendum proponere: Nec tantum contextum interpretari, sed & mores formare & quæstiones eum dissoluere debere. Et quoniam erubescimus sine lege loqui, tum quoque

Tabulæ Villauincentij

veterum munimenta necessaria sunt, cùm hæreses inualescunt, quæ ad interpretationem, mores & doctrinam facere videbantur, quanta potui breuitate collegi. Placuit methodus familiaribus meis viris erudißimis, adeò vt in dies lucubrationem hãc nostram suis adhortationibus vrgerent & accelerarent. Dum verò quanta possum diligentia huic operi inuigilo, cui sacrandum sit apud me delibero. Veniebat in mentem Reuerendus piæ memoriæ Episcopus Lingonensis, prædecessor tuus de me meritiss. qui quo me animo amplecteretur, norunt qui supersunt illius domestici. Repetebam apud me accepta ab eo Beneficia, melior expectatio: quam tamẽ mors accelerata dissoluit. Sic nullum.

Horatius. Sæua caput proserpina fugit.

Interim dum eius obitum defleo inexpectato tu sedi Lingonẽsi designatus Episcopus, me ad te euocasti, tuum Ecclesiastem esse postulasti, & maximo cum fauore immeritum in tuorum numerum sancciuisti. Hanc tuam in me gratiam vt quodammodo agnoscerem, antequam visitandi tui Episcopatus gratia tecum pergerem, cogẽtibus etiam me concionatoribus permultis, qui hoc nostro laborere leuari sperabant, vtcunque digestũ hoc opusculum bibliopolæ nostro prælo committendum tradidi. Hoc tibi qualecumque sit (Mæcenas meritiss.) dedico: quod me tibi addictißimum contestetur,

Horat. lib. 1. odarum.
„ Ceu tabula sacer
„ Votiua paries indicat humida
„ Suspendisse potenti
„ Vestimenta maris Deo.

Nam præter meæ vocationis argumenta, quæ tibi me meo ore Lutetiæ concionante vtcunque innotescere potuerunt, exscriptas ex antiquiss. Ecclesiæ patrum floribus homilias eo tibi affectu deberi censui, quo me in tuum designasti. Exilia quidem sunt hæc, sed quæ ad meliora Deo iuuante nos præparent. Interim dũ maiora molimur, nostrum hunc laborem in tesseram mei in te animi, & obsequij eo quo soles vultu excipe: & si quem fructum nactus fueris, primis Ecclesiæ patribus, vt à quorum fontibus quæcunque commentamur expromptа sunt, adscribe. Vale. Dominus de Syon tueatur te. Ex Carmelo parisino anno 1567. mẽsis Ianuarij die vigesima.

Tibi obsequentiss.

F. T. Beaulxamis.

Universidad de Burgos Biblioteca

Universidad de ... Biblioteca

CATHOLICO ECCLESIASTI, ceu beneuolo lectori.

PErmulti sanè, Christiane lector, in quadragesimalia Euangelia conciones ediderunt: pauci tamen eam methodum, quam sectamur, obseruarunt. Non quod illorum solertiæ aliquid deesset: vnusquisque enim abundat in suo sensu, sed quod faciliorem stilum sibi delegissent. Mirabere tu forsan cur noua moliri, & in columnas methodum nostram distribuere maluerim. Sed noua me nec molitum esse, nec in lucem emisisse, intelliges: si quæ nostris his homiliis ceu tabulis continentur, inspexeris. Nihil enim meo marte cudi, nihil ex meo sensu: sed antiquissimorum Ecclesiæ patrum receptiss. munimentis exprompsi. Legendo nimirum obseruare poteris quanto cum labore compendiosa quæque selegerim. Omnes enim ferè sententiæ suis munitæ sunt doctoribus, etiam qui nos mille saltem præcesserunt annis, & vt locum cõcionatori relinquerem inuestigandæ veterum doctrinæ, & latius discutiendi

Non noua molitur author.

Commendatio eius operis ab antiquitate.

quæ

quæ compendio annotaueram, suísque in archiuis & contextibus depromendi quid quisque dixerit: suis tomis, libris, capitibus insigniui. Cur verò in columnas hanc methodum distribuerim, accipe. Tribus maxime locis verbi Dei ministrum concionari contingit: in vrbe, oppido & pago. Secundum loci varietatẽ est & varietas auditorum. Idiote in pagis, docti in oppidis, nonnulli doctiores in vrbibus. Omnibus his Ecclesiastem se accommodare oportet, & rationem habere eorum quibus verba facit, ne aut laterem lauare, aut verbum Dei potius ludibrio exponere, quàm interpretari videatur. Decorum quippe personarum seruare oportet, eum qui intetpretatur, & qui docet. Omnibus omnia factus sum, inquit Paulus, vt omnes lucrifacerem. Quapropter doctioribus opus est doctrina, simpliciorib⁹ moribus, omnibus interpretatione. Sic enim alia sunt fidei alia agendorum & faciendorũ, alia intelligendorum. Num scilicet si quis apud rusticam plebeculam Hæreticorum argumenta adducat, refellat, & dissoluat, aut ridiculus habebitur, aut ei dicetur,

Tribus locis & personarum qualitatibus cõcionandum.

Tria concionatori necessaria.

„ *quid arenæ semina mandas?*
„ *Non profecturis littora bobus aras.*

Ouid. in Heroid. epist.

Num etiam si apud doctos agat, nihil autem his turbulẽtissimis temporibus discutiat eorũ quæ ab hæreticis impelluntur, nihil pro nobis cõfirmet, sed tanta quãta simplicitate potuerit Euãgeliũ interpretetur, nihil agat de moribus, nihil de difficultatib⁹ explicet, suo muneri nõ-

Solidus cibus & lac.

dum ſatisfeciſſe dicetur? Aliis enim lacte tãtũ, quia paruuli: aliis ſolidiore cibo opus eſt, quod ſtomacho validiores ſint. Nec paruulis ſolidus cibus, nec maioribus lac conceditur, ſed abinuicem pro ratione perſonarum diſcretus, alius atque alius eſt. Quapropter vt doctrinæ obſeruationẽ ab interpretatione & moribus diſcernerem, vnumquodque ſua columna diſtinxeram, ſed cùm typographi laborem hunc noſtrum paruo & quod ad manum eſſet volumini committi non poſſe aſſererent: è duabus columnis, cùm ea quæ interpretationi, tum quæ moribus deputabãtur, vnam feci. Nec multum obſtiti, typographis id fieri perſuadẽtibus. Videbam enim omnibus vbique cõcionatoribus non interpretationem tantum, ſed & morum obſeruationem neceſſariam eſſe, & ſi fuſior ſit apud doctos quàm idiotas. At quoniam vberior eſt & fertilior doctrinæ obſeruatio, ei columnam deputaui, vt ſi ea non opus ſit Eccleſiaſti, tantum alteram legat. Ita in promptu erit omnibus quibus Dei populum recreent. Forſan verò compendioſius me hæc edidiſſe conquerentur: ſed non homilias, verùm tabulas tantum deſcribere animus fuit. Vbi tamen ad Euangelia quæ ex Diuo Ioanne depromũtur delapſus ſum, fuſius atque vberius ſtilum protrahere volui: quod hæc difficillima ſint, nec plus ſatis facilè explicari queant. Fateor quidem hæc non tot antiquis patribus abundare quo præcedentia, ſed tamen quos dedit otium annotaui. Et quoniam permulti introductione

Cur in duas colũnas hæ tabulæ diſpoſitæ ſint.

Quis fructus huius operis.

ductione delectãtur: vnicuique tabulę ceu homiliæ ſuam præmiſi: immo ex Tatiano, Ammonio Alexandrino, Victore Capuano, Calliſto & aliis permultis quo quidque tempore aut dictũ à Chriſto aut factum ſit expreſſi: necnon ſummam totius Euangelij contraxi. Hæc ſi temperare nouerit ingenuus Eccleſiaſtes, habebit etiam vnde duas cõciones ad populum faciat. Porro vnum eſt, quod te obnixe (catholice lector) exorare velim, nimirum vt quotquot inuenies aut immutatas, aut minus rectè iuxta octographiæ regulam poſitas dictiones, benigno vultu excuſes, nec illud omnino in meum caput remittas. Nam cùm prælo committerentur hæc, vrgentia me in Lingonenſem diœceſim cum Mæcenate meo negotia vocauerunt: adeo vt nec typographo me cõſulere, nec mihi pagellam è prælo perlegere & corrigere licuerit. Sed & iſta cùm primo marte cudiſſem, typographus noſter, Guli elmus Chaudiere Antigraphario cuidam deſcribenda tradiderat: quæ ille ſic exſcripſit, vt interim quæ ſibi difficilia videbantur, prout in mentem veniebat ediderit, & dictiones aliquas immutarit. Debueram vtique exemplaria illius corrigere, antequam typographiæ mandarentur: verùm abſentia mea obſtitit. Quid igitur facerem? Vnũ hoc mihi perfugium ſuperfuit vt te admonerem, veniámque abs te poſtularem. Tu verò hoc quæſo noſtro labore fruere, Chriſtiane lector, hoc catholice concionator, Deóque gloriam refer, & me tuis tuorúmque precibus cõ-

Quæ præmittuntur ſingulis Homiliis.

Introductio. Annorum & tẽporum cõputatio.

Sũma Euãgelij.

Rationem reddit cur nonnulla inter excudendum errata inciderint.

mendatum face: interim dum in historiam passionis dominicæ & resurrectionis eadem methodo homilias condimus. Vale.

Universidad de Deusto Biblioteca

FERIA QVARTA CINERVM

Euangelium habetur, Matth. 6.

Cùm ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ, &c.

Introductio in Euangelium.

Sapiens agricola nõ vnã aut duas spinas, sed omnes euellit, quo purgatior ager meliorem sementem faciat: vt docet Theodoretus Græcarum affectionum serm. 1. de fide. Ita quoque Christus non ab vnica oratione & eleemosyna, nociua remouet: sed & à ieiunio quicquid obstaculo esse potest, ne obsit, abigit. Nimirum (ait Chrysost. opere imperfecto in Matth. hom. 15.) quia sciebat dominus vanã gloriã ex omni bono procedere, ideo spinã illam, quæ nascitur in terra bona, iubet præcidere: ne spina vanæ gloriæ suffocet ieiunij fructum.

Est porrò hoc Euangelium

Interpretatio & obseruatio morum.

Cùm ieiunatis.

Quemadmodum docuit Christus qua regula orationem fundere & eleemosynã distribuere debeamus, ita præstituit, ieiuniis legem, inquit Tertullianus lib. de ieiunio contra Psychicos. Cur verò legem ieiunio præscriberet, si non & ipsum commẽdaret? Immo verò, vt Caluinus libro commẽtariorum Euang. Harmo. docet, Christus his verbis insinuat Deum aliquando quantum apud se bona valeãt opera, quæ tamen homines latẽre videbantur, declaraturum, cùm his quæ hominum iudicio flocci æstimabãtur, æternam rependet mercedem. Etsi enim qui domino nostro Iesu non seruiunt sed suo ventri, vt ait Paulus Roman. 16. ieiunium vt superstitiosum à suis porcinis rectis abdicent. Deus tamen (ait etiã Caluinus) hoc ipso ieiunium acceptum habet, quod ad rectum & pium finẽ referatur. 1. Ad domandam carnem. 2. Ad spiritum in preces excẽ-

Interpretatio & obseruatio morum.

tandum. 3. ad, iam meditationi libero spiritu, vltima præcauenda, & iram Dei mitigandam. Fine nimirum quæ adiaphora ceu indifferentia vocamus, discernuntur.

Proinde cùm nostri quadragesimalis ieiunij finis in hoc totus consistat, vt carne mortificata, 1. liberius Deo vacemus, 2. peccatorum nostrorum grauitatem meditemur, 3. Pœnitentiã agamus, quæ sint nobis in cælo reposita premia meditemur. 4. Et iã velut omnino spirituales redditi, corde cõtrito & puro sacrosanctum domini nostri Iesu Christi epulum die Paschali accipiamus: finisq; ipse negari nequeat: nec quouis sumpto prætextu, labe aliqua aspergi, quin omnium iudicio sanctius esse censeatur. Ieiuniũ alioqui indifferẽs, sanctè institutum esse asserimus. Et vtrunq; sanè Christus hodierno Euangelio succinctis verbis probat: & ieiunium & eius regulam, dicens.

Cùm ieiunatis.

Quasi dicat, ieiunabitis. Hoc enim velut acceptum & ratum prætereo: sed quæ tandem vobis præscribenda sit regula, quid cauẽdum, & quid faciendum sit assigno.

Nec enim Deus omnia ieiunia approbat, etiam vt sileam ea quæ Idolatræ obseruabant. 1. Montanistarum tres quadragesimas, quasi tres passi essent saluatores, abhorret. 2. Manichæorum abstinentiam

à

Introductio in Euangelium.

ex sermone quem dominus ad populum habuit in monte Thabor, vbi baptisatus, 40. diebus & totidem noctibus ieiunauit: anno ætatis suæ 31. mense quarto, die decima Maij, qui apud Hebræos vocatur Sinan. Tertullianus antiquißimus scriptor lib. cõtra Psychicos obseruat, non sine causa dominum Iesum prius ieiunasse, quàm in monte ieiunandum doceret: quo scilicet & opere primùm, demum & verbo ipsius haberemus quod sequeremur. Ita nouum (ait) hominẽ, in veteris suggilationem, virtute fastidiendi cibi inuitabat, vt eum diabolo rursus per escam tentare quærenti, fortiorem fame tota ostenderet.

Summa.

In summa ergo, ieiunandum docet: sed veri ieiunij formã præscribit. Primò, vt lõgè sit ab hypocrisi & iactantia, laudisque venatione. 2. Vt in hilaritate spiritus

&

Obseruatio doctrinæ.

& eleemosyna. 3. In conscientiæ puritate & humilitate, iactantia & hypocrisi opposita, obseruetur. 4. Ne quis ieiunet spe parcendi bonis suis, aut lucri apud homines assequendi, per fictam pietatem. 5. Sed solo Deo & iudice, & compensatore ob oculos habito.

Obseruatio doctrinæ.

Ieiunij laudes libris etiam antiquißimis patres descripserunt. Tertullianus, Basilius, Gregorius Nissenus, Augustinus, Ambrosius, Chrysostomus, Origenes: Et vt compendius loquar, ferè omnes. Mirum est ergo quomodo non erubescant hæretici, ieiuniorũ institutioni aduersari. Fusius dominica die de quadragesima disseremus: nunc satis erit de ieiunio nõnulla præfari.

Ieiunium ob hoc suo dignũ est nomine, quod media purget animæ viscera νῆστις enim ieiunus seu ieiunum intestinum, q. νήστης. Quem-

Interpretatio & obseruatio morum.

à cibis, quòd carnes velut à maligno Deo creatas execrarentur. 3. Necnon id corporis ieiunium quod sic à Iudæis (Esa. 58.) obseruabatur. Vt interim non minus quàm vultur Promethei se fratrum carnibus saturare niterentur: nec se cohiberẽt. Quantũ nimirum Deo ingrata sint hæc ieiunia piissimi patres docent, vt Tertullianus lib. de ieiunio contra Psychicos: & de cibis Iudaicis. Eusebius quoque lib. 5. Eccles. hist. cap. 17. Nicephorus lib. 4. cap. 22. Cyrillus Hierosolymitanus cath 6. Diuus Augustinus lib. 30. in Faustũ cap 5. Sanctus quoque Athanasius lib. de virginitate. Et Hieronymus ad Marcellam in Montani hęresim.

Nolite fieri.

Sciens dominus quia non potest fieri vt sit hilaris qui ieiunat, ideo non dixit, nolite esse tristes, sed nolite fieri. Aliud enim est esse, aliud fieri. Qui enim naturaliter propter assiduũ ieiunium tristis est, ille est tristis, nõ autem fit. Qui autem per imposturas aliquas pallentes apparent, illi non sunt tristes, sed fiunt. Hæc Chrysostomus in Matt. opere imperfecto, hom. 15. Gregorius Nyssenus in oratione de laudibus Basilij, longo ieiunio squallentem depingit Helyam. Talis Ioannes Baptista: & Chrysostomus qui suo tẽpore ieiunator dictus est: & Anthonius, Macarius, permulti denique patres, quorum historias Theodo-

Interpretatio & obseruatio morum.

retus descripsit, esse potuerunt. At verò vidua illa quæ ad Dauidē pro Absalone reconciliādo venerat missa à Ioab: (vt habetur 2. Reg. 14.) necnon & Pharisæi omnes, fiebant tristes coram populo, vt patet Matth. 13. non autem erāt, solo naturæ delectu vrgente.

Sicut hypocritæ tristes.

Hypocritæ ab ὑποκρίνω dicuntur, id est, simulo: ὑποκρινεῖν autem Græcis idem quod nobis est abiudicare. Chrysis enim iudicium est, quod iudicium aliud hypocritæ sit, quàm res ipsa. Demosthenes hypocrisim sumit pro pronunciatione, quod in ea omnes gestus & fictiones consistant. Ea quoque dictione mimi, actores comœdiarum ceu tragœdiarum, histriones nimirū significantur, vt qui alios se esse simulēt quàm sint. Falsò enim persuadere nituntur populo, se reges aut principes esse ob gestus vocisque tenorem, quos proximè æmulantur. Vnde quisquis se alium astu & iactantia vult facere quàm sit, vt deuotum, cùm sit obduratus corde: humilem, cùm ambitiosus: affabilem, cùm crudelis: pium, cùm impius: idque ab arte venatur, quod ipsius sua conscientia negat, hypocrita dicitur.

Hanc metaphoram docent Basilius, & Ambrosius de ieiunio & Helya c. 10. Augustinus tom. 4. l. 2. c. 3. de sermone domini in mōte. Et Budæus commentariorum in linguam Græcam

Obseruatio doctrinæ.

admodū enim vermes, qui in puerorum intestinis germinant, pharmacis quibusdam vehementer acribus & amaris excutiuntur: ita peccatum in intimis secessibus habitās, ieiunium extinguit, enecátque, simul atque in animā superuenerit. Hæc Basilius serm. 1. de ieiunij laude. Proinde Eusebius Emissenus homil. 1. de initio quadragesimæ, Si requiras & dicas (inquit) quid commodi hoc ieiunādi exercitium adfert? O homo quid diceres, si non prius dominus tuus abstinendi dedisset exemplum? Primùm enim per gulæ & incontinentiæ vitium, mors intrauit in terram: ieiunium quid possit aduerte. Eo extrinsecus virus augetur, corpus affligitur, & diabolus effugatur. Proinde Apostolus. Sic pugno (inquit) non quasi in incertum, nec quasi aërem verberans: sed castigo corpus meū & in seruitutem redigo: ne forte cū aliis prædicauerim ipse reprobus efficiar.

Basilius

Obseruatio doctrinæ.

Basilius quoque serm. 2. de laude ieiunij. In omni, inquit, serio negotio, in omni corporis habitu, ieiunij præsto est vtilitas, ac pariter omnia condecorat, domos, fora, noctes, dies, ciuitates, deserta. Ieiunarunt legislatores: vt bis Moses 40. diebus. Exod. 24. Deuter. 9. Prophetæ: Daniel, Helyas, Ioannes Baptista. Reges: Dauid, Achab, Ezechias. Et principes, vt Iosue: Mulieres, Iudich, Hester: Populus Israël sæpissimè: Immo & Gentiles, vt Niniuitæ: Sacerdotes, vt in omni afflictione. Omnis generis deniq; homines: prout & ad saccum & cinerem inuitantur à Ioele in epistola hodie lecta ex cap. 2. Ieiunauit Christus: Ieiunarūt Apostoli, vt patet. Act. 1. & 13. Ieiunauit postmodum tota Ecclesia. Nam etiā Philo Iudæus Ecclesiam apud Alexandriam à Marco edoctam, refert libro de vita supplicum: ciborum parsimonia, velut fundamentum quod-

Interpret. & obseruat. morum.

Græcam. Isidorus lib. Ætymolog.

Hęreticos tales permultos videas, vt ait Origenes hom. 4. in diuersos: qui fronte simulata, erecto in cælū vultu (quales Sleidanus li. 10. cōmētariorū de statu relligionis depingit Anabaptistas) aut demisso in terram (quales Vvaldenses aut Valentiniani hæretici extiterunt) se in Deum raptos: vt olim Priscilla, Maximilla, & cathaphrygum virgines (quod & ex Philasterio & Epiphanio contra earū hæreses colligitur) & velut è terra in cælum euectos simulant. Sic Paulus 2. Cor. 12. Sathanam dicit se transfigurare in angelum lucis. Vnde Christus, non omnis qui dicit mihi domine, domine, intrabit in regnū cælorum, Matt. 6.

Exterminant enim facies suas.

Græca vox est ἀφανίζουσι, id est, demoliuntur, occidūt aut obscurant. Diuus Hylarius vertit, conficiunt & obscurāt. Hieronymus, demoliuntur. Chrysostomus, corrumpunt atque dispergūt. Origenes eadem voce qua Chrysostomus assumit.

Exterminant verò hypocritæ facies suas, quia extra terminos naturæ eas obscurant: vt qui (ait Hieronymus) animo fortè lætante, tristitiam simulant.

Huius generis sunt 1. mulieres, quæ ac si plasmatore suo sapientiores essent (ait Chrysost. in hunc locum, & Ambrosius lib. Examerō. Origenes quoque hom. 4. in diuersos) arte & fuco natiuum colorem corrigere,

Interpret. & obseruat. morum.

immo corrumpere nituntur. 2. Pauperes mendici permulti, quod segnicie quadam adducti vitam sudore comparare nolint, deformãt facies suas herbis quibusdam & sanguine, vt tãdẽ eorũ qui verè pauperes sunt, sibi comparent. (ait diuus Paulus 1. Thessalo. vlti.) qui nõ laborat non mãducet. Viderit ad eos Magistratus, vt habetur in codice de valetudinariis mendicis. 3. Hypocritice verò ieiunantes ita depingit diuus Gregorius 8 moral. Ora pallescũt, (inquit) corpus debilitate quatitur, pectus interrumpentibus suspiriis vrgetur: nihílque tãto labore aliud nisi æstimatio humana cogitatur.

Vt videantur hominibus ieiunantes.

Non malum est videri bonum ab hominibus: Ait enim Christus Matth. 5. Videant homines opera vestra bona, & glorificẽt patrem vestrum. Sed ea lex adhibenda est, vt idem intus sis, qualis foris vis videri. Ideo Chrysostomus hom. 21. in caput 6. Matth. reprobat excusationẽ eorum, qui vt se iustos simulent: Ne scandalisem (aiũt) multos, id facio. Tu verò (inquit) hominum metuis offensam, non autem Dei. Et quid hac vecordia possit esse deterius?

Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.

Mercedem omnes recipiũt ab his in quibus sperant. In his autem magis sperare videntur, quibus magis placere

Obseruatio doctrinæ.

dam in anima collocasse, nec cibum aut potum sumpsisse ante Solis occasum. Immo quosdam per totum triduum ieiunasse narrat. Augustinus quoque tomo 1. lib. de moribus Ecclesiæ, refert Christianos olim non etiam vt erat omnibus vsitatissimum semel sub noctem corpus cibo refecisse, sed continuum triduũ, vel amplius, viros & fœminas sine potu duxisse. Immò Caluinus ipse Institu. suæ cap. 8. fateri cogitur ieiunij fructus esse multiplices.

1. Ad domandam carnem.

2. Ad orandum & meditãdis piè quædam.

3. Ad humilitatis nostræ insinuationem cùm peccata nostra Deo confitemur. Quæ vt astruat, adducit Luc. 1. prodi Annam filiam Phanuel prophetissam ob ieiunia celebrem. Act. 13. Christianos Anthiochiæ ieiunasse. Et Act. 14. Paulum & Barnabam presbyteros instituẽtes idem fecisse. Clemens denique

Obseruatio doctrinæ.

nique Rom. lib. 5. constitutionum Apostolicarum, dies sex ad Parasceuem vsque ieiunare in pane, sale, oleribus, & aqua iubet, cap. 19. Ignatius in epistola ad Philippẽses idem ieiunium quadragesimæ, in memoriam cõuersationis & legislationis Christi obseruare monet, cap. 13. Clemens etiam Alexandrinus lib. 7. stromatũm, ieiuniũ dierum quarti & sexti cõmendat. Aurelianus in vita sancti Marcialis, tantam eiusdem austeritatem describit, vt sæpissime ieiunans, solo pane & aqua vteretur. D. Sophronius Patriarcha sanctæ crucis, multiplicem ieiunij quadragesimalis fructũ recenset. Et inter cetera, pharmacũ nobis (ait) suggerit dominus ieiunium, omnis doloris lenitiuum, quo carnis appetitum omnem velut freno quopiam iniecto cohæret ac frangit.

Obseruatio doctrinæ.

Ieiunantem monet Christus se vngere & lauare: nõ vt vngamur omnino: sed quia mos iste apud veteres fuit, vt lætitiæ suæ tẽpore sæpius vngerẽtur. Quod facile

Interpret. & obseruat. morum.

placere nituntur. Idcirco cum hypocritæ hominibus magis quàm Deo placere studuerint, ab his quoque temporaneam accipient mercedem. Ita (vt dicitur Iob 8.) Spes hypocritæ peribit: & sicut tela aranearum fiducia eius. Quid enim leuius humano rumore & fauore, cui se tamen addixerunt?

Aptè igitur Chrysostomus hom. 21. in Matth. hypocritam personatis scenicis cõfert, qui tandiu apparẽt, quãdiu assistit spectãtiũ multitudo. Neque tamen omnes decipiũt, cùm norint plurimi qui sint, quosnam esse se simulent. Tandem denique theatro illo subito dissoluto, quales sint manifestissime omnibus reuelatur. Sic & hypocritas intus & in cute norunt plurimi: plenius autem agnoscentur cùm dies retributionis aduenerit.

Hierosolymitanus homil. in laudem

Interpret. & obseruat. morum.

Tu autem cùm ieiunas.

Vbi docuit quid cauẽdum sit, docet quid faciendum sit, ait Glossa.

Tu, Habet Emphasim. Quasi dicat, Tu qui Christianus es, aliter quàm is, qui ab hominibus tantum mercedem sperat, ieiunare debes:

Universidad de Deusto Biblioteca

Interpret. & obseruat. morum.

cuius scilicet spes in cælis est.

Id autem est ac si dicat, Velim te hilari ac prompto animo, non autē fucato ieiunare, Nemo enim (ait Basilius hom. 1. de laudibus ieiunij) deiectę mētis coronatur: nemo mærens tropheam statuit. Noli tristis esse dū curaris. Cur enim triste (inquit Tertullianus lib. contra Psychicos) quod salutare docuit etiam aduersus diriora dæmonia ieiuniis præliandum?

vnge caput tuum.

Vngere caput aut 1. hyperbolicos dictum est, adeo vt excessu vnius extremi ab altero reuocet ad medium, Quasi dicat: Et si ego oderim hominem vnctum, eum tamen malim quàm tristē arte & hypocrisi.

Ecce nimirum Iudith peractis ieiunijs vncta ad lætitiam, pergit in Holofernem, Iudith. 10. & 12. Hester eodem apparatu ad Assuerum pro eripiendis Iudęis. Hester 4. & 5. Et ipsemet Daniel post ieiunia 4. vnctus foret, lætus cum suis apparuit, qui tamē siccis cibis vsus erat. Dan. 1. Hilari námq; mēte Deo seruiendū est. 2. Aut metaphoricos dictū est: adeo vt per caput Christus: per vnctionem eleemosyna & pia charitatis officia intelligantur: quæ tum Christo impenduntur cùm etiā pauperibus erogantur. Matth. 10. 26. Ductrice enim eleemosyna, deo gratum erit ieiuniū: ait D. Nectarius in sanctū Theodorum martyrem. Vult ergo Christus eleemosynam

Obseruatio doctrinæ.

& sancti Dauid & Danielis docetur exemplo, ait Chrysosto. homil. 21. in 6. caput Matth. Mos enim fuit Palestinis tritissimus (vt in hunc locum docet Hieronymus & Anselmus) adeo vt qui in luctu erant, ab hac vnctione se abstinerent: vt habes 2. Samuel. 12. 1. 20. de Dauide qui se vngebat & lauabat cùm à luctu surrexisset. Item cap. 14. a. 2. de muliere Thecuitide, quam vt videretur lugere mortuum, iubet Ioab simulare: atque ideo se non vngere. Econtra vt læta appareat Ruth dicit ei Noemi, Ruth. 3. a. 3. Lauabis te ac inunges. Iudith vngitur, vt patet Iudith 10. a. & 16. b. Luc. 7. ait Christus, Vnguento caput meum non vnxisti. Et Matth. 26. a. 7. vnctio denuo ab eo commendatur. Nō repellit ergo dominus lugentes vel peccata sua vel mūdum, inquit Maximus Taurinensis: cùm dixerit Matth. 5. Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. Non vti-

que

Obseruatio doctrinæ.

que spernit Deus pœnitentis & contriti cordis mœrorem: sed seruientis sibi artificem & dolo simulatam non vult circunferre tristitiam.

Obseruat Philo libro de somniis, cinere olim sacra lustrata à Pontifice, vt ad sui ille memoriam rediret: Vt & Abram Genes. 18. cùm se cinerem vocat. Idem docet libro de victimas offerētibus. Ibi siquidem præhabito Mosis exemplo, qui è sacris ignis reliquiis cinere præparato, et in vas, superinfusa aqua, indicto: hissopi ramum hac temperatura intingens, tandem populum aspergebat: ita colligit. Admonet (inquit) hoc eos qui ad cultum Dei accedant, vt ante omnia seipsos noscant, & suam essentiam, scilicet se de terra mortales esse. Hæc sane ratio est cur Ecclesiæ Antistes frontes hodie cineribus intingit: vt nimirum procul fastum, vanam gloriam abijciamus, & humilitatem sectemur Deo obsequium reddentes.

Interpret. & obseruat. morum.

synam ieiuniis coniungi. Proinde Chrysost. hom. ad populum, docet non ieiunādum ad parsimoniā, quomodo auari: sed cibos quos alioqui sumpsisses, pauperibus erogandos. Idem admonet Ignatius ad Philadelphienses epistola. Proinde D. Maximus Episcopus Thaurinensis homil. in die cinerum, vngit inquit reuera omnis deuotus caput suum, cuius religiosum ieiuniū sanctæ eleemosynæ vbertate pinguescit. Et si altius aliquid cogitemus, vnges caput tuum, quod est Christus, si bonis operibus meliora subiungens, simplici cum deuotione lætifices, hæc ille.

& faciem tuam laua.

Faciem interpretantur conscientiā Chrysosto. Hylarius, & Augustin. 1. Quia vt in facie homines, ita in cōscientia videt Deus omnium indolem. 1. Reg. 16. Homo videt ea quæ patent: Deus autem intuetur cor. 2. A facie quis apud homines aut deformis aut pulcher dicitur. Apud Deum quoque à consciētia aut bonus aut malus censetur. Id igitur est ac si dicat, vt Esa. 58. Hoc est ieiunium quod elegi: dissolue colligationes impietatis. Est enim cum gaudio ieiunare: prius spiritualiter, demum carnaliter abstinentia se macerare Chrysost. hom. 15. in Matt. Chromatius quoque in Mat.

Obseruandum iisdem modis cōscientiam lauari quibus facies mūdatur. Primò aqua: nimirū lachry-

Interpret. & obseru. morum.

mis contritionis, conscientia abluitur. Vnde Dauid Psalmo 50. Lauabo per singulas noctes lectum meũ lachrimis: per lectum & stratũ conscientiam intelligens. Et per Ioelẽ nos hodie inuitat his verbis Ecclesia, Ioel. 2. Conuertimini ad dominum in ieiunio, fletu & planctu: & scindite corda vestra &c. 2. Puluere humilitatis. Sic quippe Achab ieiunantem commendat dominus, Helyæ dicens: Num vidisti Achab humiliatum coram me? 3. Reg 22.

Ne videaris hominib⁹ ieiunãs.

Ad gloriam tuam, sed Dei: nec ad ostẽtationem, sed humilitatem. Neque enim gloria mũdi, gloria Christianorum est, sed conscientiæ bonæ interrogatio apud Deum, qui omnia videt etiã abscondita. Mundus igitur oderit an faueat, nihil laborandum est. Obstrepant quantum volent voluptuarij hæretici, & obganniant non ieiunandum, nos liberos esse, proide nec ieiuniis abstringi debere: ieiunabimus certè Patri nostro nõ illis. Nec enim eorum sed Dei voluntatem sequi debemus, & meminisse dicti Pauli: Si hominibus, id est, carnalibus & qui humano ceu potius animali sensu viuunt, placerem, Christi seruus non essem.

Obseruatio doctrinæ.

Quemadmodum Deus hypocriticum ieiunium, ceu potius hypocrisim à ieiunio arcet, alioquin ieiunium non habet acceptum: ita Esa. 58. rixas ab eo abigit. Tertullianus libro de ieiuniis contra Psychicos, Esayas, inquit, non negauit Deum elegisse ieiunium, sed quale non elegerit, enumerauit. In diebus enim (ait) ieiuniorum vestrorum inueniuntur voluptates vestræ, & omnes subiectos vestros succutitis, aut ad conuitia & lites ieiunatis, & cæditis pugnis. Non tale ieiuniũ ego elegi: sed quale subiecit: & subijciẽdo nõ abstulit sed confirmauit. Hæc ille.

Sed Patri tuo qui videt in abscondito.

Is enim cordis secreta perscrutatur. Hoc & Susanna meditata est, vt à seniorũ scelere declinaret. Si hoc egero (ait) ve mihi est. Quia scilicet non poterat non peccare in conspectu domini, si senibus consensisset. Daniel. 3. Vnde si aliqua occurrerit tẽtatio, cogitemus Deum præsentem vt iudicem, quò tandem concupiscentiæ nostræ impetum compescamus.

Et pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi.

Ne putes

Ne putes ideo quia secreta est iustitia tua, nullum esse qui respiciat. Qui finxit oculũ non considerat, & qui docet hominem scientiam? Omnia nuda sunt & aperta oculis eius. Heb. 4. Is vtique reddet tibi, Græci addunt ἐντῷ φανερῷ id est, in aperto, ceu in propatulo: quod è diametro eius est, in oculto. Neque enim tenebris obrutæ manebunt iustitiæ tuæ, sed in lucem emittẽtur. Hinc psaltes Psal. 36. Reuela inquit domino viam tuam, & ipse faciet, & educet quasi lumen iustitiam tuam, & iudicium tuum quasi meridiem. E contra verò iustitiæ hypocriticæ & fictæ tenebris mancipabuntur & à Deo non agnoscentur, Iob 20. Laus impiorum breuis, & gaudium hypocritæ ad instar puncti.

Obserua igitur pro nulla & abscõdita hîc gloria, reddi tandẽ apertam. Quare Psal. 36. Reuela domino viam tuam & spera in eo, & ipse faciet: & educet quasi lumen iustitiam tuam: & iudiciũ tuum quasi meridiem.

Obseruatio doctrinæ.

Etsi Christus vetet in terra thesaurizare, sic tamen intelligendum est: (prout demum docet) thesaurisare non licere, vt cor nostrum totum terrenis impẽdam⁹, & cælestia sapere desinamus. Cõgesserunt nimirũ permulta patres antiqui. Abraham, Iob, & Reges: immo & sacerdotes in templi gazophilatiũ, & thesauros multos aggregarunt, ita tamẽ vt his animum non applicarent: sed tãtum illis vt viatores vterentur, vt qui vltrà pergerẽt & ea præterirent. Nimia quippe diuitiarum sollicitu-

Interpret. & obseru. morum.

Nolite thesaurisare vobis thesauros in terra.

1. Quia remota causa tollitur effectus: cupiditas autem diuitiarum hypocrisæos & vanæ apud homines gloriæ causa est, ideo his verbis eam resecat, vt aperit Chrysostom. hom. 21. in Matth. 2. Seu etiam vt extimulet vnumquenque ad eleemosynam faciẽdam, auaritiam quæ eam aliquãdo cohibet, dehortatur.

Obseruandus est noster thesaurus non in terra: quia non habemus hîc ciuitatem permanentem, Hebr. 13. Hoc quasi agnouisset Cynicus ille Diogenes, vt docet Laërtius: immò Philosophorũ permulti, sua etiam abdicarunt. Et melius sanè Apostoli, inter quos Petrus: Ecce (ait) nos reliquimus omnia, &c.

vbi ęrugo & tinea demolitur,

Universidad de Deusto

Interpret. & obseruat. morum.

& vbi fures effodiũt & furãtur.

Hanc miseriam Deus adiecit hominum auaritiæ & diffidentiæ: vt vbi humanus iacet thesaurus, ibi tria hæc adsint, secũdum tres diuersitates diuitiarum. (ait Rabanus) Metalla nimirum ærugine: vestes tinea demoliuntur. Sunt autem alia quæ neutrum timent sicut lapides preciosi. Et ideo ponit generale detrimẽtum, scilicet fures: qui omnes diuitias rapere possunt.

Interim vt discas quàm fallax sit diuitum fortuna, vide vt vnico bello prostrati reges & captiui ducti sint: sicut Manasses & Sedechias. Et vt narratur; Iudicũ 1. Adoni-bezec 20. regibus captiuis, manuũ ac pedum summitates amputasse: qui tãdem colligebant sub mensa eius eiborum reliquias. Idem etiã postea similes pœnas luxit captus à tribu Iuda. Ita diues, è summo fastu etiã & miserrimus aliquando redditur.

Sed thesaurisate vobis thesauros in cælo, vbi neque ærugo, nec tinea demolitur, aut fures effodiunt & furantur.

His verbis ostendit (inquit Gregorius Nyssenus lib. ad Harmoniũ de professione Christi.) quòd nulla vis quæ beatitudinem illam corrũpere possit, in superna vita versetur. Nullus hic latro: deiectus est inde scilicet diabolus accusator fratrum &c. Apocalyp. 14.

Nihil igitur amittimus si terrena cæle-

Obseruatio doctrinæ.

do prohibetur non modica. Nũquid enim Paulus 2. Cor. 12. parẽtes filiis thesauriz are debere ostenditur? Ioseph etiam Genes. 41. Nunquid & Sixtus, & D. Laurentius (vt testatur Ambrosius lib. 1. officiorum cap. 42.) diuitias, thesauróque Ecclesiæ cõseruarũt: & ne Decio tyrãno effunderentur cohibuerũt? Sed vt habetur. 12. q. 2. cap. Aurum habet Ecclesia non vt seruet, verùm vt pauperibus eroget. Vnde superfluã curionum & pastorum nostri sæculi detestamur auri cupiditatem. Interim tamen Ecclesiæ aurum habere licere, sed ad iustos vsus ab antiquis patribus accipimus. Nam prouentus & redditus Ecclesiæ Gelasius ad Iustinianum Archidiaconẽ scribens, approbat: ita tamen vt prima pars cedat Antistiti: secunda Clericis: tertia fabricis: quarta pauperibus, vt refertur 12. q. 2. c. Vobis enim &c. Et cap. Concesso. & cap. Quattuor. Idem Simplicius Papa

Obseruatio doctrinæ.

Papa Florentino & Equitio Episcopis scribit, à Gaudentio Episcopo faciendum. Immò & præcipit: vt habetur cap. de redditibus Ecclesiæ.

Interpret. & obseruat. morum.

cælestibus commutamus, lucrum sanè facimus, pro fluxis æterna recipientes.

vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.

Primò id videre est in auaris, qui vt & diues apud Luc. 12. à Christo inducitur dicẽs, fruere anima mea, &c. ita omnem suam sollicitudinem diuitiis deuouẽt, vt Paulus auaritiam vocet idolorum seruitutem. D. Macharius hom. 11. & 26. 2. Pij verò & electi quòd omnem suam spem & thesaurum in cælo reposuerint, in cælo etiam conuersari dicuntur. Tertullianus lib. ad martyres Christianos reuocabat his præsentibus verbis ad palmam gloriæ: etiam post carceres & mortem rependẽdam: Quod etiam hi qui corpore mundum hunc inhabitant, toto corde cælestia spirare debeant. Christiani igitur cùm non terrenum regnum præstolentur, sed immarcessibilem gloriæ coronam expectent, quicquid agant, non est quòd ab hominibus gloriam venari, sed cum humilitate omnia ad Deum referre debent.

ORATIO.

DOmine Iesu Christe qui spirituali & corporali ieiunio mẽbra nostra mortificãda, omnémque hypocrisim & iactantiã fugiendam, immò omnia ad Deum opt. omnis boni fontẽ & scaturiginem referenda docuisti: nec mercedem nobis in terra corruptibilem, sed æternam in cælis repositam proposuisti: da quæsumus vt hoc maximè quadragesimali tempore vtroque ieiunio mortificati, te in nobis glorificare, & omnẽ fastum vitare sic possimus, vt cùm nos ex vita migrare contigerit, cælestes thesauros quos semper sperauimus adipisci mereamur. Amen.

Universidad de Deusto Biblioteca

FERIA 5. CINERVM.

Matth. 8. & Luc. 7.

Cùm intrasset Iesus Capernaum, &c.

Interpretat. & obseruat. morum.

CApernaum, oppidum est Galileæ Gentium, in finibus Zabulon, & Nephtalim, iuxta mare Galilææ, tum nobile emporium. Primò vênit in illud Christus quasi ad ostiũ pulsaturus, qui ibidem Gentilem sciebat ægrotum. 2. In maius vrbis ipsius & Iudæorũ iudicium: quia cùm multa in ea signa ediderit, Gentilis tamen, non autem Iudæus credidit. Quod & illis exprobrat Matth. 11. d. Et tu Capernaum (inquit) nonne vsque in cælum, &c. Luc. 7.

Centurionis autem cuiusdam seruus malè habens, erat moriturus.

Centurio dicitur, qui præest centum peditibus: vnde hunc præsidiarium fuisse non dubium est, & à Romanis deputatum, hac in vrbe velut Galilææ metropoli egisse, vt 1. prestò esset sedandis seditionibus, & rebellibus compescendis, 2. incursionibus quoque, si quæ à Persis fierent, (quòd Romanorũ ditioni non subiacerent,) statim repellendis adesset, quo tandẽ pacifica Iudæa Romano redderetur imperio.

Introduct. in Euang.

NVllum est tã abiectũ corporis mẽbrum, cui si quid aduersi acciderit, cetera etiã nobiliora non compatiantur. Nec adeò ignobile est, quod nõ maximè cõducat ad totiº corporis leuamen. Immò (inquit Paulus 1. Cor. 12.) quæ videntur membra corporis infirmiora esse, necessariora sunt. Pari quoque ratione, qui inter nos vilis & despectæ conditionis sunt, dicam etiam seruilis, tãto nobis sunt necessarij, quanto his carere vix possumus. Vnde si quã illis afflictio contigerit, succurrere tenemur. Et si tu ad spiritualia animum efferas, & Iudæos cum Gentibus cõferas, hos quidem vt dominos & hæredes, illos vt mãcipia esse iudicabis. Quòd tamen

qui

Introduct. in Euang.

men se Deo sub duxerunt, & verbum domini exceperunt, promissionem æternæ hæreditatis assecutæ sunt. Duobus hæc probantur exemplis, eo, quod hodie legitur in Euãgelio. Cẽturio nimirũ pueri sui paralytici tãtam curam gerit, vt seniores sibi patronos accersat, & ipsemet pro eius sanitate Christo procidat. Christus verò despectum alioqui Gentilem propter fidẽ extollit, quod petierat indulget, & Gentes, olim hospites & aduenas, ciues & domesticos Dei reddit. Expedita quippè celebri concione in monte, & in ipsius proclivio curato leproso Iudæo, occasionẽ captauit dominus sanandi Gentilis, nimirum Centurionis serui. Idcirco Capernaum ingressus, audit pro eo supplicantes sacerdotes, nec non ipsum Centurionem: demum iuxta fidem domini, seruum solo verbo, etiam absens sanitati restituit. facta sunt autem hæc quarta die Iunij, anno ætatis Christi 31.

Interpretat. & obseruat. morum.

qui illi erat pretiosus.

Hinc maximè laudat Centurionem Orig. hom. 5. in diuersos, quòd pro seruo sollicitus sit, & eum pretiosum habeat. Nimirum visus est sciuisse quæ Paulus 1. Timot. 5. scribit, Si quis suorum, & maximè domesticorum curam non habet, est infideli deterior. Proinde Eccl. 4. Noluit esse sicut leo in domo sua. Sed quasi id qd est Eccl. 33. attendisset, Si est tibi seruus fidelis, sit tibi quasi anima tua, hunc sibi pretiosum habet. Seruos & dominos communi charitatis vinculo colligari debere, docet Philo Iudæus lib. de specialibus legibus. 1. Quòd & si fortuna & conditio vilior dominos à seruis distinxerit, communis tamen vtrisque natura, & eadem lex diuina. Quod & Macrob. 1. Saturnal. cap. 10. obseruat. Tibi enim, inquit, vnde in seruos tantum & tam immane fastidium? Quasi nõ ex iisdem tibi & alantur, & constent alimentis, eundémque spiritum, & ab eodem principio carpant. 2. Monet dominos seruis compati lex capitis ad membra. Cuius enim membrorum caput non compatitur, etsi caput sit? Hinc August. li. 19. de ciuit. Dei. cap. 14. dominando consuli, & consulendo seruiri debere docet. Et Cyrus Theodoretus lib. 6. Græc. affect. de Dei prouidẽtia, inæqualitatem quidem statuum probans, mutuam tamẽ omnium sympatiã confirmat. 3. Ob peccatum, vt ait Au-

Universidad de Sevilla

Interpretat. & obseruat. morum.

gust. lib. de ciuit. Dei cap. 15. Nos autem omnes peccatores sumus: cur non igitur omnium compatimur? 4. Quis liber, qui tandem seruus esse non possit? Nescis qua ętate Hecuba seruire cœpit: qua Cresus: qua Darij mater: qua Plato ipse? Macrob. 1. Saturnal. cap. 10. Denique seruus bonus amicus est, vt docet August. tomo. 9. tract. 95. in Ioannem. ex Matth. 25. c. Discant igitur domini suos, exemplo Centurionis istius, preciosos habere seruos.

Et cùm audisset de Iesu, misit ad eum seniores Iudæorum.

Miles est, nec proindè reprobus. 1. Electionis signa sunt, honorificat sacerdotes Eccl. 7. quorum tamen facies infideles non erubescunt. Threno. 4. 2. Eos pro se intercedere compellit: Nimirum Leuit. 5. & 17. per ipsos offerre. Et Iacob. 5. ad infirmos accersere iubetur. 3. Agnoscit maiores eos esse omni potentatu temporali, vt qui arma habeant spiritualia, & in dęmones bellum gerant. Chrysost. tom. 1. h. 4. de verbis Esaiæ, Vidi dominum, &c.

Quia dignus est vt hoc illi præstes: diligit enim gentem nostram.

Gentilis erat, honorat tamen Iudæos, quasi iam spiritu sancto ad vnius Dei cultũ instinctus: vt & Naamen militiæ princeps regis Syriæ. (4. Re. 5. Et Achior Iud. 14.) Ex Gentilibus enim tres maximè Centu-

Obseruatio doctrinæ.

mense quinto, die 11. qua curatione peracta, Iudæorum reprobationem, Gentium verò electionem prænunciat.

Summa.

Septem omninò complectitur hoc Euangelium: 1. Serui Centurionis extremam ægritudinem: 2. Cẽturionis in seruum dilectionem & curam: 3. eiusdem in Iudæos beneficentiam: 4. Humilem apud Christum pro seruo supplicationem & fidem: 6. Argumẽto ab hoc Gentili sumpto, gentium vocationem, & Iudæorum reprobationem. 7. Christi assensum & virtutem.

Obseruatio.

Etsi bellum à reprobis hominibus inuentum sit, vt aut à Tubalcain: (iuxta Ioseph lib. 1. antiquit. cap. 4.) aut à Gigantibus ante diluuium (iuxta Berosum lib. 1.) aut à Belo Ioue filio Nembròth, & Nino tempore Zoorasti, qui & Cham fertur à Beroso (vt testis est Herodotus & Iustinus) militandi tamen disci-

riones

Obseruatio doctrinæ.

plina tandem iure Gentium licita facta est, vt redderentur quæ sunt Cæsaris Cæsari, Matth. 22. Etsi enim bellum diabolum, vt & pax Christum suósque magis deceat, vt ait Tertullian. ad martyres: non tamen Christus hunc Centurionẽ à prælio prohibuit (ait Augustin. lib. contra Faustum cap. 22.) dum & eũ, & fidẽ eius extulit. Nam militare, peccatũ non est: sed propter prædam militare, peccatum est (ait August. tom. 10. fol. 19. de verbis Domini. Quod etiam refertur 23. quæst. 1. cap. Militare.) Idcirco Ioannes Baptista consuluit tantùm militibus, vt suis contenti essent stipendiis: aliter non miles, sed latro dicitur, si quid inuadit iniustè (vt docet August. tom. 2. epist. 54. ad Macedo. Quod etiã refertur 32. quæst. 1. cap. Cùm homo) Abraham iustè militauit, Genes. 14. Iosue 10. Dauid 2. Reg. 10. Saul optimè fecisset si Amalech peremisset,

Interpretat. & obseruat. morum.

riones commendãtur: iste. necnon is, qui viso terræ motu, cùm spiritũ Christus edidisset, ait, Vere filius Dei erat iste. Et Cornelius à Petro baptisatus: Act. 10.

Et ipse Synagogam nobis ædificauit.

Nam licet vnicum esset in Iudæa templum, multæ tamen erant Synagogæ: collegia scilicet sacerdotum, doctorum, eorũmque quibus doctrina cõcredita erat. Pietas igitur huius Gentilis, non minor est ea, qua Cyrus commendatur. Sacerdotum authoritatem fusius diebus sequentibus explicaturi, notemus post Deum pietatem in eos exhibitam laudatam fuisse, etiam in Gentilibus: Vt in Alexãdro (vt refert Ioseph. lib. 11. de antiquit. Iud. cap. 8.) qui cùm iratus Ioïadæ Iudæorum pontifici, Hierosolymam cum exercitu accederet, vt pontificem sacra stola indutum cum agmine sacerdotum vidit, ex equo exiliens adorauit: non hominem se adorare, sed Deum, cuius põtifex esset minister, sciens. Idẽ Attile cõtigit regi Hunnorum cùm Romã euersurus properaret: Occurrẽtem enim Leonem Papam, excepit & exaudiuit: vt testatur Paulus diaconus lib. 5. rerum Roman. Contrà verò hæretici, hoc ipso suam in Christi Ecclesiam furorem aperuerunt: quod primùm in sacerdotes sæuierunt: vt Valens Arianus in 80. præsbiteros. Theodoret. lib. 4. hist. Eccl. cap. 24. Et Me-

Universidad de Navarra

Interpretat. & obseruat. morum.

thodius in suis reuelationibus prædicit futurum in diebus vltimis.

Et accessit ad eum Centurio rogans eum.

Non satis fuit misisse, vênit ipse. Quod enim primùm nõ accesserat, humilitatis fuit: vt qui se indignum hac supplicatione iudicaret, 1. cùm Gentilis esset, Christus Iudæus: 2. cùm sanguine & bello gauderet, Christus verò rex esset pacificus. Vênit tamen ad extrema sæuiente morbo.

Domine. Captat beneuolentiam, dominum eum vocans, rémque illi perfacilem quam postulaturus est, declarat, vt qui sit dominus mortis & vitæ. Eccles. 8. Sapien. 16. Ioan. 5. Exod. 15. Dominus nomen illi. Fidelem quoque ei suam fatetur seruitutem. Petrus Chrysol. serm. 15.

Puer meus. Personam pro qua intercedit explicat, puerum suum dicens. Habent autem Emphasim, puer, & meus: vt & sibi dilectum, simúlque fidelem insinuet: quasi diceret, Mihi iste seruus est, & ego creatori. Iste me super terram, & ego magnum in cælis habeo dominum. Si ergo eius nõ misereor, quomodo mei ille miserebitur? Orig. homil. 5. in diuersos.

iacet in domo.

Hinc illi laus, quòd non repulit eum à domo sua, non dereliquit: vt Amalechites Ægyptium seruum, quem tamen inuentum, Dauid pane

Obseruatio doctrinæ.

2. Reg. 15. vt Gedeon Amalechitas, Iudic. 8. & Iudas Machabæus inimicos legis, 2. Macha. 15. Sed humanum sacramentum (inquit Tertull. lib. de corona militis) diuino superinduci non licet. Vnde nec Christiano in Ecclesiam pugnare, immò nec adeò proteruè bellum gerere permittitur.

Porrò, nemo miretur quòd Matthæus dicat, Centurionem ipsum ad Iesum accessisse, Lucas verò dixerit misisse seniores. Nam quod ab vno omittitur, ab altero supletur. Non enim absurdum est (ait Chrysost. homil. 27. in Matth.) missos esse primò aliquos, per quos diceret domino: Non sum dignus vt intres sub tectũ meum, prout à Luca exprimitur: verumetiam ipsum accessisse, ac per se demum eadem dixisse. At verò, inquies, Lucas alterum non scripsit: ego autem tibi alterum à Matthæo prætermissum esse respondebo: idque non repugnantium, sed in-

Obseruatio doctrinæ.

uicem supplẽtium esse. Hinc est quod Sedulius, qui vixit sub Constantino magno, & filius eiꝰ, anno domini trecẽtesimo tricesimo, cui etiã diuꝰ Hieronimus lib. de viris illustribus multũ defert, lib. 1. Euangelicæ historiæ, sic depingit supplicãtem Centurionẽ. Inde recedẽti supplex se protinꝰ offert Cẽturio, et precibꝰ proiectus talibus orat, Impubis pueri cruciatur spiritus æger: sed iussu miserere precor.

Denique Nichodemus in Euãgelio suo de paßione & resurrectione Christi, inducit istum Centurionem Pilato dicentem, se in Capernaum vidisse Iesum, eúmque pro puero rogasse. Quin igitur concludimus primùm quidẽ ad Iesum misisse, vt Lucas refert, demũ iuxta Matthæum, ipsúmmet venisse?

D. Hilarius in Matth. torquet Centurionis seruum ad Gentiles his verbis: Iacentes in sæculo, & peccatorũ morbis dissolutæ, spiritualiter

Interpretat. & obseruat. morum.

aqua refecit. 2. Reg. 30. sed vt sano eo vsus est in domo, ita ægri curam gerit.

paralyticus. Species hæc morbi perniciosissima est, vt docet Galenus lib. 3. de patientibus locis ca. 10. éstque cùm alterum latus sensum & motum amittit: aut cùm omnia corporis membra suo vsu destituuntur.

& male torquetur.

A sui commiseratione Iesum excitat. quasi dicat, Non possum, domine, non molesto ferre animo quæ ille patitur: adeo considero cõquerentem & eiulantem illum, vt mihi ipsi hæc accidere videantur.

et ait illi Iesus, Ego veniam & curabo eum.

1. Plus promittit quàm rogatus sit. Liberalis enim Deus in donis suis, Iaco. 1. qui tribuit abundanter neque improperat. 2. Ire pollicetur vt fidem Centurionis palam promulgari sinat, qui absentem solo verbo curare potuisse crediderit. 3. Vt se facilẽ succurrendis pauperibus doceret: ecce enim, ad seruum ire pollicetur.

Et respondens Centurio, ait, Domine.

Dedit debitũ de humilitate & fide respõsum. Humilitatis sunt hæc, Domine, non sum dignus, &c. Dominũ enim cum pauore vocat, quasi ad contemplandam Christi celsitudinem peruenerit. Exemplo sit Cẽ

Universidad de Deusto

Interpretat. & obseruat. morum.

turio iste, omnibus militibus humiliter ad Deũ accessuris. Igne quippè cælesti concremantur quinquagenarij illi qui quondam ad Heliã (4. Reg. 1.) superbè locuti sunt. Discant igitur Deũ ministrósque eius vereri. En scilicet miles iste, ob pietatem laudatur. Multi illo tempore pro diuersis rogabãt infirmitatibus (ait Orige. homil. 5. in diuersos) nullus tamen pro seruo nisi iste solus. Et hoc illi ad augmẽtum beatitudinis & coronã gloriẹ erat.

Non sum dignus vt intres sub tectum meum.

1. Vt Christi maiestatem, ita suam indignitatem expendit. Quasi diceret, Alienigena sum, Gentilis miles, gladio accinctus, sanguinem fundens, & ad prælium exiens: & ob hoc non sum dignus. Origenes. Ita Petrus, vbi Christũ rerum cognouit authorem, exclamauit, Luc. 5. Exi à me domine, quia homo peccator sum. Pet. Chrysol. homil. 15.

2. Dicendo se indignum, præstitit dignum, non in cuius parietes, sed in cuius cor Christus intraret (ait August. serm. 6. de verbis domini) humilitate enim, Christi ad nos aduentus procuratur, vt fugatur superbia. Luc. 16. Sic humilis Publicanus iustificatur: Pharisæus superbus minimè.

Quando igitur sanctũ cibum (ait Origen. homil. 7. in diuersos) illúdque incorruptum accipis epulum: quãdo vita, pane, & poculo frueris,

manducas

Obseruatio doctrinæ.

Gentes æstimandæ sunt: omnibus vndique mẽbris fluidis, & ad consistendi officiũ, gradiendique corruptis: quarum salutis sacramẽtum in puero Centurionis expletur, quem satis dictum sit principem esse Gentium creditarum. Quis autem sit hic princeps, Canticum Moysi in Deuteronomio docet, vbi dicitur, cõstituit terminos Gẽtium iuxta numerum angelorum. His scilicet verbis, Hylarius similitudinem ducit à Centurione, ad angelos principes Gentium: vt sicut ille pro puero, sic illi pro Gentibus apud dominum deprecati sunt. Ita enim habes principem regni Persarum restitisse viro vestito lineis: & Michaelẽ in adiutorium illius venietem, Daniel. 10. quod per orationes & vota intelligitur.

Quærũt Origenes & Chrysosto. cur dominus aduentum suum Centurioni, nec petenti aut quærenti promittat: cùm Regulo eum in domum descen-

Obseruatio doctrinæ.

descendere postulanti, præsentiam suã denegarit? Probabat verò Centurionis fidẽ: incredulitatem autem Reguli demonstrabat, eámque, negando quod quærebat, rescindebat: docebat quoque se pauperũ sollicitudini, qualis erat seruus Cẽturionis, quàm diuitũ, qualis filius Reguli, faciliorem esse. Quod autem eum curaturus in domum Centurionis venire pollicetur, fidem eius tentat: num credat solo verbo etiam absentem puerum sanare posse. Origen. homil. 5. in diuersos, talẽ dicit esse probationem, qualis ea qua Abrahã num fidelis, & Iob num iustus & patiens esset, tentauit. Non quòd hinc cognoscere vellet eos, quos antè sciebat: sed cognosci, & in exemplũ proponi hominibus volebat. Probat igitur dominus fidem Centurionis, non vt sibi, sed vt circũstãtibus innotescat.

Quod Centurio Dic (inquit) tantùm verbo, Beszaram Diabolodori confessio-

Interpretat. & obseruat. morum,

mãducas & bibis corpus & sanguinem domini, tunc dominus sub tectum tuum ingreditur: Ita ergo humilians temetipsum, imitare hunc Centurionem & dicito, Domine nõ sum dignus vt intres sub tectum meum: vbi enim indignè ingreditur, ibi ad iudiçium ingreditur accipienti.

Sed tantùm dic verbo, & sanabitur puer meus.

1. Vt superiora Centurionis verba humilitatis fuerunt, ita sequentia fidei. Nam quod homini est impossibile, Dei verbo facillimũ esse creditur, Luc. 1. quãuis cum eo omnia formata sint & stent: 2. Sanentur quoque vniuersa. Sap. 16. Heb. 1. Portat enim omnia verbo virtutis suæ: & vt salus animæ à verbo suo prodire intelligatur, verba in formam omnium sacramentorum instituit. 3. Ita vt vltra corporis tegumen, latantem Centurio vidit diuinitatem. Hieronymus.

Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: & dico vni vade, & vadit: & seruo meo fac hoc, & facit.

1. A minori ad maius verbo illius omnia præstari posse confirmat: Adeò vt habeant singula verba suam vim. Quasi dicat, Ego homo sum tantùm, tu verò Deus. 2. Ego sub potestate alterius constitutus sum,

nimirum Cæsaris: tu potestatum potestas, omnipotens. 3. Habeo sub me milites centum: tu omnes cælestes virtutes, omnem creaturam visibilem & inuisibilem, omnem miseriam & fœlicitatem.

4. Dico huic è meis militibus, vade & vadit: & seruo meo, fac hoc, & facit: Quanto igitur magis si morbo imperaueris, cedet? Si vt olim Raphaëlem ad cæcitatem Thobiæ curandam: aut Esayam ad Ezechiæ morbum purgandum, ita mandato destines aliquem ad puerum meum sanitati restituendum, conualescet? Satis est te dixisse & imperasse, cùm sis omnium dominus. Ioãnes Cassianus collatione 6. ca. 5. perfectionem animæ ad similitudinem Euãgelici Centurionis assumit: ita vt anima sit velut Centurio. Nos enim (ait) dignitatis huius apice sublimati sumus, qua non quibus nolumus cogitationib⁹ abducamur, sed his quib⁹ spiritualiter delectamur, immorari & inherere possumus: malis quidem suggestionibus imperãtes: Abite, & ibunt: bonis verò dicẽtes, Venite, & venient. Seruo quoque nostro corpori, ea quæ castitatis vel continentiæ sunt iniungemus, & sine vlla contradictione deseruiet: non iam suscitãs nobis aduersus spiritum concupiscentiæ stimulos: sed omnem exhibens spiritui famulatum.

Audiens autem Iesus.

Quod miratur dominus (ait August.

nis puncto 4. num. 44. confundit impudentiã, qui magiæ adscribit verba Christi in confectione Eucharistiæ: ac certam verborum legem in sacramentorum peractione, magicas imposturas vocat. Quid ergo Beszani? magicarum impostor nugarum Christus? qui baptismatis leges præscripsit his verbis, Baptiso te in nomine Patris & filij, &c. Tu ipse Magus, qui iisdem in baptisando vteris. Præterea, an non Euangelistæ veraces, qui Christum in cena eadem quæ nos verba protulisse testantur? Audi Hesychium lib. 6. in Leuit. cap. 22. Sermo, inquit, qui prolatus est ab ipso Christo supra dominicum mysteriũ, liberat nos ab ignorantia, remouétque nos additus carnale quippiam & terrenum de sanctis arbitrari. Ambros. quoque lib. 4. de sacrament. cap. 4. & 5. Quomodo (inquit) potest qui panis est esse corpus Christi? Consecratione. Consecratio igitur quibus

bus fit verbis, & cuius sermonibus? Domini Iesu. Ergo sermo Christi hoc conficit sacramẽtum, Quis sermo Christi? Nempe is quo facta sunt omnia. Legant quæso Beszani sophistæ librum, quem Marcus Archiepiscopus Ephesinus edidit, cui titulum fecit. Quòd non solùm à voce dominicorum verborum sanctificantur diuina dona, verùm à cõsequẽte oratione & benedictione sacerdotis, virtute spiritus sancti. & audiant Iacobum fratrem domini, Basilium, & Chrysostomum in sua liturgia hoc ipso verba Christi exprimere quod iis consecratio perficiatur. Sed de his aliquando Deo iuuante fusius.

Quomodo tantam in Israel fidem, quantam hic habuit Centurio, Christus inuenire non potuit? Num fidelior ille Abraham, cæterisque & patriarchis & prophetis? Sed de præsentibus hic loquitur, inquit Hieronym. de antiquis illis pa-

gust. super Genesim contra Manichæos) non perturbati animi signũ est, sed docentis magisterium: nec velut rei prius incognitæ est admiratio, cùm & in eo illam fidem fecisset, sed fidem hanc mirandam esse nobis significat.

miratus est. Nec enim ex ignorantia causæ cadit in Deum admiratio (ait Thomas Aquinas in Matth.) sed apprehensio magnitudinis effectus alicuius in Christum cadere potest. Vnde admirari in Christo, est magnum reputare.

Obseruat Orig. homil. 5. in diuersos, Deo nihil esse mirabile, nec aurũ, nec diuitias, nec regna, nec principatus: cùm ista omnia sint in conspectu eius tanquam vmbra, & sicut nihil, vel flos decidens. Idcirco eorum nihil esse Deo pretiosum, sed solam tantum fidem ostendit, Nihil igitur caduca hæc æstimemus, sed integram fidem, vitæque puritatem assequi enitamur. Persius Saty. 2.

Quin damus hoc superis, de magna quod dare lance
Non possit magni Messalæ lippa propago:
Compositũ ius, fásque animi, sanctósque recessus
Mentis, & incoctum generoso pectus honesto.

Amen dico vobis non inueni tantam fidem in Israël.

1. Pensata hominis qualitate (ait Chrysosto. homil. 22. oper. imperf. in Matth.) Nec enim Iudæus, sed Gentilis miles erat. 2. Per Israël nõ quemuis Iudæum intellige, sed eos

Interpretat.& obseruat.morum.

tantum qui pro suorum curatione ad dominum conuenerant. Obserua Christũ fidem Centurionis charitate in puerum munitam commẽdasse. Hinc ne dixeris (inquit S. Maximus lib. 1. de charitate) quòd nuda fides in dominum nostrum Iesum Christum te seruare possit, nisi charitatem quoque in illam per opera possederis. Siquidem nude credere, nouerunt etiam dæmones, & contremiscunt. Et sicut ignis recordatio corpus non calefacit: sic fides sine charitate non operatur in anima cognitionis illuminationẽ.

Obseruatio doctrinæ.

Dico autẽ vobis quòd multi ab oriẽte & occidente veniẽt. 1. Argumento ab hoc Gentili habito, Gentium vocationem prædicit. 2. (Dico vobis) habet Emphasim: quasi d. prædixerunt vbique prophetæ Gentes saluandas. Ego quoque, in quem conspirant lex & prophetæ, idem confirmo vobis Iudæis, in vestræ incredulitatis & duriciei maiorem condemnationem. 3. Multi (ait) nõ omnes: quia 4. Esd. 8. multi quidem creati sunt, pauci autem saluabũtur: Multi tamen respectu Iudæorum: pauci, respectu vniuersorum infidelium & reproborum. 4. Venire intelligit, nõ tam gressu corporis quàm affectu mentis: q. sumpta translatione & metaphora à regina Austri, quæ venit à terræ finibus vt Salomonis sapientiam audiret. 3. R. 8. 5. Orientis & Occidẽtis nomine, vniuersum mũdum

tribus. Rursus verò, num fidelior diua virgine, cui Elizabet, Beata, inquit quæ credidisti? Luc. 1. Sed id de cõmuni plebe Iudaïca, non de electis suis intelligit. Seu comparatione facta, & gentis, & status, & modi, quoad fidem alectus, eum quodammodo fideliorem dicit ceteris. Credidit enim Andreas, ait Chrysost. homil. 22. in Matth. sed Ioanne dicente, Ecce agnus Dei. Credidit Petrus, sed Euangelisante sibi Andrea. Credidit Philippus, sed legẽdo scripturas. Nathanael prius signum diuinitatis accepit, & sic fidei confessionẽ obtulit. Et vt verbis Origenis homil. 5. in diuersos, vtar, Iaïrus Israëlis princeps pro filia sua petens, nõ dixit, dic verbo, sed, Veni velociter. Nichodemus de fidei sacramento audiens, ait, Quomodo potest hoc fieri? Maria & Martha dicunt: Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus, quasi dubitantes quòd vbique posset adesse

Obseruatio doctrinæ.

adesse Dei potentia. Fidelior ergo omnibus Centurio, vt qui plura credat, nec ad eam fidem ab aliquo allectus. Vnde licet minus quidem crederet quàm cæteri, quod tamen Gẽtilis miles est, miram fidem habet: vt & maius est rusticũ aliquid sapienter dicere quàm Philosophũ. Proinde Optatus lib. 5. in Parmenianum, fidem huius Centurionis perfectam vocat.

Carnales Mahumetistæ, authore Sergio monacho, qd conuiuiorum desiderio tenerentur, futuram constituerũt in deliciis ciborum & ferculorum beatitudinem: quod hanc doctrinam ex male intellectis scripturæ locis, monachus ille Mahumeti pedagogus exhauserit. Quippe etiã à Cherintho Ciliastæ olim diuis narrarũt, qui vt voluptatibus addicti erant, Christum mille annis post resurrectionẽ in carne cum sanctis regnaturum, eósque frequentibus epulis excepturum docuerũt. De his habes apud Gratianũ

Interpret.& obseruat.morum.

dum implicat, quod est scripturis familiare. Sic Malach. 1. Ab ortu ad occasum. Et Psal. 112. Quasi dicat, Vbique terrarum, quas sol ab ortu ad occasum vsque perlustrat.

Et recumbẽt cum Abraham, Isaac & Iacob in regno cælorũ. 1. Id est, eadem fruentur gloria qua Abraham, Isaac, & Iacob. Certum enim est, Christum futuram illam gloriam, sumpta metaphora, ab his qui mensæ recumbunt, & lautioribus epulis excipiuntur, declarasse, vt Luc. 22. vt edatis & bibatis super mẽsam meã in regno meo. Et Ioan. 13. pater faciet electos discumbere. Hoc nimirum, quòd planè fruitio illa animã satiabit: vnde angelicus cibus nuncupatur. 2. Abraham, Isaac, & Iacob potiꝰ meminit quàm ceterorum: quod hi & celeberrimi & antiquissimi, primæ Iudæorum nobilitatis parentes extiterint: & dominus ipse se Deum eorum dixerit, Exod. 3. Vt & per eos vniuersos fideles intelligat. En vt propter viuæ fidei meritum Christus Gentibus accessum ad Deũ promittat. Ephe. 1. Proindè ait Chrysost. homil. 8. in epist. ad Roma. Considera quantũ sit credere, certóque persuasum sit, posse Deum non solùm à supplicio liberare eum, qui in impietate iam per omnem vitam suam ambulauit, sed & confestim iustum facere, immortalibusque simul illis spiritibus dignum reddere: vt & nobis olim reprobatis Gentilibus idem

Interpret.& obseruat.morum.

contulit. Proinde festinemus ingredi in illam requiem.

Filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores.

Filij regni Iudæi sunt, 1. vel quia Deus in eis ante regnauit: (inquit Hieron. in Matth.) 2. vel quod regnum Dei esset illis præparatum: quod magis illos mordebat (ait Chrysost. homil. 27. in Matth.) 3. Vel quòd Ecclesiæ Dei filij essent, quæ regnum dicitur.

eijcientur. Vim habet, quod coactis id accidit: proindè non ait, ibũt Turpius eijcitur, quàm non admittitur hospes. D. Remigius in Matt. tenebras exteriores fletum quoque & stridorem dẽtium, historicõs interpretatur, sic vt prædicat domin' his verbis, Iudæos per nationes & regiones varias, propter infidelitatem, dispergendos: adeò vt ob earũ intemperiem, modò igne torridi, modò frigore stridentes passim appareant. Fletus enim ab igne solet fieri, stridor dentium à frigore. Illis ergo ascribitur fletus qui in calidioribus locis habitant, sicut in India & Æthyopia: stridor verò dẽtium, his qui in frigidioribus locis, sicut est Hircania & Scythia. Vel tenebræ exteriores dicuntur, quoniam qui à domino expellitur, foras relinquit lumen. Hierony.

Ibi erit fletus & stridor dentiũ.

Per metaphoram, mẽbrorum pœnas describit tormentorum. Haymo in

Obseruatio doctrinæ.

24. quæst. 3. C. Quidam autẽ hæretici. Et Philasterium in cathalogo hæreticor. Sed non animaduerterunt illi, & verbum Dei, & gloriam, & gratiam, & spiritum sanctũ dici cibũ & potum in scripturis.

Sic D. Dionysius Areopagita epist. 9. ad Titũ, quosnam cibos sapientia præparare dicatur, resoluit solidum cibum: vocans intellectualem perfectionem, secũdum quam qui intelligentiæ dono prædiati sunt, modo digni, diuinarumque rerum consortes effecti perficiuntur: vt etiam Georgius Pachymeres in hãc epist. commentatur, &c.

Hieronymus in Matth. & Druthmarus cap. 16. in eundem, ex eo quod fletus & stridoris dentium Christus meminit, futuram resurrectionẽ colligunt: quòd & dentes & ossa futura sint: & his etiam plectendi sint impij: nimirũ, ait Druthmarus, vera hæc cruciabuntur pœna, nõ imaginaria, et quasi per somniũ.

Si quis

Obseruatio doctrinæ.

Si quis de variis tormentorũ generibus plura audire volet, aut dicere: legat D. Effrem Edesseni lib. de pœnitẽtia cap. 7.

Interpret.& obseruat.morum.

mo in Euangel. Solent enim oculi præ fumo lachrymas emittere: dentes verò præ nimio frigore stridere. Hinc Iob 24. Transibunt ab aquis niuium, ad nimium calorẽ ignium. quibus supplicia damnandorum intelliguntur, similitudine desumpta à febricitantibus, qui vbi maximo calore exundarunt, extremo frigore palpitare incipiunt. Chrysosto. lib. de reparatione lapsi, pulchrè contemplatur pœnas illas futuras, vt peccatorem ad sui reatus agnitionem euocet. E pluribus verò, hîc quędam inserere non erit superfluum. Ibi (inquit) quid agemus? Nihil erit ibi nisi stridor dentium, nisi vlulatus & fletus, & sera pœnitentia, cessantibus vndique auxiliis, & vndique inualescentibus pœnis. Nec solatium quidem est vsquam vllum. nihil occurret oculis nostris, nisi soli pœnarum ministri, & facies dira tortorum: & quod est omnium tetrius, nec aëris quidem ipsius vllũ erit solatium, aut lucis. Circundabunt enim pœnarum loca tenebræ exteriores, & ignis ille flammeus, qui sicut naturam non habet consolandi, ita nec illuminandi: sed & ignis obscurus & flãma tenebrosa est. Si quis plura dicere volet, legat subsequentia hoc eodem loco.

Dixit autem Iesus Centurioni, Vade, & sicut credidisti fiat tibi.

Vade hîc, non rigorem indicat, vt Matth. 4. sed signum est exauditæ petitionis. (fiat) vox Deo familiaris, vt qui quæcunque vult faciat. sicut credidisti. Fides enim maximũ patrociniũ est.

Et sanatus est puer eius ex illa hora.

Quoniam in ictu oculi, puncto temporis, & statim operatur Deus. D. Basilius epist. 181. ad Chilonem, Non Christi pręsentia, inquit, sed fides Centurionis, ægrotantem seruum liberauit. Sic etiam nunc te orante, in quocunque fueris loco & ægroto quouis credente, quòd preces tuæ ipsi auxilium ferent, omnia ipsi ex animi sententia euenient.

Universidad de Deusto Biblioteca

ORATIO.

DOmine Iesu Christe benignissime, qui Centurionis seruum iam animam agentem, solo verbo etiã absens, curasti: Centurionis quoque fidem cõmendasti, sana languentes, & præ peccatorum sarcina succumbentes animas nostras, adauge quæsumus in nobis fidem, insere pectoribus nostris verbi tui virtutẽ, da vt omni obsequio nos tibi deuouentes, æternorum suppliciorum flammas, fletum & stridorem dentiũ euadere, & cum Abraham & Isaac in regno patris tui recumbere valeamus. Nec denique domine Iesu nos à beatitudine illa arcere, quam nobis vt filiis pollicitus es, nec ingrauare corda nostra permitte, sed ea accende, vt tibi debitum obsequium reddentes, tecum in cælo exultare valeamus, Amen.

FERIA 6. CINERVM.

Matth. 5.

Audistis quia dictum est antiquis: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum.

Interpret. & obseruat. morum.

AVdistis ait, non legistis. Antiquos autẽ vocat sacerdotes, qui & seniores dicũtur. Nec enim in lege scriptum erat odiẽdum inimicũ, cùm Exod. 23. legamus asinum odientis se iacentem subleuãdum esse: Et Leuit. 19. meminisse non oportere iniuriarum conciuium iubeat dominus, Zach. 7. 2. Exemplis contrarium astrui poterat. Illi quippè qui Christi figuram gessere, in suos beneficentissimi inimicos fuere. Vt

Introduct. in Euang.

VT *patrem sequitur sua proles, & exercitus suũ ducem: immò ad instar magistri etiam, qui illiberales & mechanicas edicunt disciplinas, manus formant: Ita & nos cùm Dei opt. max. filij dicamur, Christúmque ducem & præceptorem*

Ioseph

Introduct. in Euang.

ptorem habeamus, cùm Deũ patrem imitari, tum Christum æmulari debemus. Hoc autem faciemus si, vt Christus docet in hodierno Euangelio, non amicos tantùm sed & inimicos diligamus, eisque benefaciamus: cùm pater solem suum oriri faciat super bonos & malos. Itẽ sic misericordiæ operibus vacãtes, vt non nobis sed Deo gloriam referamus, cùm Christus nusquam suam, sed patris gloriam quæsierit. Retulit autem hæc verba dominus inter prolixum sermonẽ illum, quem habuit in monte Thabor, anno suæ ætatis 31. mense 4. quinta decima mẽsis Maij, quibus Christianam charitatem depingit, quæ inimicos vt amicos amplectatur, quæ otiosa non sit, sed effundẽdis eleemosynis implicetur: faciũdæ ergo eleemosynæ qualitatem, circunstãtias & charitatis vtriusque, tam ad indignos quàm inimicos, præscribit. Tota igitur eius fuit intentio, prauam anti-

Interpret. & obseruat. morum.

Ioseph in fratres, Genes. 45. Dauid in Absalon 2. Reg. 18. & 16. de Semei & Saul. 1. Reg. 26. vnde Christũ in se præsagiit (ait Prosper Aquitaneus, li. de promissionibus cap. 26.) Eodem modo se habuit Moses in Mariam sororem, illum ridentem, Numer. 12. Philosophabantur verò Iudæi, vt & nunc permulti, diligẽdos amicos, ideo inimicos odiẽdos. Considerabant & veritum sibi fœdus cũ inimicis Gentibus, Deut. 7. illos exhorrescendos, quia odibilia opera faciebant, Sap. 12. Vnde odio quoque prosequendos dicebant, quasi in morem Gẽtilium vim vi repellere liceat. Sed scriptura odio prosequi vitium & malitiã hominum docebat, eámque detestari: cauebat quoque ne ea Israel inficeretur, si commercium cum hominibus impiis haberet: nõ tamẽ homines Dei creaturas, odisse docebat.

Ego autem. Vim habent omnes hæ dictiones, Ego, ait ad Emphasim, 1. Qui se à diametro commentatoribus, immò legis deprauatoribus opponat. 2. qui à semetipso vt Deus loquatur & præcipiat, quẽ Esaias sic loquentem inducit cap. 5. Propter hoc, sciet populus meus nomen meum in die illa: quia ego ipse qui loquebar, ecce adsum.

Ego igitur. q. d. qui sum noui testamenti legifer, quem Moses vt se audiendum prædixit, Deut. 32. Ego finis legis, Rom. 10. quem pater nuper in baptismate auscultandũ de-

Universidad de Deusto

Interpretat. & obseru. morum.

signauit, Matth. 3.

Dico. Dico, cuius dicere est imperare: cuius verba veritas sunt: nec enim Deus est, vt filius hominis, vt mentiatur, Numer. 23.

vobis. vtique, qui melioris perfectionis apicē scandere debetis, cùm & ampliorem ego vobis, quàm Moses, proponam mercedem. Vobis, inquam, qui meam & doctrinam & conuersationem sectari debetis: vt quemadmodum ego feci & docui, ita & vos faciatis.

Diligite inimicos vestros.

Non ait, diligite inimicos meos, quia quo quis inimicus Dei est, etiā odiendus est. Est autem inimicus, non per naturā, sed per contrariam volūtatem, vt docet August. lib. 12. de ciuit. Dei cap. 3. Nec enim in natura est malum, ait Dyonis. lib. de diuinis nominibus ca. 4. pa. 4. proindè nec homo aut diabolus malus est natura, sed voluntate, ait Cyrillus Hierosol. cathe. 2. Sed neque ait, eximite à pœnis. Potest enim inimicus quiuis aut lege polytica, aut Ecclesiastica plecti, absque charitatis iniuria. Immò 23. q. 4. Can. est iniusta misericordia. Ex Ambr. 1. Officiorum, dicitur non miserendum latronis, etiam si lachrymę deprecātium cogere iudicem videantur, sed proferendam sententiam: cùm alioqui displicuerit Saul misericors in Amalechit. 1. Reg. 15. Charitas ergo Christiana non vetat iudicem

Introduct. in Euang.

quorum interpretatione rescindere, & veram charitatem describere. Quoniam scilicet Deus charitas est, & qui diligit proximum, legem impleuit. 1. Corint. 13. Maior quoque omnium est charitas. Nimirum vt Theodiclus Celesyriensis in 3. cap. epist. ad Romanos ait, Charitas mater est & fons omnium bonorū: Adeo vt ex omnibus præceptis (ait Marcus heremita lib. de lege spirituali) non aliud plura cōplectatur, quàm charitatis erga Deū & proximum. Quēadmodum enim cemento mediante, lapis ad lapidem in corporali ædificio constringitur, (ait Chrysostomus homil. 7. in Matth.) sic in ædificio Ecclesiæ, Christianus ad Christianum mediāte charitate, connectitur. Immò dicam vice neruorum esse in Ecclesiæ corpore, columnarū in structura, scalæ in ascēsu.

Summa.

Sex igitur omnino Christus hoc Euangelio designat, 1. In medium adducit corruptum

Obseruatio doctrinæ.

ptum ab antiquis legis sensum. 2. eū reformat, tres gradus charitatis ad inimicos protensæ assignans, nimirum 1. dilectionem, 2. beneficentiā, & 3. orationem. 3. Duplici exemplo monitionem suam confirmat, diuino scilicet & humano. Diuino quidem, patris qui in cælis est: humano autē, argumēto sumpto à Gētilibus & Publicanis, qui et resalutant & benefaciunt ijs, à quibus parem gratiam acceperunt. 4. Veræ perfectionis exemplar concludit. 5. Ab omni iustitia externa & eleemosyna prauam intentionem rescindit. 6. Demum fructum bonorum operum, quæ pura intentione facta sint, assignat.

Obseruatio doctrinæ.

D. Iustinus 25. quæst. ad Orthodoxas, obiectat, qui fiat vt prohibeatur malum pro malo reddere, cùm Paulus & pontifici & Fabro Alexandro maledixerit. Soluit autem dicens eum nec Alexandrum, nec pontifi-

Interpretat. & obseruat. morum.

dicem legibus vti in noxios: Habet quippe præceptum, Exod. 22. Maleficos nō patieris viuere. Non enim præcepta Euangelica (ait August. lib. 2. cōtra epist. Parmen.) de dilectione inimicorū, & misericordia impendenda proximis, eatenus intelligēda sunt, vt peccati relaxetur impunitas, sed vt delinquēti correctio, & naturæ ministretur subsidium; donec per sentētiam iudicis, adempta spe correctionis, malorum tollatur exercitium. Idem refert 23. q. 4. C. non potest. Neque enim iudex cùm impium damnat, inimicum agit: sicut nec iustitia charitatem opprimit. Idcirco de inimicitia suspectum iudicem repellere licet, vt patet 3. q. 6. c. Omnes qui aduersus: & Nulli Episcoporū: & Quia suspecti: & Qui inimici. Immò per iudices occisionem licitam, & per milites, docet Augustinus Epistol. ad Publicalam, quod refertur 23. q. 5. can. de occidendis hominibus. Phinées quippè Numer. 25. Moses quoque cedem, Exod. 2. & 32. commendarunt suis exemplis: sed inimicorū Dei & legum. Nec errat, immò piè facit, pater filium castigans.

Porrò charitatem in inimicos sic Christiani illi primi secuti sunt, vt Tertullianus cap. 37. Apolog. lib. 2. dicat nec mortuis Gentiles pepercisse Christianis, quin illos de requie sepulturæ, de asylo quodam mortis distraherēt, & eos inimicum vulgus lapidibus & furiis inuade-

ret. Et tamen licet nox vna pauculis faculis largitatem vltionis potuisset operari, noluisse Christianos malum malo dispungi. Immò ad maiorem charitatis in Christianos cumulum, docet ibidem illis licuisse magis occidi quàm occidere.

benefacite his qui oderũt vos.

Ioseph fratres eius oderant: tempore autem penuriæ frumentariæ, benefecit illis. Genes. 45. Dauid autem quoties Saul & pepercit & benefecit, omnibúsque inimicis? Inde Prosper, part. 2. lib. de promiss. cap. 26. eum inde Christi figuram gessisse dicit. Nec enim otiosa est charitas, 2. Cor. 13. vnde se in beneficẽtiam exerit. Immò benefaciendo vincitur inimicus, vt liquet ex Pauli verbis, Rom. 12. Si esurit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potũ da illi: & carbones ignis congeres super caput eius. Sic Dauid Saulem dicere coëgit Dauidẽ se iustiorem. 1. Reg. 26. Sic Christiani tyrannos eorum mores probare impulerunt.

Hieronymus 1. parte epist. tract. 2. epist. 25. contra Pelagianorũ hæresim, benefieri inimicis dicit, in correctionem & resurrectionem, vt odij igne beneficiis superato, & excocto charitatis frigore, inimicus esse desistat. Beneficentiam in inimicos Christiani, Iuliani tempore, commendarunt. Milites quippe Iuliani à suis eiectos ægrotos excipiebãt, & donec cõualescerent, curabant: vt habetur apud Eusebium

cem repercussisse, sed tantum pontifici quæ essent euenturæ prædixisse, his verbis, Percutiet te Deus paries dealbate. Alexãdro verò, hoc ei reddat dominus in die illa, non esse maledictum, neque conuitium, sed prædictiones Apostolo dignas, qui seipsum non vlciscatur, sed det locũ iræ. August. quoque sermo. 59. de tempore, docet imprecationes quas Prophetæ in inimicos proferũt, vt est hoc Psalmi, 66. fiat mẽsa coram eis in laqueum: non maledictiones sed prædictiones esse. Gregori⁹ Nyssenus li. de oratione, aliter soluit. Nam nonnulli id psaltes malè interpretãtur. ait enim Psal. 6. deficiant peccatores, & iniqui: & Hieremiam vindictam de aduersariis deprecantem, Hiere. 10. & Oseam cap. 9. Vuluam sterilem, & vbera sicca adducant: respõdet spectasse eos, ad correctionem vitiositatis atque malitiæ, quæ tunc in natura vigebat. Vt malum ergo deficiat

ciat orant, non vt homo, cùm is malus non sit natura, omnino annihiletur. Iustinus q. 80. ad orthodoxos, quæstionẽ dissoluit quæ sic moueri potest. Cur orandum sit etiam pro inimicis? qui fit quòd Elysæus imprecatus est pueris in Bethel? 4. reg. 2. Soluit autem dicens, commendabilem esse patientiam, sed tum cùm emendari possunt qui inferunt iniuriam, (scilicet quæ in Deum redundet, vt quæ ministro Dei infertur) quódq; pueri voces illas quas in Prophetam exclamabãt, à parẽtibus didicissent, prophetis semper infensis, castigatos parentes in occisione puerorum, vt discerent non afficere contumelia Prophetas, & per eos Deum.

Ceterum (ait August. to. 10. sermo. 59. de tempore) quid aliud pro inimicis orãdũ est, nisi hoc quod ait Apostolus (2. Ti. 2.) vt det illis pœnitentiam, & resipiscãt à laqueis diaboli, à quo captiui tenentur? Quòd si etiã

Eccles. hist. lib. 9. c. 8. & in Hist. tripart. l. 6. c. 29. Vnde Iulianus charitatem Christianorum commẽdans, Arsacium Galatiæ pontificem iussit xenodochia extruere, & 3000. modiorũ frumenti, & sexaginta millia sextariorum vini, ad excipiẽdos hospites annuatim colligere. Niceph. histor. Ecclesias. l. 10. cap. 22. Immò ante Iuliani tempora Iustinus recẽset Marci Imperatoris epistolam, ad senatum Rom. qui vetabat Christianos suppliciis inquiri, quòd hi, cùm à nongentis septuaginta quinque millibus barbarorum penè opprimeretur, & exercitus illius iam à quinque diebus aqua caruisset, precibus tamen suis à Deo suo (& si illis prius infensissimus fuisset) fecerunt, vt in suos frigidissimus imber descenderet: in hostes grando mixta fulminibus præcipitãter ferretur. Hæc Iustinus martyr & Zonaras tomo secundo Annalium.

Adeo valuerunt preces Christianorum etiam pro suis persecutoribus fusę. Nec enim Christianus vindictam sed misericordiam & reconciliationem totus spirat. Proindè refert August. l. 5. de ciuit. Dei cap. 26. hoc ipso Christianum Theodosij animum apparuisse, quod tyranno Eugenio deuicto, qui sibi occidentis imperium, occiso Valentiniano, subrogarat, eorum qui illi fauerent filios Gẽtiles ad Ecclesias confugientes occidi vetuit, eósque licet inimicorum filios, Christiana

Universidad de Deusto

Interpret.& obseruat.morum.

charitate dilexit, nec priuauit rebus, sed auxit honoribus, in neminem post victoriam, priuatas inimicitias valere permittens. Hinc idem pater August. lib. 1. de ciu. Dei cap. 1. & 2. discernit Ethnicam religionē à Christiana, quod, cùm aduersariis nomini Christi victis in vastatione vrbis Romæ, Barbari propter Christum pepercerint: nulla vnquā bella ita gesta sunt, vt victores propter deos eorum, quos vicerant, parcerent victis. Nonne (scilicet) Æneas vidit Priamúmque per aras Sanguine fœdantem quos ipse sacrauerat ignes? Ceterum Chrysost. homil. 16. in Matth. nouem gradus charitatis ex Euangelio colligit: 1. Non prius lædere. 2. nō amplius referre, quàm quod à lædente sustinetur. 3. ne læsi eadem referamus. 4. Inimicis nos ad iniuriam sustinēdam offeramus. 5. immò ad maiorē, quàm ille qui nos persequitur, velit. 6. nec tamen eum oderimus 7. immò diligamus. 8. illi benefaciamus. 9. pro eo Deum deprecemur.

& orate pro persequentibus & calumniantibus vos.

Sic Dauid Psal. 118. pro eo vt me diligerēt, detrahebāt mihi: ego autem orabam. Moses orauit pro Maria sorore sua prius eū calumniāte, Num. 12. & sæpissime pro populo eū persequente. Et hinc Christi sanguis melius clamat quàm Abel, Heb. 11. quòd Christus pro inimicis orauit dicēs, Pater, dimitte illis, Matth. 26.

Stepha-

Obseruatio doctrinæ.

pro inimicis Ecclesiæ, de quibus maximè hic loquitur, orandum est, quanto magis pro nostris? Inde idem serm. 51. de verbis domini. Nos eis (ait) irascamur, sed pro eis oremus, vt det eis dominus intellectū. Hinc Cyprianus ad Cornelium Papam, orandum monet pro hæreticis, vt malint pro se orationem fieri antistitis, quàm sanguinem fundi sacerdotis. Celestinus quoque epist. 1. c. 1. consuetudinem Ecclesiæ recenset de fundenda pro hæreticis & schismaticis oratione. Et Optatus Mileuitanus lib. 1. in Donatistas, eos fratres vocandos, & Prophetam Esayam obseruandum censet, Vos qui timetis (inquit cap. 66.) nomen domini, eis qui vos odio habēt, & execrantur, & volunt se dici fratres vestros, dicite, fratres nostri estis. Charitatis enim præcipua sunt hæc duo (ait Basilius tom. 2. ad quæstion. 175.) dolere scilicet, & angi ex his rebus, ex quibus lædi-

tur

Obseruatio doctrinæ.

ditur is, qui diligitur. Beatus qui mœret propter illum qui peccat: sicut scriptum est, Si patitur vnum membrum, compatiūtur, & alia membra. Naturæ vtique necnon relligionis nostræ conditio, vniuersam omnium dilectionis rationem confirmat. Tertullian. in Apolog. cap. 37. Iidem sumus Imperatoribus (ait) qui in vicinis nostris. Malè enim velle, malè facere, malè dicere, malè cogitare de quoquam, ex æquo vetamur. Porrò dicat aliquis, non plus igitur vxor, pater, frater, fidelis, diligendi sunt? Hieronym. homil. 3. in Cantica canticorum, hanc quæstionem dissoluit. Omnis (inquit) rationalis creatura, ex æquo diligenda est. Adiciendum tamen est in charitate, vnicuique ad hoc quomodo est, & ad hoc quomodo rationalis est. Si, verbi gratia, aut in moribus, aut in opere, aut in proposito, aut in scientia, aut in stu-

Interpretat.& obseruat.morum.

Stephanus quoque eū ęmulatus est, cùm lapidib⁹ obrueretur: exclamabat enim, Domine, ne statuas illis hoc peccatū. Vnde Christus Iacobū & Ioannem increpauit, ꝙ non recipientibus eū Samaritanis, dicebāt, Vis iubeam⁹ vt ignis descēdat de cęlo, & comburat istos? Ad quos Xps, Nescitis, ait, cuius spūs estis. Luc. 9. Vt sitis filij patris vestri, qui in cælis est. Erimus autem, si filium naturalē patris Christū imitemur. In perfectæ verò charitatis typum cōtemplamur, cùm Christū respicimus. Nā per sanguinem eius recōciliati sumus, cùm essemus inimici. Adeo vt pro inimicis mortuus sit: pro se crucifigētibus orarit: inimicos etiā suos post passionē, ad salutē & fidē per Apostolos inuitarit. Potuítne maius pignus dare, quàm pro nobis mala nostra sufferre? Ideo Chrys. hom. 1. in epist. ad Philip. nō adeo diuitum filios agnosci in torque, quē semper in colo circūferūt, (ait) quàm Dei filios charitate. Idē Aug. 15. de trin. ca. 18. confirmat. Id autē dicēs Christus, quasi ex opposito filiorum diaboli, statuit filios Dei: ꝙ diaboli filij sanguine & liuore gaudeāt: sicut & īuidia diaboli mors intrauit ī orbē terrarū, Sap. 2. homicidiis quoq; exultēt, cū diabolus sit homicida ab initio: sicque opera patris perficere velint. His quoq; verbis dilectionis rationem cōfirmat dominus, ꝙ fratres simus, ab vno Deo inspirati, & animati: &

Universidad de Deusto Biblioteca

Interpret. & obseruat. morum.

equidē cōiūctiores qui animis, q̄ qui corporibus. (ait Lactāt. l. 6. de vero cultu cap. 10.) vnde pro belluis immanibus sunt habendi, qui hominibus nocēt, qui cōtra ius humanitatis, & fas omne, spoliāt, cruciāt occidūt, extermināt. Sed & Christianę relligionis regula ad beneficētiā potius nos promouet. Proinde Tertullianus in Apolog. c. 37. Nullum bonum (ait) sub exceptione personarum administramus. s. quia omnes fratres sumus. Chrys. quoque homil. 24. ad pop. excādescit in Anthiochenos, quòd rixantes non dirimerent, inexcusabiles eos esse dicens, cùm iumētum lapsum erigere iubeamur: hi vero homines sint & fratres. Hac ratione Abraham Loth dicebat, Ne sit lis inter me & te. Et cùm Iuda eripere vellet Ioseph, Caro, inquit, & frater noster est. Genes. 37.

Qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos.

Pluię & Solis nomine, omnia ferè bona temporalia cōcludit. 1. pluuiis enim irrigantur plantæ, 2. Sole excitantur, & vi sua donantur. 3. Sol omnia lætificat. Thob. 4. 4. purgat & lustrat omnia. His quoque duobus, spiritualia bona intelligi possunt, vt doctè docet Lactantius l. 5. diuina. instit. cap. 15. Per solem gratiæ, lux illuminans omnem hominem. Per pluuiam, donationes spiritussancti: vt apud Psaltē, Psal. 67.

Obseruatio doctrinæ.

diis ceteros præcellit: pro his singulis, secundum quodque meritum, ad generalem dilectionem addendum est etiam specialis aliquid charitatis. Verùm, vt maior de his habeatur authoritas, ab ipso Deo capiamus exemplū. Ipse enim amat omnia quæ sunt, æqualiter: vt nihil oderit eorum quæ fecit: neque enim fecit aliquid quod odio haberet: non tamen ob hoc similiter dilexit Ægyptios, Hebræos, & Pharaonem, vt Moysen & Aaron. Hinc Cyprianus lib. 4. epist. 7. ad Magnum, probat æqualitatem luminis vitæ æternæ in Ecclesia, & in baptismate: cuius etiam sacramētum in Exodo celebratum sit: cùm (Exod. 16.) sine discrimine sexus & ætatis manna à singulis ad mensuram gomor æqualiter colligebatur. Ab Ethnicis etiam quandā perfectam charitatis formā sumere poterimus. Plutarchus quippè, & ipse Gentilis, librum edidit de vtilitate ca-

piendā

Obseruatio doctrinæ.

piendā ab inimicis, quo monet vt olim non satis fuit nō lædi à feris, sed deprehensa ratione qua illis vteremur, vtilitatem veteres collegerunt: ita ex inimicis, & fauorem, & honorem aucupari debere: Exēplo nimirùm Cæsaris, qui Pompeij caput intuitus, defleuit. Sed & idem ferè Antistenes ad Periclem scribit, Alexādrum prostratum Darium in belli momento, pallio cooperuisse, quo virtutis nobilitatem, ac fortunæ, cuius incertitudinē metuerat, demonstrabat. Porsena rex, Sceuolam in familiarem assumpsit, qui tamen in eius vitam coniurarat. Phocion vir Athenienſis, vt testis est Plutarchus li. 1. Apophthegmatū, cū falsorum testiū delatione reus factus, discrimen capitis incurreret, nihil aliud filio demandauit, quàm ne quid, harum rerum memoria, Athenienſibus irasceretur. Diodorus Siculus lib. 16. Bibliothecæ, Dionem hoc ipso

Interpret. & obseruat. morum.

67. pluuiam volūtariam segregabis Deus hæreditatitiuæ. Sic prophetiæ donum, etiam Balaam, Num. 24. & Cayphæ indulsit, Ioan. 12. Vnde nec hominum malitia prætexenda est, quin in necessitatibus eis subueniamus. Dilectionem hanc mutuam & beneficētiam probat August. epist. 52. ad Macedonium, & lib. de cath. rudibus cap. 26. adferens id Eccles. 13. Omne animal diligit sibi simile, sic & omnis homo proximum sibi. Hac sola naturæ habita ratione Aristoteles, homini etiam impuro eleemosynam fecit: & cùm factū id argueretur, misertus sum humanitatem (ait) non iniquitatem: vt docet Diogen. Laërtius l. 5. de vita philosophorum. Eam quippè in omnes beneficentiam, immò & misericordiam Deus docet, non solùm omnibus pluuiam infundens, & solem suum communicans, sed & quandoque peccata dissimulans & condonans: vt pulchrè docet Seneca lib. 6. de beneficiis cap. 21. More optimorum parentum, inquit, qui maledictis suorum infantium arridēt, non cessant dij beneficia congerere de beneficiorum autore dubitantibus, sed æquali tenore bona sua per gētes populósque distribuunt.

Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nōne & Publicani hoc faciūt? Etsi salutaueritis fratres vestros tantum, quid amplius

Universidad de Deusto

Interpret. & obseruat. morum. Introduct. in Euang.

facitis? Nonne & Ethnici hoc faciunt?

1. Probat infideliũ exemplo, perfectionis non esse diligentes diligere: & proinde, cùm charitate probentur electi, debere magis abundare in opere, vt & abundantiores sint in retributione. 2. Publicanus est qui vectigalia certo quodam pretio redimit. Vlpianus de public. & vectig. l. 1. Publicani sunt qui publicè fruũtur: nam inde nomen habent. Et omnes qui aliquid à fisco conducunt, rectè vocantur publicani. Hi olim Iudæis odiosissimi, quòd vt redemptionẽ redditiũ & vectigaliũ recuperarẽt, ad vnguẽ oĩa exigerent. 3. Ethnicus Græca dictio est, Gentilẽ significãs, ἔθνος enim Gens est: & pro his sumitur qui Idololatriæ addicti, nullam scripturarum, aut Dei cognitionem exhauserãt. Ab Ethnicis etiã disce parcere quandoque inimicis, nec eos persequi, ne te in vitæ dispendium inijcias. Hoc enim illi suis etiam scriptis docuerunt. Hesiodus quippè lib. suo de opere & die, ad hoc totus nititur, vt infensum sibi fratrem reconciliet, doceãtque nec inuidendum, nec vindictam sumẽdam. Æsopus quoque faceto apologo, nec aduersario malum procurandum monuit, nisi in idem incidere parati simus: lupum dicẽs parum sibi profuisse, quòd vulpem apud leonem ægrum accusarit. Vulpes enim reuersa, medicum se consuluisse

plurimum charitatis, & cõmendationis apud suos ciues assecutum esse dicit, quod Syracusis & omni patria restituta, eis qui inimico in se animo deliquerant, clementer veniam indulsit. Idem etiam humanitatis argumentum Socrates præbuit, cùm (vt refert Diogenes Laërtius l. 2. de vita Philosophorum) calcem impingenti nihil cõminatus sit: sed hanc eius tolerantiã demirãtibus, Quid, inquit, si me asinus calce impetisset, num illi diem indixissem? Simile ferè lib. 3. de ira, recenset de Diogene, cui, de ira disserenti, cùm adolescẽs proteruus inspuisset, Non quidem, inquit, irascor, sed dubito an irasci debeam. Et Cato quidem melius, cui cùm causam agenti in frontem mediam quantum poterat attracta pingui saliua inspuisset Lentulus, faciem abstersit: & affirmabo, inquit, omnibus, Lentule, fallì eos qui te negant os habere. Si quis pluribus exemplis &

Introduct. in Euang.

& rationibus delectãtur, legat libros Senecæ, de ira & clementia. Quærit Gregorius Nissenus lib. de profeßione Christian. qui fieri poßit vt terrenus homo similis fiat ei qui in cælis est. Soluit autem quòd non cum diuina (inquam) naturam humanam comparari iubeat Euangelium: sed bonas actiones, quoad eius fieri poßit, viuendo imitari. Hoc autem non assequitur homo, absque Dei gratia & spiritussancti. Nam vt nisi sale carnes aspergantur, putrescunt, ait D. Macarius ho. sua 24. & nisi fermento immixto quis farinam pinset, inutilis est esu panis: Ita nisi cælesti fermento, & spiritussancti aspersione imbuatur anima, à se & per se solam, perfectam puritatem efficere non poterit.

Interpret. & obseruat. morum.

suluisse dixit, qui iuberet leonẽ calidam lupi pellem indui. Nimirum idem aliquando euenit his qui de inimicis vindictam sumere volunt, quod asino, leonem galli cantu terrefactum persequenti, & tandem ab eo deuorato. Siquidem cùm igni oleum infundere, & furentem inimicum persequi, non autem illi cõdonare volunt, periculum mortis incurrunt.

Estote ergo perfecti vos. sicut & pater vester cælestis perfectus est.

Conclusio est præcedentium. primò enim perfecti esse debemus in charitate Dei & proximi, vt habet glossa. 2. (sicut) imitationem dicit, non æqualitatem. 3. (pater vester) ait, vt qui eos crearit, fouerit, & æternæ hæreditatis per filiũ participes redditurus sit. 4. (cælestis) addit, ad carnalium & terrenorum differentiam: quos si sequamur, aliquando erremus, quòd peccatores sint.

Obseruatio doctrinæ.

Opus externum dominus hoc loco non prohibet, sed absurdam intentionem. Ideo simpliciter non dixit, ne iustitiam vestram faciatis coràm hominibus, sed addit fermentum, massam hanc corrumpens, nimirùm, vt videamini ab eis. Sic Paulus, Si, inquit hominibus placerem, Christi seruus nõ essem. Galat. 1. Vbi, placerem, *pro placere studerem, resolui debet: cùm alibi dicat, (vt obseruat August. serm. 2. de verbis domini in Matth.) Placete omnibus per omnia, sicut & ego omnibus placeo. 1. Cor. 10. Merces imputatur secũdum meritum, ait Paulus: Atqui merces bonis operibus imputatur: sunt ergo bona opera meritoria in Neochristianos.*

Interpretat. & obseruat. morum.

Attendite ne iusticiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis.

1. Vbi perfectionem Euangelicã quæ maximè charitati innititur, docuit: monet qua intentione eam opere adimplere possimus.

2. Attendite. Vox scripturis vsitatissima, cùm quid cauere maximè iubemur. Sic Matth. 6. Attendite à falsis prophetis. Et Act. 20. Attẽdite vobis, & vniuerso gregi. 3. Iusticiæ nomine, omne opus bonum intelligitur, quo Deo & propinquo quod suum est redditur. 4. Coram hominibus facienda est quidem iustitia, sed non vt nos ipsi videamur & laudemur: verùm vt laudetur & glorificetur Deus. Sic enim ait Matth. 5. Luceat lux vestra coram hominibus vt glorificent patrem vestrum qui in cælis est. Et 1. Petri. 2. vt ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deũ in die visitationis.

Iustitia operum nostra esse dicitur, quod
- 1. *ad eam libera nostra voluntas requiratur.*
- 2. *à Christi gratia, quæ nostra ideò est, quod nobis donata sit, emanat.*
- 3. *ex diuino pacto congruè nobis imputatur, quòd Deus eam in nobis compensari velit & coronari. 2. Thim. 4.*

Alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in cælis est.

Quid enim accipies (ait Chrysost. homil. 19. in Matth.) qui nihil Deo dedisti? Nam quod propter Deum fit, Deo datur, & ab

Perfectio duplex est, vt D. Thomas Aquin. docet in Matthæum c. 5.
- 1 *gloriæ, cuius Paulus meminit, Ephes. 4. donec occurramus omnes in virum perfectum.*
- 2 *viæ, quæ est,*
  - 1 *naturæ, vt Genes. 1. cæli perfecti dicuntur.*
  - 2 *gratiæ, hæc vel*
    - 1 *status*
      - 1 *ordinis, Deut. 33.*
      - 2 *prælationis, Luc. 6.*
      - 3 *supererogationis, id est, religionis, Luc. 9.*
    - 2 *meriti*
      - 1 *cordis, Esai. 38.*
      - 2 *oris, Iac. 3.*
      - 3 *operis quæ sextuplex est, scilicet.*
        - 1 *innocentiæ, Eccles. 31. qui inuentus est sine macula.*
        - 2 *excellentiæ vitæ, sic Gen. 6. Noë perfectus.*
        - 3 *obedientiæ, Gen. 17.*
        - 4 *patientiæ, Iac. 5.*
        - 5 *perseuerantiæ, 1. Pet. 1.*
        - 6 *charitatis, ad quam omnes tenentur.*

Universidad de Deusto Biblioteca

eo recipitur. Quod autem propter homines fit, in ventum effunditur. Mercedẽ vocat gloriam illam cælestem, quæ his qui bona egerint rependetur. Ioan. 5. Apocal. 14.

Cùm ergo facis eleemosynã, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis & in vicis, vt honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.

1. Eleemosyna vtiq;, vt & ieiunium, optima sunt: (vt Nectarius Constantinopol. oratione in Theodorum martyrem, & permulti patres antiqui pluribus homiliis docuerunt.) sed semper cauenda est hypocrisis, quiduis Deo, ex se, acceptum facias. 2. Tuba canere, metaphora est sumpta à tubicinibus classicis, quorum est illud Virgil. æn. 6. Ære ciere viros, Martémque accendere cãtu. Sumitur autem hîc pro diuulgare, & iactanter prædicare.

3. Synagogarum & vicorum nomine, omnes locos publicos, & plebi frequentes intelligit, quo maiorem gloriæ cupiditatem insinuet. 4. Vt honorificentur: intentio est, opus illud bonũ deprauans: cùm Deo soli, omnis honor & gloria debeatur. 5. receperunt mercedem non Dei, sed suam (ait Hieronymus): laudati enim sunt ab hominibus, quorum causa exercuere virtutes.

Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua.

1. Phrasis hebraica est, pro eo quod est, nesciat vicinus tuus, qui aut à dextris tibi est, aut à sinistris: ceu nesciat quiuis tuorum domesticorum. 2. Ceu, vt ait August. lib. de sermone domini in monte: per sinistram, intentionem peruersam intelligit. Quasi dicat, Ne se sinistra intentio immisceat operibus dextræ: id est, quæ à pura & dextra intentione procedere debent. vt sit eleemosyna tua in abscondito. Id est, non quærat videri, & hominum oculis obijci. Aut sit in ipsa bona conscietia, quæ solum Deum iudicem & inspectorem habeat. Et pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. 1. Videt Deus omnia, sed non omnia approbat, nisi bona, quæ propriè videre dicitur. 2. Absconditum cordis intimum est, & intentio qua aliquid fit: hæc autem nouit Deus, qui intuetur cor. 1. Reg. 16. Heb. 4. 3. reddet, id est

retribuet. Psal. 61. Et reddet vnicuique secundum opera sua Esa. 3. Retributio manuum suarum fiet illi. Reddet verò Deus pro eleemosyna multiplicia bona: 1. temporalia in præsenti: Prouer. 28. Qui dat pauperi, non indigebit. iterum ibidem, Qui despicit deprecantem, sustinebit miseriam. & Luc. 6. Date, & dabitur vobis. 2. Gratiam: Tob. 4. Eleemosyna ab omni peccato & à morte liberat. Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. 3. In futuro vitam æternam. Luc. 16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.

ORATIO.

Benignissime Domine Deus, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, cuius vnigenitus nobis & vita & doctrina perfectam charitatis formam exhibuit, omnem iram, vindictam, rancorem prohibens, adeo vt inimicis etiam benefacere, & pro eis orare, omnis autem beneficentiæ, ceu in proximos eleemosynæ gratiam laudémque omnem in te referre docueris: insere quæsumus cordibus nostris plenitudinem fraternæ charitatis, bonitatis, ac familiaritatis. Erue omnem inimicitiam, odiũ & vltionis auiditatem, vt non diabolum & Cayn, sed te Patrem sequamur. Sic nos dirige per gratiam tuam, vt cito obliuiscamur mali & doloris, quemcunque nobis proximus siue verbis siue factis intulerit. Da Domine vt tibi qui solem tuum oriri facis super bonos & malos, & pluis super iustos & iniustos, necnon vnigenito filio tuo, qui omnibus inimicis suis ex corde ignouit, nobisque in exemplum etiam pro eis cruci appensus orauit, similes effecti, sic fratribus nostris in nos peccantibus condonemus, illisque benefaciamus, vt apud te peccatorum nostrorum veniam, & tuæ gratiæ necnon gloriam beneficentiámque assequamur. Per eundem Iesum Christum dominum nostrum. Amen.

Universidad de Deusto Biblioteca

SABBATO CINERVM.

Euangelium, Marci 6. *f.* Matth. 14.

Cùm ſero eſſet.

Interpret. & obſeru. morum.

HÆc prima periculi circũſtantia, qua ſanè minus facilè ſuccurritur, quàm ſi meridie tempeſtas oriretur, Ioan. 9. venit enim nox quando nemo poteſt operari. Serotina hora, tempus peccati indicat, quo inualeſcente, grauiùs quoque Deus permittit Eccleſiã affligi. Sic enim Dan. 9. Captiuitatis Iſraeliticæ cauſam ſumit à principũ & patrum vitiis. Et Euſebius Cæſarienſis lib. 8. hiſtor. Eccl. ca. 1. iuſto Dei iudicio in Chriſtianos perſecutionem ſub Diocletiano exortam dicit, quod tum ex multa libertate & indulgentia vitiati mores eſſent, & doctrina corrupta. Sero denique, vt eſt apud Virgilium, eclo. 1. cùm, ſumma procul villarum culmina fumant, Maioréſque cadunt altis de montibus vmbræ. Ita hora illa, vitia prælatorum & magiſtratuum indicat, quibus ingraueſcẽtibus, Eccleſia Chriſti affligitur. Vnde Hieronym. tom. 1. lib. 2. comment. in Prouerb. cap. 10. Sicut acetum dentibus (inquit) & fumus cõtrarius eſt oculis: ita ſacerdos prauus in Eccleſia, per acritudinem peccati, fideliũ ſenſus obtundit,

Introduct. in Euang.

SI quando militum animi accẽdi debent, & omnem pauorẽ excutere, tùm vtique.

Cùm tuba terribilem ſonitum procul excitat horrida. Multos caſtra iuuant & lituo tubæ, Permixtus ſonitus, belláque matribus Deteſtata, tanto alacriores ad pugnam eſſe debent, quãto claßico cornu ad eam proximè inuitantur. Pari quoque modo & nautæ cornu, ſiquando tritona tonantem audierint, motámque thetin: tum ardẽtioribus animis remos exagitant. Nos quoque, vt ſub typo nauis Chriſtus in Euangelio noſtro deſignauit, inualeſcẽtibus in Eccleſiam tribulationibus, animos recipere, & pro fide cõſtanter

Introduct. in Euang.

ſtanter pugnare tenemur. Contigerunt autem hæc anno ætatis Chriſti 32. menſe 3. die decima, nimirum tertia Aprilis, cùm facto in ſolitudine celebri per multiplicationem panum miraculo, eum in regem populi rapere voluiſſent, ipſe verò in montem aufugiſſet oraturus. Tũ enim coegit ſuos aſcendere nauim, vt præcederent eum trãsfretum ad Bethſaidam, dum populum dimitteret.

Summa.

Hoc autem facto ſub typo nauis, Eccleſiæ tribulationes & illius ereptionẽ denũciat. Tum ſcilicet, cùm infirmi ad eum adducentur, & tacta doctrinæ illius fimbria, in fine ſæculi omnes à fallaciis Pſeudoprophetarũ eripiẽtur.

Obſeruatio doctrinæ.

Primùm enim quod nauis Eccleſiam ſignificare poßit, teſtis erit arcæ Noe interpretatio: quam Origen. homil. 2. in Geneſ. Auguſt. lib. de ciuit. Dei 15. cap. 26. Proſper parte 1. lib. de promiß. &

Interpret. & obſeru. morum.

tundit, & ignorantium oculos velut fum' exçecat. Hinc orta eſt Auidianorum ſecta (ait Epiphanius, lib. 3. contra hæreſ. tom. 1. hæreſ. 70.) quod Auidius dũ vitia prælatorum & ſacerdotum argueret, extruſus & verberatus, proinde vidẽs inemendabiles eos eſſe, ab Eccleſia receſſit.

erat nauis in medio mari.

Secunda huius periculi ratio deſumitur à loco, vt prima à tempore: Nec enim propè portum, ſed in medio mari, ventis omnibus & procellis libero, erat nauis. Habẽt hæc Emphaſim, & quòd nauis eſſet in mari, & quòd in medio. Maris quidem procellas, Baſilius interpretatur libro de Spiritu ſancto cap. 30. tempeſtatem Eccleſiarum, in qua & omnes patrũ termini cõmoti ſunt, & omne fundamẽtum, & ſi quod eſt dogmatum munimentum, idipſum concuſſum eſt. Nimirum Sciſmatici & hæretici ſpumæ earum ſunt procellarum, quas cauda ſua Behemoth princeps ſuper filios ſuperbiæ (Sathan) excitat Iob 41. Sunt enim illi cupidi, elati, ſuperbi, voluptatum amatores: ſpumantes in ſanguinem, vt olim Paulus contra Chriſtianos. Hos luxuria & ambitio promouet & concitat in Eccleſiam. Tyranni quoque ſpumæ huius maris & tempeſtatis fuerunt, omnes ſanè crudeles, impij, ſpumantes, quíque vt feræ tigres, nunquam poſuere furorem. Primùm quidem à tyrãnis, Nerone Decio, Domitia-

no & ceteris, vt spumantibus procellis agitata fuit Ecclesia: simúlque à Barbaris: vt docet de Persis Theodoretus affect. Græcarũ serm. 9. de legib. Quod enim illi, inquit, crudelitatis genus in Christianos commenti non sunt? An nõ illi tergora diripuerunt? Non manus pedésque absiderunt? Non aures narésque obtruncarunt? Nõ ad excessum dolorisvincula arctissima inuenerunt? Non foueas, nõ loculos excauarunt, eósque priùs melle perũctos, muscarum copia, maximisque & aculeatis crabronibus impleuerunt, qui colligatos figerent, morsibúsque absumerent? Et si verò sic in Christianos despumarent, nunquã tamen Ecclesiam obruerunt. Sed neque hæretici quantumuis crudeles in Ecclesiam præualuerunt, immo omnes hi vt fluctus euanuerũt. Idcirco August. to. 8. enarratiõe in Psal. 57. Nõ vos (ait) terreãt fluuij q̃ dicũtur torrẽtes: hyemalibus enim aquis impleti, ad tẽpus perstrepunt, mox autẽ decurrẽtes, cessabũt. Multæ enim hęreses decurrũt: riui earũ exsiccati sunt, adeò vt vix earũ memoria reperiatur. Inter se enim hæ conflictantur (ait Niceph. l. 4. hist. Ecclesiast. cap. 5.) non aliter quàm fluctuum commotiones insurgẽtes, subinde atque decidentes, in varias abeũt formas: & postremo, vt nihil earum appareat, euanescũt. In medio autem horum fluctuum versatur Ecclesia, quod vndiq; inimicis obsidea-

prædictionibus, & Adonis Viennensis Episc. in breuiario Chronichorum: permultique antiquißimi patres examinant. Omnes enim eã Ecclesiæ figuram geßisse, in qua per aquæ baptismum animæ saluantur asserũt: Vt & Hierony. confutatione in luciferian. Basilius quoque lib. de Spiritusancto ca. 30. Ecclesiã naui, eius autem tribulationes nauali bello comparans. Epiphanus verò l. 2. in Hæreses tomo. 1. in hæresim 61. quæ est Apostolicorum, ceu Apostaticorum: Similis est (inquit) sancta Dei Ecclesia, naui. Nauis enim nõ ex vno ligno constat, sed ex diuersis. Vnaquæque verò hæresis, velut ex vno coaleſcit, scilicet, quia aut virginitatem solũ habet, aut solum coniugũ: aut abstinentiam solam à cibis, aut nullam: neque enim contemperantur. sancta autẽ Dei Ecclesia, nuptias quidem habet reuerendas, & admiratur continentiam. Habet virginitatẽ: habet qui renũciauerunt mundo, & non inflãmantur contra eos qui adhuc in mundo sunt: sed & gaudentes talibus, velut etiã Apostoli, qui & ipsi nihil poßidebãt. Vt autẽ varietas lignorũ, ita forma nauis aptè Ecclesiã repræsentat. Lata enim hæc est medio, vtroq; extremo angustior est. Nam & Ecclesia, initio in vnũ quasi orbis angulũ coniecta, tẽpore succedẽte in vniuersum diffusa est orbẽ: adeo vt Ecclesia nũc amplietur & dilatetur. Angusta quidem primò in Abele & Sethoitis: demũ in domo Noe, Abrahã, et Isaac, amplior, multiplicata Israẽl progenie in Ægypto, strictior: Iudæis in Christum non credẽtbus. Angusta Christi Ecclesia in Apostolis discipulis & electis paucis: Die autẽ Pẽtecostes paulatim ampliari cœpit, additis 3000. animab⁹. Strictior illa, sub Nerone, Diocletiano Decio, amplior sub Cõstãtino. Rursus strictior illa sub Iuliano: amplior sub Iouiniano. Adeo for

sideatur: domesticis hæreticis, qui velut genimina viperarũ pectus matris vt nascãtur, rodere nituntur, & extraneis ethnicis, tyrannis, & barbaris infidelibus. Sic Ecclesia venit in altitudinem maris: adeo vt sicut vas fluctibus excussum, sic illa modò exaltetur, probetur & laudetur, modò deprimatur, vituperetur, & quasi ignobilis habeatur: adeo vt liceat illi dicere illud Virg. Tollimur in cęlũ curuato gurgite, & iidẽ Subducta ad manes imos descendimus vnda. Exaltamur vsque ad cælos, & deprimimur vsq; ad abyssos.

& Iesus solus in terra.

Tertia ꝓditur periculi ratio: Aberat enim conductor nauis Christ⁹. Cur ergo nõ naufragentur omnes? Nam vt cũ Lucano lib. 2. Pharsalie, loquar. Si desilit in fluctus, deserta puppe magister, Nauitáq; & nondũ fracta cõpage carinæ (an nõ) Naufragiũ sibi quisq; facit? Porro quẽadmodũ & vita prælatorũ & abundãtia fluctuum, id est tyrãnorum & hæreticorũ facit vt periclitetur Ecclesia, ita absentia Christi. Absens autem dicitur cùm (vt ait Beda) eã deseruisse videtur: aut cùm in ea non debitè inuocãtur, adeo vt exaudiat. Esayæ 69. Absente nimirũ pastore grex, duce milites, periclitãtur. Docebat quippe hoc exẽplo Christus etiã prælatorũ à suis gregib⁹ absentia Ecclesiam periclitari. Absente Mose Israëlite Idololatrarunt, Exod. 32. Dormiẽtibus hominibus,

Interpretat. & obseruat. morum.

inimicus homo superseminauit zizania. Matth. 13. Ideo dominus Petrum his verbis increpabat, Symon dormis? Quòd illi vigilandum esse gregibus doceret. Hinc sanè hoc nostro infœlici sęculo hęreses ortæ sunt, quod ij, qui se pastores dicunt, ouibus adesse nolunt. Siquidem (vt ait Hierony. tom. 6. lib. commẽt. in Naum Proph. cap. 3.) scit rex Assirius diabolus non posse se oues decipere, nisi Pastores ante consopierit. Tertullianus lib. de fuga in perfectione pag. 6.

Et vidit discipulos laborantes in remigando.

Primò videbat, eo quo omnia diuinitatis oculo cõsiderat: simulverò tum cùm iuxta littus esset, oculo corporali eos inspexit, quod mare etiam noctu quodammodo clarum sit. 2. Quod laborant discipuli, non omnino desponderant animum. 3. Remigatio hîc sumitur pro omni nauali opere, maximè tempestate vrgente. Nimirum (ait Chrysost. tomo. 2. homil. 51. in cap. 4. Matth.) Sicut tubicen, commisso bello, pugnantem exercitum circuit: & bellicos cantus in tuba decantans, milites animat ad virtutem, sic & sacerdos persecutione imminẽte, exponens populo fortissima martyrũ & gloriosa certamina, Christianum populum ad virtutem patientiæ vehemẽter accẽdit. Tum ergo omnes remos illi agitant, & omnem lapidẽ mouẽt, cùm & è sacris bibliis & hi-

Obseruatio doctrinæ.

mã nauis semper præ se tulit. Christus illius conductor est, cùm sit caput super omnem Ecclesiam. Commissus demũ Petrus, cui dictum est, Duc in altum. Pasce oues meas. Et sicut in naui varia sunt munia: Quidam enim sentinam exhauriunt (ait Cicero li. de Senectute) alij malos scandunt: alij per foros cursitant: Gubernator autem clauum tenens, stat celsa in puppe quietus. Ita & in Ecclesia, alios quidem (ait Paulus Ephes. 4.) dedit Christus Apostolos: alios pastores: alios Euãgelistas: præcipuum tamen illius moderatorem deputauit Petrum: cui nimirum ait, Pasce oues meas & agnos meos. Ioan. 20. Quod Christus à solitudine & monte in quem secesserat oraturus, suis periclitãtibus præsto est: docet eos etiam, qui solitariam vitam professi sunt, posse è penetralibus heremi ciuitates adire, quo fideles instruant & cõfirment. Id Nicephor. Eccles. histor. lib. 11. cap. 25. duobus

Obseruatio doctrinæ.

probat exemplis, Aphraatis scilicet & Iuliani: qui idem fecerunt, grassantibus Arrianis. Quieto enim vitæ instituto, gregis Christi salutem vterque prætulit. Aphraates nimirũ Antiochiæ docebat, Valẽte hîc etiã cõmorãte.

Et cùm ab Imperatore relicta solitudo ei exprobraretur, Age (inquit) Imperator, si puella essem in conclaui abdita, fusos manibus tractans, & lanificium meum curans, atque alicunde subitò conspicerem flammã exortam, & omni ex parte paternæ domui circunfusam, quid me facere oporteret? Dic, te per Deum oro, Nunquid ne me sic sedere, & penates patrios conflagrãtes despicere, ignémque proserpentem expectare: an conclaui statim relicto, sursum & deorsum currere, aquam in manibus habere, & modis omnibus flãmam extinguere conari oporteret? Itidẽ, cùm tu quasi fulmen quoddam in paternam domum incideris,

Interpretat. & obseruat. morum.

storiis patrum, Ecclesiæ filios ab hæreticis eripere nituntur.

Vt autem omnes discipuli vnanimiter remos agitarunt, vt præsens euaderẽt periculum: ita omnes Orthodoxi Episcopi & concionatores idem sapere, idem conari: non à seinuicem iurgiis & rixis diuelli debent, ne, dum rixãtur, seipsos inuicem consument. Hac ratione Basilius magnus cùm videret Arrianos corrumpendæ & occupandæ Cæsareæ occasionem à dissidio, quod ille cum Eusebio huius loci episcopo habebat, assumere pontica monasteria reliquit, séque vltro Eusebio reconciliauit vnóque impetu & disputationibus, Arrianos confudit. Nicepho. lib. 11. cap. 18. hist. Eccles. Erat enim vẽtus eis contrarius. Quarta tanti periculi causa, ventus est contrarius, qui (vt ait Origen.) iussu domini excitatus est, in suorũ probationem: & suo iussu destitit.

Venti Ecclesiæ aduersi, doctrinæ sunt eidem contrariæ: quæ & nubes turbinibus agitatæ: à Petro vocantur. Quid enim aura leuius? Quid ea quoque mobilius? Et leuissimæ quoque sunt hæreses, & contrariæ Christo doctrinæ. Omnis enim plãtatio quam non plantauerit pater, eradicabitur (ait Christus).

Et Gamaliel de Apostolis sermonem faciens Act. 5. Si est (inquit) ex hominibus consilium hoc, dissoluetur. Contrarij autem sunt peruersæ doctrinæ venti, quod paci, Ec-

Universidad de Deusto Biblioteca

Interpretat.& obseruat.morum.

clesiæ tranquillitati, conscientiarũ quieti, aduersentur. Quos enim cultus Christianis aduersos, seu Iudaïcos, seu Gentiles, aut hæreticos nõ faciles videas ad tumultus, seditiones & sanguinem? Vnde Iouiniani est ad Macedonianos hęreticos sibi supplicantes pro suæ religionis exercitio, pulchrè dictum: contentionis studium odi, concordiæ autem assectatores amaui. Nicephor. lib. 10.cap.40.

Et circa quartam noctis vigiliam, venit ad eos.

Nimirum nox in quattuor vigilias distribui potest, 1. in serotinum tẽpus, 2. tempestiuum, media scilicet nocte 3. Gallicinium, circa tertiam horam, post mediam noctem. 4. antelucanũ, manè summo. Has enim noctis & vigiliarum partes dominus assignat, Marc.13. his verbis, Vigilate, quia nescitis quãdo dominꝰ domus veniat: sero, an media nocte, an gallicantu, an manè. Hinc patet penè tota nocte discipulos in remigando nauigasse. Porro Theophilact. Nõ statim (inquit) illis assistit, sed tota nocte finit in tẽpestate versari, vt doceat fortes esse, & non in principio tentationum sperandam requiem. D. August. tom.8. in Psal. 92. Turbabatur (inquit) mare, fluctuabat nauicula. Nauicula, Ecclesia est: mare, seculum est. Venit dominus, ambulauit supra mare, & pressit fluctus spumãtes & magnos. Potestates scilicet & reges credi-

Obseruatio doctrinæ.

& interiorem pietatem omni igne vastes, vndique circuncursamus, flammam glischentem extinguere sata gentes. Quibus vtiq; verbis prudentissimè docuit Monachos, necessitate id postulante, solitudine relicta, populum verbo pascere posse. Ibidem quoque refert Nicephorus ea tẽpestate, ab Episcopis catholicis Iulianum ex heremo euocatum sic populo cõcionatum fuisse, & concionando miracula edidisse, vt Anthiochena ciuitas prius hæresi Arriana infecta, ad fidem orthodoxam reducta sit.

Videt dominus laborãtes in Ecclesia: cõsiderat & clamorem populi Exod. 3. quia & si ad horã differre videtur auxilium tribulatis, non patitur tamen eos tẽtari vltra id quod possunt: sed adest in necessitatibus. Beda.

Distribuunt nõnulli mysticè quattuor has noctis vigilias, in quattuor Ecclesiæ ætates, quibus cõtinuæ sunt vt in bellis excubiæ: cùm vndiq; vr-

derunt

Obseruatio doctrinæ.

vrgeant & affluant inimici. Prima quidẽ ætas, tempus Apostolorũ est, quo velut in iuuẽta tenera, sensim vigebat Ecclesia. Obsidebãt tũ eã Pharisæi, Essei, Saducæi, Simoniani, Menandriani, Carpocratiani, Cherinthiani, Samaritæ, Ebionitæ, & Pseudoapostoli. Tum igitur Apostolos, eorúmq; discipulos vigilare cõtra tot fluctus oportuit. 2. Ætas feruẽs, velut adolescẽtia, seculum martyrũ fuit: quo Decij, Domitiani, Diocletiani, Iuliani, Valẽtis, quo Valẽtinianorũ, Mõtani, Basilidis Praxee, Hermogenis, Arrij, Macedonij, Nouati, ceterorũq; fluctus excitati sunt: quos vt retunderẽt, Heb. 11. sancti ludibria et verbera experti sũt, &c. Hoc sane media nocte: hoc est, tenebris peccatorũ ingrauescẽtibꝰ. 3. Ætas virilis & stabilis, tẽpus scilicet cõfessorũ adscribitur. Hoc enim florescere, & à Barbaris quodãmodo quiescere cœpit Ecclesia. Tũc tamẽ pflarũt Sabellia ni, Luciferiani, Pelagiani,

Interpret.& obseruat.morum.

derũt Christo, & subiugati sunt. An non etiam depressi sunt tyrãnorum in Ecclesiã assultus? Plane illis (ait Theodoret. serm. 9. affect. Græc. de legibus) persimiles inuẽti sunt, qui flammam quidem restinguere concupiscunt: oleum verò fatui instillantes, ardentiorem illam efficiunt: ac velut quondam rubus ille quem vidit Moses, ardore ignis nõ est absumptꝰ: ita nec Christianos impiorum bellis petitos, tela hostilia cõsumpserunt.

ambulans supra mare.

Hoc quidem facto, vt sensibiles, ita spirituales doctrinarum peruersarum fluctus domare se posse docuit. Mirabile autem hoc, sed Christo facile, vt qui corpus suis qualitatibus eximere potuerit, cùm voluit. Nec proinde audiẽdi erũt qui corpus illud phantasticum fuisse, aut corporale põdus nunquam habuisse, vt Theodorus quõdam Phalaritanus Episcopus, dixerunt: Nimirũ, num & verum & põderosum natura corpus habuit Petrus, qui etiam super aquas ambulauit? Matth. 14. Ps. 76. in mari domine via tua. Iob. 9. Graditur enim super fluctus maris. Eccl. 24. Qui dicere potest, in fluctibus maris ambulaui. Ceterum, diuus Dionysius Areop. lib. de diuinis nominibus c. 2. par. 1. vt ignoramus quomodo de virgine natus sit (ait) ita quomodo supra mare ambulauerit, hoc enim fuit virtutis diuinæ. Sed sicut tyranniei

Universidad de Deusto

Interpret. & obseruat. morum.

fluctus, ita nec hæretici in Ecclesiã præualuerunt. Vnde Grego. Naziãzenus orat. 22. ad Heronẽ: Fuit (inquit) tempus, cùm ab hæresibus trãquilli essemus, cùm cessassent Simones, Marciones, & Valẽtini, Basylide, Cerdones, Cherinthíque, ac Carponates & omnes illorum nugæ ac monstra, quæ pro bono cõtra creatorem pugnabãt: deinde in proprio submersi fuere profundo, omniáque vt dignum erat sunt silentio obruta. Montani verò spiritus malignus, Mauis caligo, Nouati quoq; audacia seu puerilitas, Sabelliique malum euanuit, nec in re vlla Ecclesiam læsit. Deo quoque iuuante, nec eam sacramentarij & Anabaptistæ offendent.

Et volebat præterire eos.

Id est, dissimulabat se velle eos præterire. Sic enim Luc. 24. finxit se longius ire: & emota tempestate, dormisse dicitur in naui, Matth. 8. qui tamen pro suis vigilabat. Hoc somno fidem & patientiam suorum probare volebat. Sicut ergo dissimulat peccata hominum propter pœnitentiam, Sap. 11. d. ita videtur aliquando denegare auxilium, ad fidei probationem, 1. Corin. 1. Sed fidelis Deus qui non patietur vos tentari supra id quod potestis. Probatio vtique vestræ fidei patientiã operatur: patiẽtia autem opus perfectum habet. Si quando igitur nos præterire videtur dominus, cõfidamus, nec statim animã deponamus.

Obseruatio doctrinæ.

Manichei: & vt ad nostra veniã tẽpora, Hußitæ, Berengariani, Vvaldẽses, Vvuitclephitæ, Lutheristæ, Anabaptistæ, Seruetiani, Cingliani, Suellefeldiani, Caluinistæ, Iudabeszani, ceteriq; id genus. Vnde vt olim Augustinus, Ambrosius, Hieronymus, Damasus, cæterique antiqui patres: sic omnes qui nunc sunt Episcopi & pastores vigilent, attẽdant vniuerso gregi Act. 20. 4. Vigilia, & hæc periculosissima, ceu decrepita ætas, tempus erit Antichristi, de qua Daniel 12. Et Christus Matth. 24. dixit tempus fore quale nec fuit, ex quo gẽtes esse cœperunt. Non mutatione corporis in spiritũ ambulauit dominus supra mare, ait D. Iustinus martyr q. 117 ad orthodoxos, sed diuina sua potestate fecit vt ambularet posset mare, quod ambulare alioquin non potest: idq; non solum suo corpori, sed & Petri. Exemit ergo quando voluit corpus suũ, alioquin graue, naturaliter & ponderosum,

Clame-

Obseruatio doctrinæ.

sum, suis qualitatibus: adeo vt sicut olim sub Elyseo ferrũ è profundo Iordanis super aquas illius natauit, ita ipse et Petrus super mare ambulauerit. Pari quoq; ratione obserua in sacramentarios hæreticos, Christũ in Cena nobis corpus suum exhibere, suis qualitatibus exemptum: non q. aut corpus illud phantasticum sit, aut non corpus, sed spiritus tantum Christi adsit. Nam sicut ambulans supra mare, docet sui corporis qualitatibus innatis exẽpti veritatem: idẽ quoque & in Eucharistia. D. August. lib. 1. q. Euãgelicarũ cap. 15. Quod dixerunt discipuli phãtasma esse (inquit) significat id quod dictũ est, Cum venerit filius hominis, putas inueniet fidẽ super terram? Quia quidem qui cesserint diabolo, de Christi aduentu dubitabũt. Quod autem Petrus à domino implorat auxiliũ ne mergatur, significat quibusdã tribulationibus, etiam post vltimam persecutionem, purgandã esse

Interpret. & obseruat. morum.

Clamemus cum Psalte, Psalm. 9. Vsquequo domine recessisti longe, despicis in oportunitatibus in tribulatione! Attendamus quas preces fuderit Moses arcam per solitudinẽ deferẽs, nube omnem Israël protegente perdiem: vtq; conculcari fluctus inimicos, nec dominum populum suũ præterire exorabat. Siquidẽ Num. 10. cùm eleuaretur arca dicebat, Surge Domine, & dissipentur inimici tui, & fugiant qui oderunt te à facie tua. Cùm autem deponeretur, aiebat, Reuertere domine ad multitudinem exercitus Israël.

At illi vt viderunt eum ambulantem supra mare, putauerunt phantasma esse & exclamauerunt. Omnes enim viderunt & conturbati sunt.

Phantasma, inquit Suidas in historicis, spectrum est aut figura & species alicuius rei, cuiusmodi in somnis existit. Illusionem ergo esse putãt, qualis noctu, & ex maris exhalationibus nauigantibus solet obijci. Exclamant ergo præ terrore, quòd ea species domini sui sit, quo maximè in tanto discrimine opus habebant. Mysticè verò turbati fideles, non omni spiritui credunt, non omni vento aut fauori: & si videãt inimicos suos domari, nõdum tamẽ plenè se iactant ereptos: ne tuba canant ante triumphum. Adeò se suáq; ampliorem tribulationem exquirere fatẽtur, & rerum

Interpretat. & obseruat. morum.

mutationes apud se ruminant: omnemq; liberationē diuinæ bonitati adscribunt. Vnde si quid illis boni obuenerit, ad dominum exclamāt, vt nō phantastico, sed vero auxilio releuentur. Et statim locutus est eis. Cōfidite, ego sum, nolite timere. Vim habēt hæc omnia. Loquitur enim, vt infirmos confortet, cuius verbum, animab⁹ nostris panis est, qui cor hominis confirmat. Solo quippè Dei verbo & creata sunt omnia, eadémq; recreantur & cōsolidātur. Proinde quoties Christus fere prostratā, & mediis fluctibus immersam, releuare decreuit Ecclesiā, eā quidē per fideles concionatores alloquitur, qualis olim Paulus, qui, An experimentū (inquit) quæritis, quod in me loquitur Christus? 2. cor. 13. a. Confidite, ait, Quoniā primum omniū fide opus est, & iis qui mare nauigant, & iis qui semen humi iactāt, ait Ruffinus in symbolo: quāto magis qui deuictis hæresibus, ad portum securitatis contendunt? Ego sum: maiestatē Christi insinuat, quæ nō amittendā nostram in eū confidentiā satis docet. Ego sum ait, q. dicat. Ecquis vobis noceat, si boni æmulatores fueritis? Quis Ecclesiæ nauim subuertere poterit, cùm me patronū habeatis? Flent vēti, debacchent Aquilones, ebulliāt fluctus, excitentur hæretici, schismatici & tyrāni: an nescitis quòd omnia hæc sicut vestimentū vetetascēt? ego autē idē permaneo. An ignoratis quòd data est mihi omnis potestas in cælo & in terra? Matth. 28. & portæ inferi non præualebunt aduersus Ecclesiā? Matth. 16. Nolite timere, Quasi nō sit adiutor in tribulationibus. Si Deus pro vobis, quis cōtra vos? Nolite timere eos qui occidūt corpus, animā autem nō possunt occidere. Docet igitur his verbis Christus, nihil nos ab illa, q̄ apud eum habemus confidentia, excidere debere, quæuis in nos tribulatio erigatur: quod statim succedere & eripere possit.

Obseruatio doctrinæ.

Ecclesiā. Quod & Paulus significat, dicens: Saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Quod sequitur vt adorantes omnes qui in naui erant dicerent, Verè filius Dei es, significat claritatem eius tum manifestam futurā, per speciē iam videntibus, qui per fidē nunc ambulant.

Et ascendit ad illos in nauim, & cessauit ventus.

Vbi Christus, ibi securitas: vbi Sathan, ibi periculum. Nauis ob Ionā turbatur. Ob Acham (Iudicū 9.) totus Israël periclitatur. Ab de-

Interpretatio & obseruatio morum.

ob decē iustos, paratus erat dns parcere quinq; vrbibus, Gen. 18. Quod vētus cessat, docet Christ⁹ se dnm esse: de quo Psaltes, Tēpestates maris (ait) tu mitigas. Mysticè verò ascēdit in nauim Ecclesiæ, cùm manifesto auxilio docet se nobiscū esse: & tum cessat vēt⁹ aduersæ doctrinæ, & puersæ opinionis. Tob. 3. post tēpestatē tranquillū facis. Et plus magis intra se stupebant. Non enim intellexerant de panibus: erat enim cor eorū obcæcatum. Mater enim admirationis, ignorātia est. Panum autē mentio fit, eorū scilicet, quos Christus die præcedēti multiplicarat in deserto: è quibus si discipuli intellexissent, & animaduertissent Christi Dei prouidentiam, & omnipotentiam, non dubitassent de eius auxilio. Nam qui famelicis prouidit, non potuit afflictis discipulis succurrere? Et nunc quidem, quod sacramentarij panem Euangelicum & Eucharisticum non norunt, plus magis & stupent, & intra se dubitant. Et cùm trāsfretassent, venerunt in terrā Genezareth & applicuerūt. Cumq; egressi essent de naui, cōtinuo cognouerūt eum. Genesareth, oppidū erat Galilææ, cōmune Capernao & Bethsaïdæ, à quo mare Galil. lacus Genesara denominabatur. Videtur autē maxime de accolis huius loci dictū, ꝓ cognouerint eū: cū de his subsequētia intelligātur. Ceterū, sicut ad ipsum portū cùm deuenisset nauis, Christus agnitus est: ita cùm Ecclesia à tēpestatibus, ad asylū & securitatē deuenerit, oī falsa doctrina sopita, agnoscetur rex regū & dns dominātiū. Et percurrētes vniuersam regionē illam, &c. Et quocūq; intrabat in vicos, vel in villas, aut ciuitates, in plateis ponebāt infirmos, &c. Ex eo patet quam plebs ista de Christo opinionē habuerit: s. eum & saluatorem, & medicum omnium esse. Mystice verò cùm ad portum Ecclesiæ, Christi beneficio peruenerit, prostratis pseudoprophetis, tum qui cōstātiores fuerint, regiones suas percurrēt, & eos qui ob simplicitatē ab impietatis magistris seducti fuerāt, ad Christū p sanā doctrinā & cōuersationē deferēt: vbicūq; eū in fideli cōgregatione esse intellexerint: & p his frequētes orationes fundēt: vt vel fimbriā vestimēti Chri tāgāt: i. misericordiæ illi⁹ guttulā assequātur. Nā quod hic fimbria, mysticè à muliere Chananea mica, & à diuite guttula dicitur, Matth. 15. & Luc. 16. Certi quippè erūt omnes, ꝓ quæuis à Deo eis collata fuerit gratia, profutura sit ad salutem.

Interpretatio & obseruatio morum.

Et quotquot tangebant eum, salui fiebant.

En quanta Christi virtus, vt quæ in corpus, immò & in veste redundaret. Hinc probatio virtutis sanctiss. reliquiarum, de qua aliquando fusius. Et vt sanandis corporibus virtutem vestibus suis communicabat, ita vim sanandi animas communicat sacramentis. Adeo virtutem suam semper signis visibilibus exhibuit. Ceterum, cùm prostratus fuerit Antichristus: eorum qui exciderant, alij partim terrore signorum, partim ruina Pseudoprophetarum, partim consolatione bonorum conuertentur: & quasi tetigissent fimbriam Christi, extremum scilicet militantis Ecclesiæ, salui fient. Beatus enim (ait Daniel cap. 12.) qui expectat & peruenit vsque ad dies mille trecentos triginta quinque. Hoc etiam fusius pandit diuus Hyppolitus martyr sermone de Antichristo & de Effren, sermone de eodem.

DOMINICA I. QVADRAGESIMÆ.

Euangeliũ habetur Matth. 4. Marc. 1. Luc. 4.

Ductus est Iesus à spiritu.

Interpret. & obseruat. morum.

Conueniunt omnes doctores hũc (Luc. 4.) fuisse spiritum sanctum, qui in eum ipsa die visibiliter in specie columbæ descenderit cùm baptisaretur. Nihil enim sine spiritu sancto fecit. Theophilact. Euthimius. Vt esset potestas Dei nõ inimici, sublimitas quoq; esset virtutis Dei. Petrus Crysol. serm. 11. in desertum. 1. Locus secretus eligitur, quia solius Dei iudicio ieiunia sunt

Introduct. in Euang.

Sicut Athletæ, cũ discipulos suos vicere docent, datâ opera, in palestris cum aliis certamen exercent, vt in luctantiũ corporibus faciãt artem spectare vincẽdi. Ita dominus diabolo tẽtationis occasionem obtulit, vt in eo victo, vincẽdi quoq; formã nobis relinqueret. Chrysost. ho. 13. in Matth. Iam igitur Christus annum suæ ætatis trigesimũ (vt Cyprianus sermone de ieiunio & tentatione Christi: & Ammonis Alexãd. lib. harmon. 4. Euangel. testantur) attigerat: cùm die demum 22. mẽsisq; Februarij 16. tentatus est à diabolo, postquam prius quadraginta diebus & totidem noctibus à baptismate ieiunasset. Fuerat enim à Ioanne lymphis Iordanis tinctus Ianuarij 7. die, qua etiam desertum adiit.

Summa.

Quattuor verò maximè hoc Euangelium explicat 1. Vt Christus se disposuerit ad subeundam à diabolo tentationem, instigãte spiritu sancto. 2. loco deserto selecto. 3. obseruato quadragesimali ieiunio. 4. Esurie quoque sibi accidere permissa, vt hic diabolo occasionem ingereret. 2. Vt diabolus accedens, de gula Christiũ tẽtauerit, et vt

Interpret. & obseruat. morum.

nia sunt agẽda. Matt. 6. 2. Vt munitiorẽ esse mẽtẽ solitudine ostẽderet. Cyprian. 3. Vt sicut in horti solitudine Adã præuaricatio, sic illius expiatio à Christo contra diabolũ in deserto fieret: necnon Israeliticæ gulæ in solitudine. 4. Idque fit antequã prædicare Christus incipiat, vt præuiam orationem & contemplationem concioni doceret. Sic enim Moses antequam legem promulgat, in montem subtrahitur.

5. Se in desertum confert baptisatus, vt instruat eos qui tincti sunt, diabolo renunciasse & pompis eius: Tertullianus libr. de corona militis, & in diabolum militaturos. Michael Syng. in Dionys. 6. Vt etiã de loco tẽtationis occasionem diabolo ingereret: cùm eos audacius aggrediatur, quos ab aliis viderit segregatos. Chrys. hom. 13. in Matt.

Primi vtique Christiani illi qui in Alexandria à d. Marco Euangelium acceperant, ad solitudines se conferebant: ibique se acerrimis ieiuniis castigabant: vt describit Philo Iudæus lib. de vita supplicum. Probabat quoque Christus suo exemplo monasticum institutum: quod & Antonius ille magnus secutus est sub Constantino, vt testis est Sosom. Adeo autem olim illud floruit vt in Ægypti partibus Serapiõ ad decem millia monachorum habuerit, Nicephor. lib. 11. cap. 35. Ex monachis quoque prodierunt pontifices Roman. 18. cardinales 200. Archiepi-

Universidad de Deusto Biblioteca

Introduct. in Euang.

scripturis verum cibũ Christus aßignarit. 3. vt de superbia Christus tẽtatus scripturã quam Sathã corruperat aliàs retuderit. 4. Vt idẽ de auaritia & idololatria tentatus, Dei verò cultu assignato diabolum deuicerit.

Obseruatio doctrinæ.

Quis ieiuniũ nõ mirabundus adorat, vbi sic ieiunatur, vt nec cibum, nec potum attingere liceat, ne quid corporearũ affectionũ purgatæ menti obstrepat? (ait Philo Iudæ. lib. 2. de vita Mosis.)

Porrò quadragesimale ieiuniũ imitationẽ cõtinet Christi obseruationis, vt testatur Ignatius ep. ad Philipp. Idẽ testatur Greg. Năz. oratio. 3. in sanctũ lauachrũ. Ambr. serm. 34. de quadrag. Petrus Chrysol. serm. 11. Mandatũ autẽ fuisse ab Apostolis testatur Can. eorũ 69. Si quis Episcopus, &c. Vnde Hieronym. ad Marcellũ in hæresim Montani. Nos vnã (inquit) quadragesimã secũdũ traditionẽ Apostolorũ, toto anno, tempore

Interpretat. & obseruat. morum.

scopi 1000. sexcẽti Episcopi 4000. Ex vno etiam d. Benedicti ordine. De monastico instituto scripserunt patres percelebres: Chrysost. Cassianus, Basilius, Hieronym. August. Antonius, & alij permulti.

vt tentaretur à diabolo.

Primò vt tentatus noster pontifex nos consolaretur, Hebr. 4. 2. vt fiducia nobis esset hostis deuincẽdi. 3. vt modum doceret diabolo resistẽdi, & cuius vtimur auxilio, erudiremur exemplo. Leo serm. 1. de quadragesima. 4. Vt quantumuis iustos sibi à diabolo cauere ostenderet: 2. Cor. 12. Paulus tentatus, Petrus quoque Matt. 27. Peccauit Moses, Numer. 20. Dauid 2. Reg. 11. & Sapiens Salom. 3. Reg. 11. Qui stat igitur videat ne cadat. Neque verò, vt Christus, tentationis occasiones quærere debemus. Hoc enim in illo fuit perfectionis, ad quẽ venit princeps mundi huius, sed in eo non habuit quicquam. Facti autem sumus immũdi omnes nos. Vnde nec Prophetæ, nec insignes sacerdotes ante Christum soliditatem sibi attribuere præsumpserũt. Non ita Christus, in quo verbi carnísque sic conuenit natura, vt nulla alteri ab altero iniuria deueniret. Cypria. serm. de ieiunio tom. 2. Et cùm ieiunasset.

Primò, vt immoderatum primi parentis appetitum temperantiæ curaret remedio. Procopi. Gazeus in Exodum. 2. Etiam aduersus diriora dęmonia ieiuniis præliãdum doceret:

Interpret. & obseru. morum.

ceret: (Tertull. in Psychic. cùm ieiunium inuictũ Samsonem fecerit, ait Basilius homil. 1. de ieiunio.

3. Ieiunat ante prædicationis suæ initium, vt ieiunium sacramentorum agnitionem promereri ostenderet: quemadmodum Tertullianus lib. de ieiunio in Psych. probat exemplo Danielis cap. 2. & 14. Necnõ Annæ viduæ, Luc. 2. Porrò ieiuniũ triplex est. 1. Aut enim sponte susceptum est pro re domestica, vt Dauidis pro puero: aut quauis alia, vt Iudith. Hester 2. aliud ex pręcepto est, cui obeditur. 3. aliud à Deo per famem immittitur, cui patientia requiritur. Rursus ex præcepto est ieiunium. 1. aut ob cladem acceptam: vt Israelis bis amisso prælio in tribum Beniamin, Iudith. 20. Et virorum Iabea Galaad occiso Saule 7. diebus 2. Reg. vltim. 2. ob cladem pro foribus 2. paralyt. 20. Ion. 2. 3. ob peccatum cõmissum 2. reg. 7. 3. reg. 22. 4. ad impetrandã spiritussancti gratiã 1. Esdr. 8. Act. 1. Daniel 2. & 9. 5. ad carnem domãdam.

Quadraginta diebus & quadraginta noctibus.

1. Numerum quadragenariũ Christus obseruauit, ne Mose, qui bis quadragesimale ieiunium, Exod. 24. & Deuteron. 9. & Helya qui semel illud obseruauit, 3. reg. 19. minor esse videretur. 2. Sed nec in his tantum quadragenarius numerus commendatur. Nam 40. diebus pluit super terram, Genes. 7.

Obseruatio doctrinæ.

tempore nobis cõgruo ieiunamus. Hãc eiiã præcipit Telesphorus, simulq; abstinentiã à carnibus, vt patet in eius ep. decretali ad vniuersos scripta. Et distinct. 4. can. Statuimus: & can. Quadrages. Idcirco Orig. hom. 10. in Leuit. Habemus (ait) quadrag. dies ieiuniis cõsecratos. Ibiq; ieiunia hæc à legalib. secernit. Leo quoq; ser. 4. de ieiunio 7. mẽsis cum de ieiun. nostro & Iudæorũ loquitur, Si quid (inquit) cõcordat in tẽporib. non concordat in moribus Cyrillus Hieros. in procathesi, pœnitentiam dierum quadraginta vocat: & catechesi illuminatorum. 2. Quadraginta (inquit) diebus, non vacabis pro anima tua. Epiphan. lib. 2. tom. 2. in hæres. cap. vltimo, ante septem dies paschatis, quadragesimã obseruatã declarat. Item de ea habes apud Nicephor. li. 12. cap. 34. & lib. 8. cap. 42. vbi de Spiridone agitur. Si quis plura discere voluerit, legat Can. 9. cõc. 2.

Universidad de Deusto Biblioteca

Interpretat.& obseruat.morum.

3. 40. annis manserunt in deserto Israelite. 4. 40. mensibus Christus prædicauit. 5. 40. horis corpus eius in sepulchro iacuit. 6. 40. diebus cum suis post resurrectionem conuersatus est, Act. 1. Ieiunium igitur quadragesimale vnum est nostrum & Christi, (ait Greg.Nazian. orat. 3. in lauac.) sed non paruum inter vtrũque tẽporis interstitium. Et Christus quidem contra tentationes suum obijcit ieiunium: nostrum verò vt Christo commoriamur operatur, & purgatio est quæ festiuitatem præcedit. Et hic quidẽ dies 40. ieiunauit, nam Deus erat. At hoc viribus nostris commensuramus. noctibus addidit, ne tu dominũ putes ieiunasse sicut Hebręi, qui die abstinentes, nocte edebant. Euthymius. postea esuriit, 1. Vt hominem se doceret, qui cibo & potu naturaliter egeret. Euthymius. 2. & diabolo tentandi ansam offerret: vt & primùm parentem de gula aggressus est. Theophilactus. 3. simulque ei dubitãdi num vere filius Dei esset, rationẽ relinqueret, quo rubore deposito audaci⁹ accederet.

Et accedens tentator.

1. Tentator malorum est Sathan: qui Christum secundum Adam, vt & primùm se victurum putat. 2. Dictus autem & idem diabolus, quòd accusator sit peccatorũ nostrorum. Basilius concione quòd Deus non est author malorum. Audiant igitur omnes (vt hîc Petrus Chrysologus

Obseruatio doctrinæ.

Bracarensis, qui refertur de consecr. dist. 3. Can. Placuit vt postquam. Theophilum lib. 3. & 4. Paschal. Basil. homil. 1. de ieiunio. Maximi Taurinensis 4. homelias in hoc Euangelium. Si quis demum obijciat quadragesimale ieiunium reprobari in Montano hæretico, respõdeat Hieronym. epistola ad Marcellam. Montanistæ (ait) tres in anno faciunt quadragesimas, quasi tres paßi sint saluatores: nos autem secũdum traditionem Apostolorum vnam quadragesimam ieiunamus. Obserua verò tres magnos viros, tribus in locis diuersis ieiunasse. 1. Mosem in monte. 2. Heliã in itinere. 3. ipsum in deserto: vt vbique opus pœnitentiæ requiri doceretur. Ceterum Albinus quæst. in Genesim, quadragenarius (ait) tribulationem pœnitentiæ ostendit. Quod verò Noe post 40. dies fenestram arcæ aperuit, significat ieiunio cælum reserari. Ideo Moses, Helias, & ipse

Obseruatio doctrinæ.

ipse Saluator quadragenario numero ieiunia confecerunt, tanquam tribus temporibus necessario. 1. ante legẽ: 2. sub lege: 3. sub gratia. Idem ferè habet Ambros. serm. 34. de quadrages. Obseruemus diabolum fideliorem esse his, qui trãsubstãtiationem fieri posse etiam in sacramẽto Eucharistiæ omnino negant. Ecce enim, credit filium Dei solo verbo lapides in panes posse conuertere: cùm tamen alia sit panis & alia lapidis substantia. Cur non æquè facile erit Christo, verbo suo omnipotenti, panem in corpus, & vinum in sanguinem transmutare? Virgam teneb.at Moses, (ait Ambros. lib. de iis qui initiantur cap. 9.) proiecit eam, & facta est serpens. Exod. 7. Currebãt Ægypti flumina puro aquarũ meatu, subito de fontium venis sanguis cœpit erumpere, qui rursus ad aquarum naturam rediit. Etiam virga leuata, aquæ maris se in speciem murorum congela-

Interpretat. & obseruat. morum.

gus obseruat serm. 11.) non Deum, naturam, carnem, animã aut astra, malum creare: sed diabolum inuentorem eius esse. Vnde non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed contra spiritualia nequitiæ in cælestibus, Ephes. 6.

dixit ei, Si filius Dei es.

Maxima rerum conclusus angustia, voces emittebat ancipites: vt sicut accedens ad primũ hominem, finxit illa quæ nõ erant, quo ea quæ erant disceret, ita ignarus suscepti hominis, de eo instrueretur. Chrys. hom. 13. in Matth. Adeo vt si Dei sit filius, saltem victus, audiat: sin tantum homo est, possit illi aliquid per laudum blandimenta furari.

Dic vt lapides isti panes fiãt.

Extrema sanè hæc est Sathanæ congressio. Nec enim in deserto solida tẽtationis arma inuenit. Deest illi (inquit Ambrosius sermon. 35. de ieiunio domini) de paradiso amenitas arborum, consiliatrix Eua, pomorum speciosa deceptio. Vndique exclusus, ad pauimẽta se confert: & postulat in cibum saxa mutari. Versut⁹ sanè scit quid petat: nouit factũ esse quod dicit. Meminit aquam de lapide sitiẽtibus profluxisse, Exod. 17. Dentem molarem asini aquam samsoni sitienti ministrasse. Nihil enim Dei verbo impossibile est, Luc. 1. Hæretici vtique & qui carnali libertati addicti sunt, etiam nunc vt diabolus, multos de gula aggrediuntur, quemadmodum mo-

Universidad de Deusto

Interpretat.& obseruat.morum.

net Athan.lib.de virginitate:sed respondendum illis,non in solo pane viuit homo.Audiamus Athanasium ipsum nos monentem. Si accedant aliqui(inquit) & dicãt tibi, ne frequenter ieiunes,ne imbecillior fias, non auscultes: istos enim diabolus subornauit. Reminiscere eius quod scriptum est, quod cũ Daniel & tres pueri capti essent à rege Babylonis Nabuchodonosor,& alij pueruli vnà cum illis, iussúmq; esset ab eo vt de sua regia mensa comederent, & de suo vino biberẽt, Danielẽ & tres pueros noluisse saturari de mensa regis, & ad Eunuchum dixisse qui eos curabat,Da nobis de seminibus terræ & vescemur. Demum refert eos tandem productos apud Nabuchodonosor ceteris pulchriores apparuisse.Idem recensent Tertull.in Psychicos,Basilius serm.1.de ieiunio.An ergo ieiunare desinemus, vt melius habeamus? Non in solo pane viuit homo,&c.

Obseruatio doctrinæ.

runt,Exod.14.Si tantũ valuit humana benedictio, vt rerum naturam conuerteret, quid dicimus de ipsa consecratione diuina? Addã hic verba Cyrilli Hierosolym.catech.Myst.4.Aquam Christus aliquãdo mutauit in vinum, quod est sanguini propinquũ, in Chana Galilæa, sola voluntate: & non erit dignus cui credamus quòd vinum in sanguinem transmutarit?Igitur hãc in Christo potentiam, saltem à Sathana ediscant.

Interpretat.& obseruat.morum.

Qui respondens dixit, scriptũ est, (Deut.18.) Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit ex ore Dei.

Quasi dicat, seu me filium Dei, seu tãtum hominem arbitrere, non hac via agendum est ô diabole. Nam si Dei sum filius: num me à cibo eximere possum, sicut & exemptus est Helias & Moses? Quòd si tantum homo sum, primùm sanè consulere debueras,vt apud Deum pre-

Obseruatio doctrinæ.

Tertullianus li.in Praxeã: ex eo quod diabolus ait, Si filius Dei es, probat Deum patrem filium habere in Patripaßianos & ipsum Praxean. Gregor. Nyssenus ex verbis domini. Non in solo pane viuit homo, &c.colligit lib.de beatitudinibus.famem non interdictam à re-

Obseruatio doctrinæ.

rum natura, modò Dei verbo cõiuncta sit,sed superfluitatem omnem & cibi & eius apparatus, vt suis finibus natura gubernetur, prohiberi.Vt hi qui vinũ transcolant, non reprobãt id quod in eo vtile est, propter immixtos ei furfures: sed colo superflua excernentes, puri vsum non reijciũt.Ita Christum cibum & famem verbo Dei moderari voluisse testatur.Namque vt cibus superfluus damno est etiam animæ, ita indiscreta fames nociua est.Omnia igitur verbo Dei,seu tradito, seu scripto,& consilio Ecclesiæ probentur.Georgius Alexãdrinus Patriarcha in vita diui Ioannis Chrys.recenset Anthemium quẽdam Gentilem ausum in Christi verba eniti,qui dicit, Nõ in solo pane, &c.Siquidem nõ Christum, sed terrã probè ab agricolis elaboratam suscepto semine, suos fructus edentem nos pascere asseruit. Qua tandem blasphemia prolata,actutum

Interpretat.& obseruat.morum.

ces funderem. Neque enim natiuitatis fructus pascunt homines. Nimirum hoc Deus cõtestatus est, his quib' te,ô Sathana,adorior verbis: Siquidem,Deuter. 8. Afflixit te(ait Moses) penuria dominus, & dedit tibi cibum manna quod ignorabas tu & patres tui, vt ostenderet tibi quod non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Domini. Quò ergo mihi panem quem diabolus offert(ait Ambrosius serm.35.de ieiunio) cùm habeam panem quem Christus impertit? Quò mihi cibum, per quẽ protoplastum deiectum memini? Esau primitiuis fraudatũ vidi? (Gen.25.) Iudam scarioth proditionis scelere denotatum?Ioan.13. Non bonus cibus,post quam negatur dominus,& ingreditur inimicus. Ceterum,verbum hoc domini Philo Iudæus interpretatur,lib. 2.allegoriarum legis:1.Manna,verbi typum habuisse docens, quod interpretatur. Quid est hoc?scilicet rerum generalissimum.Verbum quoque Dei superius sit vniuerso mundo, antiquius, generaliúsque creaturis omnibus.

2. Quódque manna(ait Theophilactus) etsi non esset panis, tamen per verbum Dei implebat omnem Iudæorum indigentiam: & fiebat omnia quęcunque comedere cupiebant, siue piscem, siue ouum, siue caseum concupiscebat Iudæus.

3. ostendit his verbis dominus non in pane hoc solitario, sed in verbo

Interpretat. & obseruat. morum

Dei æternitatis alimoniam sperandam esse. Hilarius in Matth. Tertullianus quoque libr. de baptismo, exemplo Israelis ab aquis ad solitudinem segregati per 40. annos, & Christi à Iordane 40. dierum ieiunium emensi, docet cùm diuinis copiis alimur: non ventris & gulæ potius, quàm Dei meminisse debere. quod dixerit dominus, non pane viuere hominem Dei, sed Dei verbo. Obseruat Ambrosius id dictũ à domino, vt ostenderet ieiunia nostra non debere sęculi actibus, sed sacris literis occupari. Idem Cyrillus Hierosol. cath. 2. illumin.

Obseruatio doctrinæ.

Victus ab immundo spiritu, in pauimentum concidit, oculos in habitũ versatilem obuertẽs, simul & os in diuersum cõtorquens & spumas emittẽs. Adeò vt prius oportuerit Anthemium de blasphemio pœnitere, quàm sanitati red deretur.

Tunc assumpsit eum diabolus.

Non quod è potẽtia diaboli id penderet, sed è patientia Christi. Chrysost. homil. 5. operis imperfecti in Matth. Quid hoc mirum cum se permiserit à membris diaboli crucifigi? Greg. P. ho. 16. Et si tamen vix Cyprianus tom. 2. in hoc Euang. fatetur à diabolo assumptus.

In sanctam ciuitatem.

1. Sancta ciuitas Hierusalem dicebatur in qua templum Dei erat, & sancta sanctorum, & cultus vnius Dei secundum legem Moysi, Rabanus in Matth.

Et statuit eum supra pinnaculum templi.

Cum pinna sit rei alicuius summitas, videtur pinnaculum cathedram seu suggestum in suprema parte muri, inter atrium primum & secundum situ, ex quo sacerdotes legem & prophetas interpretabantur populo, qui in secundo atrio stabat, significare. Idcirco Remigius pinnaculum sedem doctorum vocat. Callidè verò supra pinnaculum statuit, vt quem de gula non potuit, saltem de vana gloria subuertere nitatur. Cypr. serm. de ieiunio.

Et dixit ei, Si filius Dei es, mitte te deorsum.

Hoc enim in omnibus tentationibus egit (ait Hieronymus) vt intelligeret num Dei filius esset. Sed quomodo eo facto cognoscere poterat an filius Dei esset, cùm neque volare à Deo inspiretur alicui, vtpote nec profuturum animæ, aut corpori; sit autem tantum

Interpretatio & obseruatio morum.

tantum ad ostentationem? Chrysost. oper. imperf. Conuenientius enim dixerit (ait Petrus Chrysol. sermon. 13.) si filius Dei es ascende in cælum, cùm sit hominis ad ima cadere, Dei autem ad superna conscendere. Sed qui semel ex eminentissimo creaturarum loco se deiecerat, non potest non inuitare omnes vt ad ima se mittant. Optat ergo omnes cadere (ait d. Maximus Taurinensis, homil. 2. in Euangelium) qui se sentit præ omnibus cecidisse.

Experientia didicerat diabolus (inquit Cyprian. serm. de ieiunio) & in multis probauerat, vitiorum victores sæpe nugis laudationum corruptos. Didicerat quoque (vt in Glosa dicitur) in cathedra doctorum multos inani gloria deceptos esse, vt Pharisæi, Matth. 23. exemplo esse potuerunt: ideo enim in loco eorum statuit. Quot vero non spiritus sanctus sed diabolus in pinam templi, id est, Ecclesiasticas dignitates euexit? Talis Nouatus, de quo Cyprian. lib. 1 epist. 6. ad Magnum, conqueritur: quod cùm Ecclesiæ non esset, cathedram tamen sibi constitueret, & primatum assumeret. Therbetem sanè in pinam templi euehebat Sathan, cùm, quod repulsus non acceperat Episcopatum, Ecclesiam conturbauit. Euseb. histor. Eccl. lib. 4. cap. 21. Vrsitium quoque: is enim cùm pontificiam Romæ dignitatem affectaret, aliúsque scilicet Damasus electus fuisset, seditionem commouit. Niceph. lib. 11. histor. Eccl. cap. 30. Hinc quoque Petrus Alexandr. Epist. de Lucij crudelitate in catholicos apud Alexandriam, Lucium conuincit impietatis quod Episcopatum aura redemisset.

Obseruatio doctrinæ.

Victus demon scripturis, scripturas allegat, membris suis idem facere ostendens. Vnde August. tract. 18. in Ioãnem, non aliundè enatas hæreses docet, quàm cùm scripturæ bonæ intelligũtur, non bene, & quod in eis non bene intelligitur, etiam audacter & temere disseritur. Chry-

Interpret. & obseruat. morum.

Scriptum est enim, quia Angelis suis Deus mandauit de te, & in manibus tollẽt te, ne forte offendas ad lapidẽ pedem tuũ.

Vtitur diabolus scripturis, non vt doceat, sed vt fallat, Ambr. in Lucã. Hoc verò in Psalmo 90. scribitur, vbi non de Chrystom. sed de viro sancto, Prophetia est. Hieronym. in Matth. Theophil. Ireneus lib. 5. in hæreses. Corrumpit ergo scriptu-

Interpret. & obseruat. morum.

ram in verbis quia integram non recenset. Astute enim tacet, Super aspidem, &c. Et in sensu cum filio Dei applicet, quod de puro homine intelligitur. Vincentius Lirinens. in hæreseon nouationes idem adduci ab hæreticis quod hîc à diabolo docet: q. dicant illi fidelibus. filius esse vis Dei, & hęreditatem regni cælestis accipere, mitte te deorsum: id est, ex istius te sublimis Ecclesiæ doctrina & traditione. Quod si quis interroget, vnde probas? continuo adducunt mille testimonia & exempla, & audent polliceri & docere quod in Ecclesia sua, id est, conuēticulo, magna & specialis ac plane personalis quædā sit Dei gratia: adeo vt sine vllo labore, sine vllo studio, sine vlla industria, etiamsi nec quærant nec petant: tamen ita diuinitus dispensentur, vt Angelicis euecti manib⁹, id est, angelica protectione seruati nunquā possint offendere ad lapidem pedem suum, id est, nunquam scandalisari. Hæc ille.

Ait Iesus rursum: Scriptū est, Nō tentabis dominum Deum tuum.

Tentare Deum est eum in vanum, aut fidei defectu prouocare: sicut & Deuter. 6. vbi id scriptum est, Non tentabis dominum Deum tuum sicut tentasti in loco tentationis: nimirum cùm (Num. 21.) populus locutus est contra dominum & Moysen, deest panis, non sunt aquæ: ani-

Obseruatio doctrinæ.

sost. idcirco tom. 3. sermone in hæreticos docet fidelem terreri nō debere, etiamsi Arrius dicendi initium faciat à scripturis, cùm diabol⁹ accedens ad Christum, scripturis vsus fuerit. Et Orig. homil. 31. in Lucam, legisti scripturas (inquit) ô diabole, non vt ipse ex lectione sanctorū melior fieres, sed vt simplicitate litteræ interficias, ibique omnes hæreticos scripturas adducere testatur. Vnde & cùm hæ proferuntur, considerandam proferētis sententiam & volūtatem monet, ne sub ouis pelle lupus latet. Mendacium enim abscondit diabolus per scripturam (ait Ireneus li. 5. in hæret.) quod faciunt omnes hæretici. De scripturis agunt hæretici (ait Tertull. lib. de præscript. in hæreticos) de scripturis suadent: aliunde scilicet suadere possent de rebus fidei, nisi ex literis fidei? Idem testatur Vincentius Lirinensis in hæreticos.

Interpretatio & obseruatio morum.

ma nostra nauseat super cibo isto leuissimo. Vnde igniti serpentes in eos immissi sunt. Quasi dicat dominus se, si tantum homo esset, hoc præcipitio prouocaturum Deum, cùm ibi nulla adsit necessitas: seu filius Dei est, Sathanam occultè confundit, vt qui verum Deum tentet Petrus Chrys.

Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde.

Hic mons est in deserto, à latere montis Nebo eminentissimus, vt loci celsitudine Christum ad elationem animi excitaret, & facilius hinc regiones orbis conspiceret. In eundem montem dominus subduxerat Mosen, promissionis terram eidem demonstraturus, Deuteron. 33.

Et ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum.

Tum manu tum verbo hanc vel illam prouinciam demōstrās, vel præcipuas.

Et dixit ei, Hæc omnia tibi dabo.

1. Vt sicut ambitione Adam in paradiso pulsauit & strauit, cùm subiectionē quam Deo debebat fastidiens, appetiit dominatum, ita Christum auaritia & dominandi cupiditate in sua retia traheret, sic enim sibi permultos lucratur. Cyprian. sermone de ieiunio. 2. Offert quæ Dei sunt Deo: sua tamen faciens, mediis quibus impellit homines vt his potiantur, furtis scilicet & dolis, & similibus. si cadens adoraueris me.

Adoratur Sathan, cùm Deus deseritur, vt terrena amplectamur: vnde auaritia idolorum seruitus dicitur. Cadere, aut pro humiliari, aut pro præcipitari sumitur: vt confractis ceruicibus oculos tantum pascat, non quod repromittit assequatur. Idem igitur optat Christo quod sibi, qui de cælo cecidit, Luc. 10.

Tunc dixit ei Iesus, Vade Sathanas.

Patientissimus in præcedentibus dominus, iniuriam patri illatam longe repellit. Sathanas verò Hebraice, idem quod Apostata (ait Ireneus lib. 5. in hæreses).

Dominum Deum tuum adorabis & illi soli seruies.

Interpretatio & obseruatio morum.

Id. Deuter.6. q. dicat, Non tibi adoratio nec cultus debetur, sed Deo. Tunc reliquit eum diabolus.

A diuinitate Christi & Spiritusancto inde excussus. Tandiu enim diabolus tentat, non quandiu ille vult, sed quandiu Christus permittit. Chrysost.in Matth.

Et ecce Angeli accesserunt,& ministrabant ei.

Victoria enim de diabolo consortium acquirit Angelorum,qui auxilium ferant.4.reg.6.2.Macch.10.

ORATIO.

DOmine Deus & Pater benignissime, cuius vnigenitus,vt nobis formam resistendi tẽtationibus sathanicis proponeret, à diabolo tentari, & peracto quadragesimæ ieiunio eidem resistere voluit,conserua nos quæsumus à laqueis inimici,eripe animas nostras ne gula,cupiditate,& ambitione victi,succũbamus. Muni nos verbo virtutis tuæ,vt carnem nostram quadragesimali ieiunio macerantes, animas verbi tui cibo pascentes, te solum adoremus,Sathanam exhorrescamus,ab Angelis sanctis tuis præseruemur,vt & digne Angelicum panem, cùm dies Paschalis aduenerit, manducare possimus: Per dominum nostrum Iesum Christum,&c. Amen.

FERIA 2. POST PRIMAM DOMINICAM QVADRAGESIMÆ.

Euangelium, Matth. 25.

Cùm venerit filius hominis in maiestate sua, &c.

Interpretat.& obseruat.morum.

PRimum quidẽ Christus se iudicem vẽturum supponit, & quæ tum futura sint exprimit, Hebr.10. Terribilis est autem illa expectatio iudicij,quæ consumptura est aduersarios.

Introduct.in Euang.

IAcula vtique præuisa minus feriunt. Proinde si quis aliquod præcauerit præcipitium, sua culpa, non autem ignorãtia, in illud se deijcit. Ne igitur quis non hîc benè viuat, & caueat incidere in manus Dei viuentis, nos omnes Christ⁹ futuri admonet,in districta seueritate iudicij,quo & amore & timore ad bonum promoueamur: vt sicut nos amor,quẽ ille in primo aduẽtu aperuit, excitauit: ita & terror futuri aduentus promoueat.

Porrò Christus hæc verba habuisse conijcit anno suæ ætatis 33. mense 2.die 27. nimirum 2.Martij,vltima cõcione publicè habita in Hierusalem: tum cùm exceptus omnium etiam puerorum applausu, ramis & vocibus, templúmq; ingressus 8. Veh. in 8.beatitudines, Pharisæis cõminatus est.Egressus quippe è templo, huius magni ædificij ruinam, & sub typo illius futurum iudicium, signáque ipsa præcessura pãdere cœpit.

Summa.

Tria porrò ad summũ no-

Introduct.in Euang.

Interpret.& obseruat.morum.

sarios. Quã fusius exprimit Ioel.2. Dies(ait) domini valde terribilis: & quis sustinebit eum? Primò ante facié eius ignis vorãs. 2.à facie eius cruciabuntur populi. 3. omnes vultus redigentur in ollam.4. Sicut sonitus quadrigarum super capita montium exilient, 5. Et sicut sonitus flammæ ignis deuorantis stipupulam,6. & sicut populus fortis expaueſcit ad præliũ, sic magnus dies domini & terribilis valde. De eo Sophon.3.c.Daniel.12.Esai.9.&13. Iob.14.Ezech.7. Christus, Luc.22. Matth.21.& 24.Ioan.9. Paulus Ro. 14.Petrus.2.Pet.4. Cùm igitur(ait Basilius hom.9.in Ps.33.) ad peccatum aliquod progredi voles,cogita mihi horrẽdum illud & non ferendum Christi iudicium,in quo pręsidet quidem iudex in alto atque elato throno: astat autem omnis creatura tremens ob ipsius aspectũ gloriosum. Ad quod accedunt hęc verba.s. Effrem li.de beatitudine cap. 3. Habeto præ oculis diem mortis, charissime, & nunquam eius formidabis aduentum: quæ spiritualiter intelligẽs per dies singulos,separationem corporis animæque pertracta: qualiter ante tribunal iudicis statuẽdus es cogita, & para iugiter lampadem tuam (Matth. 25.) vt in conuersatione beatissima fulgeat.

filius hominis. Rationem cur iudicaturus sit, reddit ipse Christus, Ioan.5.dicẽs:Omne iudicium dedit pater filio, &c. quia filius hominis

Interpretat. & obseruat. morum.

est. Hoc quippe 1. ad iustorũ consolationem, quod homo eos iudicat, per quem nobis accessus ad patrem. Ephes. 2. Qui & interpellat pro nobis, Rom. 8. mediator Dei & hominum, 1. Tim. 2. 2. ad maiorẽ impiorum cõfusionem, cùm viderint etiã eum, qui eius mortem sollicitarunt, Apoc. 1. vt qui paruifecerunt humiliatum, terreantur à iudicãte. 3. Ob meritũ obediẽtiẹ & abiectionis data est hæc Christo potestas: Iob 36. Causa tua vt causa impij iudicata est: causam iudiciúmque recipies.

in maiestate sua. Vt qui contempserunt eũ in humilitate, cognoscãt eũ in potestate. Et qui scire noluerunt quàm dulcis est misericordia eius, sentiãt quàm grauis est ira ipsius. Hæc Chrys. hom. 55. in cap. 25. Matth. op. imperf. De hac Daniel 7. aspiciebam in nubibus cæli, & ecce quasi filius hominis veniebat, &c. Maiestatẽ hanc vocat Paulus aduẽtum gloriæ magni Dei. Maiestatem autẽ appellat diuinitatẽ, (ait Remigius) qua Patri & spirituisancto æqualis est. Vel vt vult Orig. hom. 34. in Matth. quia cum gloria huc reuertetur, vt corp⁹ eius sit, quale fuit cùm transfiguratus est in mõte. Erit igitur hic Christi aspectus bonis, gaudio, malis aũt, maximo terrori, vt docet Cypr. l. 4. epist. epist. ad plebem Thibari consistentem. Adeo sanè terretur Erythęa Sibilla quãdo illum venientem prẹuidet iudicem, vt exclamet l. 2. oraculorũ, hæcque intonet,

Obseruatio doctrinæ.

bis proponit Euang. lectio.

1. *Christi secũdum aduentũ.*
2. *Iudicãdorum discussionẽ.*
3. *eorum tandẽ retributionẽ.*

Obseruatio doctrinæ.

Et sanè duplex notatur à Theologis iudiciũ, particulare scil. & generale. De particulari agit Paul⁹ Hebr. 13. dicẽs post mortẽ superesse iudiciũ. De eo quoque Tertull. c. vl. l. de anima, disputat in nonnullos qui animas omni pœna et gaudio carere, id est, iudicio ante resurrectionẽ asserebãt. Immò Mercuri⁹ trismegistus in Asclepio c. 10. animæ à corpore facta discessione, tũ arbitriũ examẽque meriti in summi dæmonis transire potestatem docet. Idẽ quoque Plato in Timeo & Phedone. De generali autem iudicio articulus etiam est symboli Apostolici, & Nisseni concilij, venturum Christum iudicare viuos & mortuos. Quod vt tenacius nostris hæreret mentibus, hæc nostri Euãgelij verba etiam à iudice nostro habita sunt.

Sessurus

Interpretatio & obseruatio morum.

intonet, Eheu me miseram! quid me illo tempore fiet? Quẹ demẽs omnes peccatis exuperarim? Tu me seruator tortoribus eripe diris, Quamlibet infamem cõspurcatíque pudoris. Terrorem sanè vẽturi illius iudicis satis explicarũt Dauid his verbis, Terra tremuit & quieuit, cùm exsurgeret in iudicio Deus, Ps. 75. b. Iob 14. Dũ abscõdi quẹrit, Esai. 2. Dũ reges & principes cauernas terræ adibũt: dũ omnes dicent mõtibus, operite nos. Terribilis, & quis resistet ei? Nobis igitur idẽ accidet quod & latronibus (ait Chrys. hom. 5. in 2. epist. ad Tim.) qui quandiu in carcere viuunt, absque metu degunt: vbi verò ad velũ sisti cœperint, soluuntur medie erimus.

Obseruatio doctrinæ.

Sessurus Christus dicitur super sedẽ maiestatis, q̃ angelis sibi subiectis & sanctis sic sit progressurus. vt etiã qui columnæ cæli dicũtur, cõtremiscãt ad nutũ eius, Iob. 26. et paueãt iusti. 1. Pet. 4. quo terrore maiestatẽ iudicis testaturi sunt, dũ se velut scabellum pedũ eius per subiectionem exhibebunt. Sic quippè Dionysi⁹ Areopagita sediũ, seu thronorũ nomine, angelos tertij ordinis primæ Hierarchiæ intelligẽs, cur sic vocentur interpretatur. Nimirum quod diuinum Dei aduentũ (ait) absque vlli⁹ perturbationis ac materiæ impedimẽto suscipiũt, Deumq̃ ferentes

Interpretat. & obseru. morum.

Et omnes angeli eius cum eo.

Primò vt testẽtur se Christo subditos, vt qui aulas principũ sequuntur, regi suo se submittũt. 2. Vt ministri sint & executores iustitiæ diuinæ ad alligandos reges in compedibus, &c. Psal. 149. & vt colligãt è regno Christi omnia scandala, Matth. 13. 3. Vt stent contra insensatos, Sap. 5. & quodammodo iudicẽt per approbationẽ. Angeli enim de hoc mũdo iudicabũt, ait Paulus.

Tunc sedebit super sedem, &c.

Putas verò corporale subselliũ erit? (inquit Orig. in Matt.) An etiã hoc op⁹ habet subtiliore interpretatione? Sedes sanè eius aut quidã perfectiores sanctorũ dicũtur, de quibus scriptũ est, Psal. 121. Quoniã illic sederũt sedes in iudicio: aut quædam virtutes angelicæ, de quib⁹ dicitur, siue sedes, siue dominationes, Collos. 1. Et Psalm. 79. Qui sedes super Cherubin. & Psal. 9. Sedisti super thronum qui iudicas iustitiam.

Interpret. & obseruat. morum.

Et cõgregabuntur ante eum omnes gentes.

Per Gentes ne tantum Ethnicos consideres, sed omnes ab Adam ad finem vsque homines, Ioel 2. Erumpite & venite omnes gentes de circuitu: consurgant & congregentur omnes gẽtes in valle Iosaphat, quia ibi sedebo, & iudicabo omnes. 2. Cor. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi. 1. Thessal. in voce archangeli, & in tuba Dei. Ideo Ioannes, Apoc. 20. Vidi mortuos magnos & pusillos stantes in conspectu throni. Eos porrò omnes in triplici statuit differẽtia Thomas Aquinas in Matth. primò quidam aderunt, quo merita eorum discutientur, quorũ aliis gloria, aliis gehenna rependetur, Ioan. 5. 1. Cor. 3. 2. Quidã vt per approbationem iudicent, quòd nihil habeant commune cum mundo. Sic Apostoli, Luc. 22. 3. alij impij penitus & infideles, vt sine examine ruant, Ioan. 3. Qui enim non credit, iam iudicatus est. Vtinam charissimi terribilem hunc Christi aduentum totis mẽtibus cõtemplemur. Lubet proinde antequam vlterius progrediamur hæc Aug. verba vos affari (sermon. 67. de tempore) Nam quid faciemus charissimi in illo metuendo iudicij die? cùm tremẽte mundo dominus præcinentibus angelorum buccinis, ĩ illo suo maiestatis throno, circũdatus cælestis militiæ luce, consederit: ibíque de terræ gremio

Obseruatio doctrinæ.

obsequij deuotionẽ, ad ipsius percipiendos fulgores semper patent. Hæc cap. 7. cælest. Hierarch. Disputat Cyrillus Hierosolymitanus catechesi 18. qui fieri poterit, vt nostra congregentur ad iudicium corpora. Dicunt (ait) nobis tam Græci quàm Samaritæ, occidit homo, mortuus, & computruit, & totus in vermes resolutus est: & hi quoque interierunt à piscibus, deuorati sunt ab vrsis, à leonibus, à vulturibus & coruis, qui in mundũ vniuersum dispersi sunt. Vnde ergo cõgregabitur corpus? Tibi sanè homuncioni exiguo & imbecilli, procul à Gothia, India, & Hispania à Perside videtur. Deo autẽ qui terram pugillo continet, omnia sunt prope. Cogita diuersa semina germinum mi sceri, & pugillo tuo contineri. Est ne tibi homini res magna, pugillum tuum aperire, & vnumquodque germem secundum ipsius naturam colligeri? Num etiam Deus

Introduct. in Euang.

Deus quæ in illius pugillo cõtinentur discernere, cõgregare & restaurare non poterit?

Ista cõgregatio qualis erit? Boni occurrent obuiam Christo in aëra 1. Thess. 4. d. Alij autem in terra manebunt (ait Origenes) Congregabuntur autem ante eum, patentẽ vt fulgur ab Oriente in Occidentem, Matth. 24. Ad quid verò hæc separatio, cùm iam statim post mortem agnoscantur, immò rependantur piis premia, impiis vero supplicia? Sed & duplex est stola, & duplex supplicium, penes duplicem hominis rationem: vnam quæ pendet ab anima, qua etiam ante resurrectionem, sed sola plectẽtur impij, & coronabuntur iusti. Sed perfectior futura est gloria assumpto corpore per resurrectionem, vt ait Christus, Gaudium illud plenum nuncupans: & docet Athenagoras lib. de resurrectione carnis finem asserens esse & requietem vltimam gloriam hanc, quæ animæ cum corpo-

Interpret. & obseruat. morum.

& antiquo puluere suscitato humano genere, astante testimonio conscientiæ singulorum, positis in cõspectu peccatorum pœnis, iustorúmque premiis, rationem vitæ cæperit postulare: & plus iam iustus quàm misericors, seueritate iudicis, contemptæ misericordiæ reos cœperit accusare, & dicere. Ego te ô homo de limo manibus meis feci, ego terrenis artubus infudi spiritum, ego tibi imaginem nostram, similitudinémque conferre dignatus sum: ego te inter paradisi delicias collocaui: tu vitalia mandata contemnens, deceptorẽ sequi quàm Deum maluisti? Cum expulsus de paradyso iure peccati mortis vinculis tenereris: virginalem vterum, sine dispendio virginitatis parienduS, introiui: in præsepio expositus, & pannis inuolutus iacui: irridentium demum palmas & sputa suscepi, acetum cum felle bibi, flagellis cæsus, vepribus coronatus, cruci affixus, vulnere perfossus, vt tu eripereris morti, animam in tormentis dimisi. En clauorum vestigia, quibus affixus pependi: en perfossum vulneribus latus. Suscepi dolores tuos, vt tibi gloriam darem, mortem tuam, vt in æternum viueres: cõditus iacui in sepulchro, vt tu regnares in cælo. Cur quod pro te pertuli perdidisti? Cur ingrate munera redemptionis tuæ perdidisti? &c. Qui plura dicere apud populum de illa die volet & contem-

Interpretat. & obseruat. morum.

plari, legat quæd. Prosper lib. 3. de vita contemplatiua cap. 12. & Effrē lib. de beatitud. animæ cap. 4. & 5. exclamant.

Et separabit eos abinuicem. Duplex est iudiciū, vnum discussionis meritorum, quo tātum fideles implicati secularibus iudicabūtur, & quodammodo benè viuētes: Alterum sententiæ, quo omnes in vniuersum boni, & demum mali, iudici submittentur. Separabit ad discretionem premiorum. Quæ separatio aut occulta & spiritualis erit, intelligentibus omnibus quorum digni sint: Vel localis, quia tum granum à palea separandum est: vt ait Augustinus. sicut pastor. Vtique enim Christus pastor non mercenarius, Ioan. 10. immo pastorum princeps. 1. Pet. 5. a. qui pascit nos à iuuentute nostra. De quo Eccl. In loco pascue ibi me collocauit. Vtinā verò cum tum pastorē inueniamus, qui sua nos pascat gloria. Satiabimur enim cū apparuerit gloria ei'.

segregat oues. Ouis iustum significat: cùm iustorum caput Christus, factus sit vt ouis. Esai. 53. cap. Et nos sicut oues occisionis Psal. 43. d patiētia quæ perfectū opus habet, Iac. 1. a & māsuetudine. Matth. 10. b sicut oues in medio luporum, ita in mundo nobis oblatrante, vt docet Orig. & Chrysost. Itē quod victimas se Christo obtulerint, & eorū omnia sicut ꝓsicua, pij oues dicūtur. Porrò ouis proprie Christianus est, & grex

Obseruatio doctrinæ.

pore cōtiget: Ait enim, quod si eius quod vtrumque simul est, nimirum cōpositi ex anima & corpore finis statuendus est: neque illum dum in hac vita agit reperire queas, neque tum cùm anima segregata à corpore est, eo quòd nihil tale censeri homo debeat, dissoluto ac penitus dissipato corpore: etiam si anima per se supersit, omnino necesse est in alia aliqua vtriusque partis recompositione & instauratione, hominum finem apparere. Hæc ille, Quæ vere docent non abs re superesse generale iudicium post resurrectionem: nimirum vt sicut anima peccauit cùm corpore aut bonum fecit, sic iudicetur, et cōpensetur cū corpore.

De prædestinatione.

Radix nostræ beatitudinis est prædestinatio, qua vt docet Paulus, nos elegit Deus ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati, Ephes. 1. Hāc Damascē. 2. lib. de fide ortho. cap. 3. vocat prædetermi nationem.

Estque

Obseruatio doctrinæ.

Estque gratuitæ donationis præparatio, seu propositum Dei æternum miserendi, & præparatio gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro: vt docet August. l. de fide ad Petrum, & de bono perseuerātiæ cap. 14. & de prædestin. sancto. cap. 10. Firmissime autem tene (ait lib. de fide ad Petrum cap. 22.) omnes, quos vasa misericordiæ gratuita bonitate Deus fecit, ante constitutionē mundi, in adoptionem filiorum Dei, prædestinatos à Deo: neq; perire posse quemquam eorum quos Deus prædestinauit ad regnum cælorum: nec quemquam eorū quos Deus non prædestinauit ad vitam, vlla posse ratione saluari, &c. Duæ autē maximè sectæ in prædestinationem errarunt: Manichæi, qui liberum arbitrium prædestinationi coniungi posse negabāt, in quos scripsit August. Ambros. Et Pelagiani, qui oīa nostris meritis, nihil autē gratiæ tribuebāt. In quos lege Cyprianū de orat. dominica. Exprimā verò hæc pauca ex

Interpret. & obseruat. morum.

grex domini Ecclesiæ populus, & pastor bonus. Proinde Christianus nō intelligendus est qui ab Ecclesię grege errauerit. Facite igitur vt nūc in Ecclesia perseueretis, quo tādem inter oues connumeremini.

ab hędis. Hædi, vt q olim pro peccato offerrētur. Exod. 12. & 13. impios designāt, quod suis feteāt peccatis, computrescentes in stercore cōcupiscentiarū carnalium, Ioel 2. Maximè verò pseudoprophetæ. 1. Tim. 4. Elati, (en cornua): cupidi, (en hirsutavellera): superbi, (en hircus ductor gregis): voluptatū amatores, (en quo maxime fetēt cū hircis): serui quippe corruptionis, dum libertatem promittunt. Infructuosi quoq; sunt vt hædi oēs impij. Chrysost. Hieron. Eo sane Dei iudicio ab iniquis hominib' separādi sunt sancti, quo ante sunt beati Angeli ab immūdis spiritib' separati, vt pādit Prosper Aquitanicus l. 1. de vita cōtēplatiua c. 3. Et statuet oues quidē à dextris hædos autē à sinistris. Quod aut situ intelligēdū, vt in hom. docet Chrys. aut significatione, ꝓ statuēdi sint boni ad vitā æternā, quæ per dextrā: mali ad gehennā, quæ per sinistrā prætexit? Vt hyemis tēpore vix discernas mortuas arbores à viuis: Vere autē illucescēte, facile noscūtur, ita nūc vix iustū ab impio secernas: Cognoscētur verò in nouissima die. Chrysost.

Tunc dicet rex his qui à dextris eius erunt.

Interpretat.& obseruat.morum.

Primùm ad electos sermonem facit, quòd primùm quoque velit omnes saluos facere, 1. Tim. 1. Ezech. 18. sed repellentibus verbum Act. 13. & à Deo dehiscentibus, eorum tandem iudex fit, in gehennam vtique, qui prius venit saluare quàm iudicare Ioan 3. Vtque doceat perditionem nostram à nobis, salutem à se. Osee 13. Matth. 23. Primò electos alloquitur. Quid timeas igitur ô peccator, cùm primùm venerit Christus in salutem nostram? Quis est qui condemnet? &c. Rom. 8. 1. Non vincunt tua peccata multitudinem miserationum Dei, neq; superant vulnera tua medici experientiam, modò teipsum fidelem præbeas, Cyrillus cathe. 2.

Venite, Docet vnde sit nostra felicitas. Primò si ab eo qui nos inuitat Christo, & præuenit Apocalyp. 1. Qui stat ad ostium & pulsat. Nam paterfamilias mittit ad exitus viarũ, vocare ad nuptias. Et Christus, Venite (ait) omnes qui laboratis &c. Prius vtique vocati quàm iustificati & salui facti.

benedicti Patris. Secundo vocationem sequitur iustificatio. Rom. 9. Quæ per Dei benedictionem iudicatur, vnde est origo omnis boni. Iaco. 1. 1. Cor. 1. & 2. Cor. 4.

Summam igitur Deo gratiã habeamus, qui vocauit nos in operibus bonis in Christo, & consedere fecit in cælestibus, Ephes. 2. Non enim volentis neque currentis, sed mise-

Obseruatio doctrinæ.

Augustino lib. de bono perse. Qui liberatur, gratiam diligat: qui non liberatur, debitum agnoscat. Causa prima nostræ prædestinationis est Dei bonitas, & ipsius volũtas, demum & præscientia: omnia sanè increata, ne tu creatum Dei voluntatis primæ causam facias: Secunda tamen, vt quæ Dei volitum iustum reddet, est præuisus bonus gratiarum vsus. August. lib. 1. retract. cap. 23. Origen. lib. 7. in cap. 9. ad Rom. Ambros. in idem caput. Obiectãti porro quî fiat cùm non ex nostris meritis prædestinemur: Quòd Deus reddere vnicuique secũdum merita dicatur? Nam & hîc ait, Esuriui &c. Dicimus duplicem esse electionem, primã & æternam, quæ ex meritis nõ est, sed ex qua potius sunt merita per gratiam, quam Deus ab æterno præparauit. Alteram in nouissima die, qua discriminabit oues ab hædis: & hanc præcedẽt merita non condigni, sed con-

grui.

Obseruatio doctrinæ.

grui. Verùm ô altitudo &c. Rom. 11. Prædestinationem ergo insinuat Christus dicẽs, Venite benedicti patris mei &c. Quærat aliquis quorsum hîc dominus non meminerit sepulturæ mortuorum: cùm tamen connumeretur inter opera misericordiæ? Ambros. lib. de Thobia, duas adfert rationes: 1. Quod à mortuo munus hoc non percipiatur: 2. quod id sub nudos operiri comprehendi potest. Qui enim nondum sepulti sunt, nudi sunt. Magnum verò pietatis opus est sepelire mortuos, Vt in Thobia patuit, etiam angeli testimonio: in viris Iabes Galaad, qui inuenta Saul & Ionathæ corpora sepelierunt: 1. reg. vltimo & 2. reg. 1. Vnde Eccl. 78. dicitur, Secundum iudicium Domini conde mortuos, & noli negligere sepulturã.

Multum hæc verba torquẽt hæreticos, cùm audiunt gloriam pro bonis operibus rependi, vt Ioan. 5. dicitur. Quo (aiunt) merito, qua gra-

Interpret.& obseruat.morum.

miserentis est Dei Rom. 9. Nam nisi misericordia tua domine adiuuisset nos, paulominus habitasset in inferno anima nostra. Nam seu fides, seu opera considerentur, omnia à Deo sunt. Fides Dei donũ est. Ephes. 2. Et ipse operatur in nobis & velle & perficere.

possidete regnum quod paratum est vobis à constitutione mundi. Parratum vobis &c. Ecce prædestinatio gloriæ, scilicet in futuro præparatio: possidete, en hæreditas. Hæredes enim Dei, cohæredes verò Christi, vt filij paternorũ bonorum. Regnum: Quia facti sumus ipsi regnũ & sacerdotes Apoc. 5. c. Quid per hæc discimus? (ait Grego. Nisse. in dictum Euangelij quod fecistis, &c.) Quòd benedictio quidẽ mandatorũ cura sit, maledictio verò præceptorum neglectio. Amplectamur ergo benedictionẽ, & fugiamus maledictionẽ.

Esuriui enim & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere: Hospes eram, & collegistis me: nudus eram, & cooperuistis me: Infirmus erã, & visitastis me: In carcere eam, & venistis ad me.

Rationem reddit gloriæ rependendæ, opera scilicet. Fides enim sine operibus mortua est, Iaco. 1. Si vis ergo ad vitam ingredi, serua mandata. Matth. 18. Qui vult fusius

Universidad de Deusto Biblioteca

Interpret.& obseruat.morum.

obseruare quæ ad populum exclamāda sunt penes misericordiæ opera, legat integrum cōcionem Greg. Nysseni in dictum Euangelij: Quod fecistis vni ex his minimis. & Cirili Hierosol. catech. 15. Prosper. quoq; c. 7. par. 2. de promiss. & prædictum Chrys. & Cypr. ho. de eleemosyna. Ceterum qd ait se esurisse & sitisse, Origen. sic interpret. Sicut anima habitāsin corpore humano nō dicitur esurire, quātū ad sui substātiā & naturā: esurit tamē inquātū copulata est corpori, qd sine ciboviuere nō potest. Sic Christus de se nō esurit, sed inquātum mēbra eius esuriunt scilicet pauperes. Porrò Misericordiæ operum meminit tantum: non quod non cetera bona requirenda sint, sed quia hęc liberiora sint. quis enim non possit cōpati & diligere? Est enim triplex eleemosyna: vna corporalis, egenti dare. 2. Spiritualis, dimittere à quo læsus fueris. 3. Delinquentem corrigere, & errantem in viā veritatis reducere. Vt habetur distin. 45. Canon, tria sunt, & Canon, duæ sunt. Adeo vt si nō corporalē, saltem spiritualem eleemosynam facias. Secūdo misericordia cauta omni iure Eccl. 13. 3. sors nostra indiga misericordiæ. 4. Dei & Christi in nos bonitas ad id nos prouocant. Magnus vtiq; error Paganorū est & mundanorū, qui non nisi his qui gratiam referre possint, benefaciēdū putāt: in quos militat parabola Christi de inuitatis ad nuptias, & inuitandis ad cœnā. Immò

Obseruatio doctrinæ.

tia? Diuus Basilius in regulis breuioribus q. 27. in hūc locum Euangelij, date eleemosynā & omnia munda sunt vobis: Nō quod per se ista (inquit) ad emundationem sufficiāt, cùm principaliter opus sit misericordia Dei, & sanguine Christi: in quo & aliorum omnium redemptionem habem⁹, si in vnoquoq; digne resipiscētię fructus fecerimus. Hanc etiam quæstionē Augustinus examinat, serm. 49. de verbis domini: Et sermone 50. De tēpore: magnum eleemosynæ meritum concludēs. Nam licet proprie ad solissimum Christum beatitudinis æternę meritum pertineat, nō tamen pugnat quod subordinatur: quale est bonum opus, & sacramenta quæ à diuina bonitate dependent, vt à radice: Nam vt: Quiviret in foliis venit à radicib⁹ humor: Hoc quidem modo scriptura, nostram agnoscens purgationem in sanguine Christi, fide ait purificari corda hominū Act. 15. Baptismo lauari

peccata

Obseruatio doctrinæ.

peccata, Ephesios 5. Tit. 3. Matthæi vltimo. Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna deleri peccatum. Ecclesiast. 3. Prouerbiorum 21. Hinc est quod regi Nabuchodonosor consulebat Daniel, peccata sua eleemosynis redimere. Curiose nonnulli, aut impie disputant de inferno, quasi vero hæc illis sint fabulæ, quæ Christus affatur. Esa. 30. Præparata est domus inferni, profunda, dilatata. Baruch 6. Quàm magna domus: puteus ignis præparatus est, Amos 5. Hierem. 17. Iob 20. Deuorabit eos ignis, qui non accenditur, neque extinguitur. Esa. 66. Videbunt cadauera, quorum vermis non moritur, & ignis nō extinquitur. Deuteron. 32. Ignis quem succendistis, ardebit vsque ad inferni nouissima. Hunc Plato in Timeo confirmat. Hunc Virgilius 6. Æneidon. facilis descensus auerni: Sed reuocare gradum, superásque euadere ad oras, Hoc opus. Tertull. lib.

Interpret.& obseruat.morum.

mò in eos agit Lact. l. 6. de verò cultu c. 11. q. illud Plauti adducebāt, Male mereturq mēdico dat quod edat. Nam & illud quod dat perit, & illi producit vitā ad miseriā. Commēdarunt opera misericordiæ Effrem apud Edessenos, adeo vt 300. mēsas famis tempore in porticibus parauerit. Nicepho. l. 9. c. 16. Immò agri dati à Valente Basilio ad hoc mun⁹, vt idem refert. l. 11. c. 18. Sed tamen cui detur discernere oportere docet Chrysost. ad Olymp. dictū Niceph. l. 13. c. 24. Tunc respondebunt ei iusti, dicētes, Domine, quando te vidimus esurientem & pauimus te: sitientem & dedimus tibi potum? Quādo autem te vidimus hospitē & collegimus te: aut nudū & cooperuimus te: aut infirmum, aut in carcere, & venimus ad te? Hoc dicent considerantes & suam fragilitatē & Deum in eis omnia operatum: inde etiam indignos omnes se tanta gloria. Rom. 1. & 8.

Et respondens rex dicet illis. Rationem reddit cur ob hæc opera glorificētur: nō quia aliquid est ꝓ datur, sed qa magnus est ꝓpter quē datur. Chrysost. hom. 26. in Matth. August. sermone 49. de verbis dñi.

Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius.

Interpret. & obseru. morum.

Stupenda sanè sententia. Non ait, maledicti patris. Ve enim nobis à peccatis propriis, non à Deo Esa. 1. & Osee 13. Paratum autem ignem diabolo ait, quod ante creatum hominem diabolus in eum sit præcipitatus.

Esuriui enim & non dedistis mihi manducare, &c.

Ex opposito statuit negligentiam bonorum operum in impiis. Est enim eorum sterilitas maledicta, ait Cyrillus Hierosoly. catech. 1.

Et dicent impij, domine, quando te vidimus esurientem, &c.

Impius enim semper ad murmura paratus est, nec aliquando agnoscit reatum suum, quippe in malo induratus est, vt alter Pharao, cæcus & cæcorum dux, qui tenebras lucem facit & lucem tenebras.

Et ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam.

En conclusio mercedis, quam pro discretione meritorum Deus iustis & iniustis repensurus est.

Obseruatio doctrinæ.

de pœnitentia, in exemplar illius ignis æterni, proponit fumariola quibus vrbes perustæ, montes dissiliunt & scintillas atque iacula emittunt. Quemadmodum de monte Æthneo Virgilius in Ætna & lib. 3. Æneidon narrat quod, Interdũ scopulos auulsáque viscera montis Erigit eructans, liquefactáque saxa sub auras Cum gemitu glomerat, fundoq; exæstuat imo. Siue autem materialis, aut elementaris sit hic ignis nemo scit, nisi expresse ei à Deo reueletur. Et Ioãnes Damascenus lib. 4. de fide orthodoxa cap. vlt. August. lib. 21. de ciuit. Dei cap. 9. & 10. vbi & quomodo agere possint in dæmones docet. Et Gregor. lib. 4. Dialog. cap. 42. sufficienter ostendunt. Proinde etiam Prudentius in Apotheosi nonnullorum hæresim euertit, qui animam posse ignem corporeum pati asserebant. At (inquit) quæ peccare valet, valet & succũbere pœnæ. Si quis plura volet de hoc igne proloqui, legat Chrysost. libro de reparatione lapsi. Prosperum cap. 12. lib. 3. de vita contẽplatiua. Efram lib. de pœnitentia cap. 7.

Porrò quod ignem diabolo paratum Christus vocat æternum, error Origenistarum deprehenditur, qui & dæmones & impios aliquando

Obseruatio doctrinæ.

quando saluandos, & de abysso ascensuros dixerunt. August. lib. 22. de ciuit. Dei, cap. 17. Et de fide & operibus cap. 15. Tertullianus lib. de resurrect. carnis. Num. 43. ex sententia Esaiæ, duplex iudiciũ statuit, illis scilicet ad vitam, aliis verò ad interitum: agens in eos qui duplicem carnem ex hoc Esayæ dicto colligebant, omnis caro fenum: &, videbit omnis caro salutare Dei. Esa. 40. quod exitus & non substantias distinxerit. Qui volet plura de hoc igne proloqui, legat August. lib. de ciu. d. Et Prosper. cap. 12. lib. 3. de vita contemplatiua & Chrysost. lib. de reparat. lapsi.

FERIA III. POST PRIMAM Dominicam quadragesimæ.

Euangelium habetur Matth. 21. Marc. 11. & Luc. 19.

Cùm intrasset Iesus Hierosolymam, commota est vniuersa ciuitas, &c.

Introduct. in Euang.

VT alia atque alia est proteruæ iuuentutis atque maturæ Senectutis conditio: ita & Christi, & eorum qui Christo aduersantur. Matura quidem

Interpret. & obseruat. morum.

Cùm intrasset Iesus Hierosolymam.

PRimò vt exinde terminãda legalia hĩc exiẽs, doceret, Hebr. 13. 2. Vt sese morti offerret, (Esa. 53.) victimã Paschalẽ. 3. Vt doceret quanto affectu prædicandum sit

Interpret.& obseru. morum.

verbum Dei, & professio fidei asserenda, etiam in vrbe hostili. Ioã. 11. Esa. 40. Ecce enim nec Helyas, 3. Reg. 17. & 18. & Eccle. 46. Nec Ioãnes Marc. 6. nec Christus ipse hostes suos tentare desinunt, num verbum Dei sint audituri. Vtinam & nunc Ecclesiam, quæ vt Hierusalem edificatur intret, in ea habitet & prædicet, Siquidẽ & in ea offertur Mart. ad Burdeg. & vt non reliquit Hierusalem absque Propheta, alioquin venit ipse in districtissimo periculo: Sic prouideat ex nobis viros sapiẽtes, Exod. 18. Doctores, Ephes. 4. Et vt ciuitati grandi Niniuæ Ioñã: & Babyloni Danielẽ: sic Ecclesiæ suæ prædicatores pios designet.

Commota est vniuersa ciuitas.

Meritò sanè commouebantur videntes rem mirabilem. Homo enim laudabatur quasi Deus: sed Deus laudabatur in homine, Chrysost. hom. 21. in Matth. Diuersa tamẽ de Christo opinionum ratio huius cõmotionis causa est. Vnde enim cõmouetur vera Hierosolyma Ecclesia, nisi ex varietate dogmatum? Vnde Petrus nisi à Simone Romæ, vt ait Abd. lib. 1. historiæ. Apost. Immo omnis Ecclesia, nisi ab Arrianis, Nouatianis, Apollinarib⁹, Macedonianis, Manichæis & cæteris eiusmodi opinione variãtibus, vexatur? Vnde hæc ꝓdeãt docẽt Tertull. l. de præscript. cõtra hær. & Ireneus l. 3. c. 1. 2. 3. 4. Porro vt hæc Hierosolymorũ cõmotio in præconiũ est futurę eorum

Introduct. in Euang.

senectus sat cito quidẽ, quia sat bene. Et vt olim de fabro maximo cecinit Ennius quas Annibalẽ iuueniliter exultantem, patientia sua molliebat. Vnde & cunctando restituit rem: Nõ ponebat enim rumores ante salutem. Ita maturus Christus, nihil proterue adort⁹ est, sed cõiecto in se & pro se rumore, aduersarios suos contemnens, tandem eorum inuidiam etiam puerorum cantu deuicit, vt in hodierno habetur Euangelio. Contigit autem hoc Christo factum anno ætatis eius 33. mense 2. die vigesima quinta, quæ fuit vigesima Martij: cùm à Bethania suscitato Lazaro Hierusalem ascendisset, paulo ante passionem suam, ingenti & præcedentium & subsequẽtium inbolo exceptus. Intendebat vero omniũ in se excitare animos, vt ex admiratione ad inquisitionem, demum ad fidem prouocarentur.

Summa.

Tria igitur hoc in Euãge-

Obseruatio doctrinæ.

lio panduntur, primo, eius in Hierusalẽ ingressus: 2. potẽtia in eijciendis vendentibus & emẽtibus. 3. sapiẽtia, quia Iudæorum murmur & verbis & factis compescuit.

Obseruatio doctrinæ.

Quod autẽ Christo Hierusalem ingrediente cõmouetur vniuersa ciuitas, dicẽs: Quis est hic? Orig. hom. 15. in Matt. torquet ad mysterium in cælesti Hierusalem completum: Secundum quod (ait) fuerat prophetatum in Psalmo de ascẽsione ipsius, & de admiratione virtutum cælestium propter nouum vehiculũ corporis eius. Habet autem ita, Tollite portas principes vestras, & introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? Et in Esaia similia quædam prædicuntur de reditu eius post passionem in cælo, hoc modo: Quis est iste qui venit de Edom, rubra vestimenta habens ex Bosor, iste formosus in stola? Esaiæ 63. Venit enim dominus ad portas cæ-

Interpret.& obseruat. morum.

rum cladis, quod Christo nõ crediderunt: discamus pacati esse ab hæresibus. Quid enim cõmotiones hę, nisi ruinam prænunciant? sic Ioseph. lib. 20. antiquit. refert sub Nerone Felice Iudęæ prę̃sidẽte, seditionem pontificũ in sacerdotes, eorum cladis prænunciã fuisse. Quid verò, nisi schismata, Israelẽ à Iuda segregauit, demũq; captiuitati mãcipauit? Sed de his fusius dominica tertia quadragesimæ. Dicens, Alij enim Helyã, alij Hieremiã, aut vnũ ex Prophetis: alij, qa bonus est: alii, quia seducit turbas asserebãt. Matt. 16. Quis est hic? Adeo eorũ infidelitas alludit ad primã illam patrũ suorũ vocẽ Mãhu, qd est hoc? cũ de Mãnę dono dissiderẽt. Exod. 16. Habet quoq; vĩ dictio (hic.) Quasi diceret eũ abiecto vultu & vestitu, immò & parentibus, qui tamẽ plurimi estimatur. Atqui fidelis nihil hæsitat, Iaco. 1. sed credit quia est. Heb. 11. Quid igitur tot quæstiões à prophanis hominibus in Christũ excitãtur? vt si de Eucharistia & ceteris sacramẽtis, siue de prælaturis disseritur, Quid hoc, aiunt? adeo semper ignata infidelitas. 1 Tim. 1. Matt. 15. Act. vltim. 1. Cor. 1. Sẽper enim quærit. 1. Tim. 4. Populi autem dicebant. Sic vt asina Prophetam, Nu. 22. ita rudis populus sapiẽtes & Scribas instruit. Nimirũ hoc loco docet Euãgelista ꝓnõ multi nobiles, nõ multi sapiẽtes. Nos excusationẽ nostræ infidelitatis à prĩcipũ vitii

Interpretat. & obseruat. morum.

petamus: vt prohibuit Valentinianus literis quas ad Orientis episcopos misit. Nicepho. lib. 11. cap. 30.

Obserua populum prius audiuisse verbum & credidisse, quàm principes, in Apostolis electis, in Christianis occultis & afflictis sub Nerone, Diocletiano, Traiano, Maximino, Iuliano, Valēte, Valētiniano, Arcadio, &c. Adeo vt populi, suo pastore sæpius destituti, ne fletus quidem suos pandere magnatibus possent, immò pandentibus pœna irrogaretur.

Hic est Iesus.

A nomine eum nuncupant: vnde scilicet magis eius munus explicare possunt, quàm nomine? Iesus quippe, vt docet Cyrillus Hierosoly. catech. 10. apud Hebræos saluatorem significat: lingua vero Græca medicum. An non quoque hic saluator. Matth. 1. Ioan. 3. Apoca. 1. necnon & animarum medicus, qui dixit paralytico Marc. 9. Remittūtur tibi peccata tua? Quidam olim Christum confitebantur, Iesum autem negabant. Nimirum Marcionitæ, alium Christum & alium Iesum faciētes, vt docet. Tertull. lib. de carne Christi ad finē. Et nunc sanè nescio quid nostros apud Franciam commouit hæreticos, in solo Christo & non sic in Iesu gloriari. Dominum quoq; nō Iesum, sed Christū sic nūcupare, quasi Iesum aspernentur.

Propheta.

Hoc vt mirū omnium adducūt, quod à captiuitatis Babylonicæ reductione pauci, & à Zoro-

babele

Obseruatio doctrinæ.

lestes. (ait Hypolitus orat. in psalmum 23.) Angeli vna cum eo incedunt: sunt autem portæ cælorum clausæ, quas Christus nōdum ascendit. Vt ergo videtur à cælestibus potestatibus caro ascendens, dicitur, Attollite portas, &c. Quis est iste, &c. Nazareus fuit Christus cōceptione, educatione, & frequētiori habitatione. Porrò Nazareth oppidum est Galileæ inferioris, prope mōtem Thabor, in quo dominus gloriosè trāsfiguratus est, ad duo milliaria in colle quodam huic monti opposito situm. Hinc quia ignobile habebatur Iudæis omnia è carnis sententia discernentes, è Nazareth inquiebant, potest aliquid boni esse? At neq; vocis significationem, neque typū, nec prophetiam attendebāt. Nazareus enim, vt docet Gregor. Nanz. monodia in vitam Basilij, idē quod is qui dei cultui dicatus est: consecratus quippè Græcis Nazareus dicitur. Vt verò Iesus, Christus vocatur, quod eum Deus vnxerit Act. 10. Esa. 61. Luc. 4. & caput super omnem Ecclesiam, constituerit & consecrauerit sacerdotem: ita Nazareus propriè nuncupandus est. Secundò huc accedunt Prophetiæ Genes. 49. d. Deuteron. 33. b. Matth. 3. d. quæ Nazareum Christum appellant. Tertiò Typus quoque habitus in Samsone Iudic. 13. a & 16. d. Idem demonstrat Tertull. lib. 4. in Marc. Pereat igitur Iulianus Apostata qui dedecori futurum hoc Christi nomen putauit, cùm Christianos Galilæos & Nazarenos vocauit: iisdémque vocibus Christo illudere se credidit, vt cū sanguinem diffluentem excipiens, morte etiā proxima, manu in sublime proiecta, eructauit hanc blasphemiā, Saturare Nazarene: & Galilæe vicisti. Niceph. lib. 10. cap. 25. & histor. tripar. lib. 6. cap. 47. Tēplorum ædificationē nedū tabernaculū fixū à Mose, cuius exēplar habuit

Obseruatio doctrinæ.

Interpretat. & obseruat. morum.

babele nulli ad Ioannē & Christum vsq; Prophetę intercesserīt Theod. in 12. minores Prophetas, & Hieronymus ad Paulinum. Cōsiderāt verò Christū miracula facientē vt Helyas prædicantē & futura prænuntiantē, austerū quoq; vt ceteri oēs, Hinc est quod Prophetā eū vocant. Dixerunt Iudæi Christū Prophetā esse à Nazaret: nos quoq; Prophetā eū esse, de quo Moses Deut. 38. prædixit: immò & è Nazareth inuitis Pharisæis, qui hinc nullū Prophetā oriūdū ausi sunt dicere, Ioā. 7. profitebimur.

à Nazareth Galileæ.

Regionē & oppidū designāt: nō tamen è Bethleem eum esse dicūt, licet ibi natus sit, ignara enim erat eius rei turba, certa verò ex frequēti rumore in Nazareth eū nutritū, & hīc eius parētes esse, è Nazareth Galileę nūcupat. Exēplo sint isti populo Christiano, ne tyrānide principatuum à Christi cōfessione reuocētur: Si enim tacuerint, lapides clamabūt. Videāt quid Christ° Matth. 10. admoneat. Si licet (Act. 12.) magis parere Deo q̄ hominibus? Nolite timere pusillus grex: capilli enim capitis vestri omnes numerati sunt. Si enim adamantina & incorruptibilia nobis essēt corpora, neq; scorpios, neq; serpētes, neq; ignē timeremus. Chrysost. aduersus Gētiles, & in Babylam martyrem.

Et intrauit Iesus in tēplū Dei.

Primò, vt illud à patre institutū approbaret. 2. Vt boni filij mores ex-

Universidad de Deusto Biblioteca

Interpret.& obseruat.morum.

primeret, qui ad domum currat Patris, & illi honorem reddat vt ait Chrysost.hom.31.in Matth.3.Vt tẽplum tandẽ deserens,facto simul & verbis desolandum illud insinuet. Matt.24. Vnde nec reparari vnquã potuit,etiã Iuliano,Gręcis& Iudæis ad hoc nitẽtib⁹:quod ignis de cælo missus sit, & terræmotus excitatus. 4. Instar quoq; boni medici,tẽplũ ingreditur ad originẽ ægritudinis Iudaicę intendẽs,à qua illud expurgare venerat:quę hæc?Auaritia,Symonia, Hypocrisis, Ambitio,de q-b⁹ Matt.23.1.ergo,Quid vetat quin Chri exẽplo tẽplũ oraturi adeam⁹? En in circo quidẽ culmine, q̃ à cæli hũc iniuria muniat,nõ superposito, cõplures large imbrib⁹ decidẽtib⁹, & vẽto aquã in ora sufflãte stãt insani,& in frigore pluuiaq; viæ ꝓlixitatẽ paruipẽdũt:neq;quicquã eos vel domi cõtinet, vel illũ adire vetat. Ad Ecclesiã verò quomin⁹ eam⁹ pluuia nobis atq; lutũ impediměto est?Sed & Chri exẽplo q̃ ꝓfectã reformationẽ edunt. 1. Ecclesiasticos purgẽt:vt enĩ à tẽplo, ceu tẽpli ministris oẽ bonũ ꝓcedit,vt à radice, capite, scaturigine, & corde:ita ab eo oẽmalũ,si deprauatũ fuerit,emanat in populum. Et eijciebat vẽdentes & ementes in templo.

Nimirum cùm in tẽplo innumerabiles offerrẽtur hostię,populo ex omnibus locis cõfluẽte,ditiores verò tauros& agnos,pauperiores turtures & columbas in tẽplum asportarẽt:

Obseruatio doctrinæ.

in monte,Hebræorum 9. aut templum à Salomone constructum & dedicatum 3. Regum 7. & 8. reparatum sub Zorobabel à Iesu sacerdote.1. Esdras 5. & repurgatum sub Iuda Machabeo,tantum confirmat:sed& id Christi factũ quod Euãgelica nostra lectio narrat,dilucidat. Immo cur obstrepit hæreticus Christum non decuisse locorum ad orationem & prædicationem selectum: cùm adeo in eos hodiernum militet Euangeliũ, idẽ quoq; suo ipse facto docuerit? Ecce enim cùm noui testamẽti sacramentum in cœna exhiberet,locũ selegit in monte Syon Matth.26.Luc. 23.in quo discipuli manserunt ad vsque Penthecosten, vt aperit Niceph.l.1.c.24.Vnde à Cyrillo Hierosoly.catech.16.superior Apostolorum Ecclesia vocatur,in qua liturgiam celebrarunt, vt docet Proclus l. de liturgia.Mattheus quoque in Ægypto,Ioannes Ephesi. Bartholomeus in India templa

Obseruatio doctrinæ.

pla ædificarunt, vt testatur Abdias illis contemporaneus, libris suis de Apostolica historia. Hinc Iuliani reprobatio dignoscitur, quod Mame martyri templum erigere non potuit: (historia tripartita lib. 8.cap.3.) vt olim nec viro sanguinum Dauidi ædem Deo sacrã ædificare licuit. Hoc facto Christus docet negotiationẽ quandoque illicitam esse. Primo, quibusdã personis, vt clericis.2.Tim.2. Nemo enim militans Deo implicat se negotiis secularibus. Ibidem habetur extra,ne clerici vel monachi negotiis secularibus se immisceãt cap.multa.2.Diebus festis.Exod.20.opus seruile non facietis in eo. Leuitic.16. Sabbatum requietionis vocatur. Numer. 15. Qui collegit ligna in sabbato, lapidatus est. 2. Esdras 13. torcularia calcare prohibetur. Et diuus Basilius tomo 2.lib. regularum fusius disputatarum, interrog. 40. ex hac vendenterpretat.& obseruat.morum.

tarẽt:ne qua de lõge veniẽtibus excusatio esset,strophavsi sacerdotes, & nummularios pecunias nõ habẽtibus,& vẽdẽtes animalia carẽtib⁹, his quæ offerri licebat, ad tẽpli vestibulũ statuerãt:qui ad vsuram cõmodarent omnibus.Vtrosque autẽ, vendentes nimirũ &ementes eijcit: Quia quicunq; de rebus Ecclesiasticis negotiãtur,siue vendant, siue emant,pari pœnæ subiacẽt:vt aperit ex hoc loco Greg.hom.13.Et refertur 1.q.3.c.Vendentes& emẽtes. & mẽsas nummulariorũ & cathedras vendentium columbas euertit. Ita omnem vsurã,etiã quæ per cõmutationẽ fit,maximè ab Ecclesiasticis abdicabat: & si quidẽ omnibus prohibeatur.Leu.25.44. Apostolorũ quo hæc habẽtur.Episcop⁹,aut præsbyter,aut diaconus vsuras à debitorib⁹ exigẽs,aut desinat aut deponatur.Idẽ sonat canon 17. cõcilij Nicen.& canõ 4. conc. Laodicẽ.Greg.19.l.Moral.c. 25. in Iob c.28.& c.20.conc.Elibertani habetur.Quod si quis clericorũ detect⁹ fuerit vsuras accipere, placuit degradari & abstinere. Libet hic in prælatorũ auaritiã Bernardi verba inserere.Quẽ dabis mihi de numero præpositorũ,qui nõ plus inuigilet subditorũ marsupiis euacuãdis, quàm vitiis extirpandis.Vbi qui orãdo flectat irã:qui prædicet anum placabilem domino? Leuiora loquimur, grauiora grauius manet iudicium. Sine causa tamen vel

Universidad de Deusto

Interpretat.& obseruat.morum.

his verbis, vel illis immoramur, qa nō audiunt nos: sed & si litteris forsitā mandētur, dedignabūtur legere: aut si forte legerint, mihi indignabūtur. Sanè dū illi tēpla despoliāt, & Christiani nō sunt, & sacrilegi tamē deprehēduntur, ait Tertul. lib. ad Scapulā. Adeo verò seuerus est dns invindicādis pastorū vitiis, vt nec istis substitutis nummulariis & mercatorib⁹ parceret. Quid igitur hodiernis facturus est? Potentes potēter tormenta patientur. Sap. 6. Ve illos manet Zachar. & Matt. 23. Methodius in suis reuelationib⁹ eis multa minatur horrida. Synesius epist. ad præsbyteros hæreticos trapezitas vocat. Et dixit eis, Scriptū est, domus mea domus orationis vocabitur. Hîc tātū licebat offerre ad illi⁹ partē captiuos adorare, & in eā quotannis venire. Ascēdit quoq; Ioānes cū Petro oraturus, in eo quoq; testimoniū ferūt Apostoli. Immò & Iacobus laminā aureā gestasse perhibetur à Polycrate. Euseb. hist. Eccl. l. 2. c. 23. & Epiphanius hæresibus 25. c. 78. Excādescit Chrysost. hom. de Ecclesia nō contemnēda, in eos qui in tēplo mulierū pulchritudinē, nō autē Deū attēdunt. Lupanar (ait) tibi videtur Ecclesia, & foro ipso despicabilior! Hîc igitur oremus, vbi orationis locus est. Vos autē fecistis illam spelunca latronum.

Obseruatio doctrinæ.

tium à Christo eiectione nundinationes in celebritatibus sanctorum, Christianos dedecere docet. 3. In loco sacro illicita negotiatio, vt ibidē docet Basilius. Et Zach. 14. dicitur. Non erit mercator in domo domini, & 2. Cor. 6. Quæ enim societas Christi ad Belial? Matth. 13. Rationem hic Christus reddit. 4. Negotiari de rebus Deo consecratis non licet, vt docet Prosper. Æquitan. lib. 2. de vita cōtemplatiua c. 9. Nec vendere præbēdas, aut altaria. 1. q. 3. canone Quæsitum est. Nec prioratus, aut decanatus, sed nec promotionē, aut quodlibet sacramentum, vt patet ex Innocentio secundo can. Si quis præbendas. Sūntque alij ad id confirmandum canones quæst. 3. 2. & 1. Vnde non possumus non detestari quod principes, sacerdotia, mercede conferant: sicut olim Iustinus Imperator Iustiniani ex sorore nepos fecitauit. Nicephorus lib. 17. cap. 33. De loco orationis vberius in in Neo-

Vt qui sub prætextu sacerdotij & sacri-

Obseruatio doctrinæ.

Neochristianos feria quinta post quartam dominicam disseremus.

Interpretat.& obseruat.morum.

sacrificiorum q. sub opaco specu cupiditatem vestram ocultetis, quæ tamen è tenebris in lucem prodibit. Adeo magnates se excusatos putāt, cùm dignitates suas obtendunt in licentiam ad omne vitij genus effrenem, vt se peccare non putēt, quos tamen grauius iudicat Deus. Vide & tu (ait Theophilac. in Matth.) ne fortè templum Dei, cogitationem tuam facias spelunca latronum dæmoniorum. Fit autem si habuerimus cogitationes carnalibus rebus amicas, vendentes & ementes spiritualia dogmata.

Obseruatio doctrinæ.

Dignitas sacerdotalis maxima est, vt docet Chrysost. lib. 3. de sacerd. cap. 6. Immò præstantiores nouæ legis sacerdotes, his qui vetus testamentum concomitati sunt. Nam illi nec corporalē quidem potuerunt propulsare mortem: hi verò laborantem & perituram animam saluauerunt frequenter. Gregorius Nazianz. in concionibus ad Episcopos: animarum custodes, sacerdotes vocat. Origenes homil. 2. in Psal. 37. sacerdotem ministrum quo in curādo Deus vtitur, nuncupat. Sanat ille cæcos hæreticos per scientiam, claudos quoque, & illis quodammodo fauētes, necnon omnes qui

Interpret.& obseru.morum.

Et accesserunt ad eum cæci & claudi in tēplo, & sanauit eos. 1. Sanat ægrotos vt factis contestetur in obmurmurātes Pharisæos se saluatorem aduenisse, eum, scilicet de quo Matthæus meminit Zachar. 13. prædictum, Ecce rex tuus venit tibi, &c. 2. Vt doceat templi ministrorum opus esse animas languentes sanare: verbo si quid difficile & ambiguum fuerit, Deut. 17. Labia enim sacerdotis, custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius. 2. & sacramentorum administratione. Nam Tertullian. lib. de pœnitētia exomologesin cauterio, & medicamento pœnitētiam comparat. Immò sacramenta medicamenta sunt, quę vulneribus lāguentis hominis, stabularius applicat, Luc. 10. 3. In templo oblatos sibi infirmos curat (ait Remigius) quod homines non nisi in Ecclesia sanari possunt: cui data est potestas ligandi atque soluendi. Porrò vt accesserunt ægroti ad Iesum, ita & nos ad

Universidad de Deusto Biblioteca

Obseruatio doctrinæ. *Interpret. & obseruat. morum.*

fragiles sunt per confirmationis gratiam. Aut cæcos, id est, omnes peccatores illuminat per baptismum, & pœnitentiam, Ioan. 20. & 1. ipsum & prælatos Ecclesiæ illius properare oportet. Non ergo dixeris (ait Cyrillus Hierosoly. catech. 2.) scortationem & adulteriũ commisi, grauia patraui scelera, ídque non semel sed frequentissime: Nunquid condonabit? Nunquid obliuiscetur? Audi quid dicat Psaltes, Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine! Non vincunt tua peccata multitudinem miserationum Dei. Non superant vulnera tua summi illius medici experientiam, fidelem modò teipsum prębeas. Edissere medico infirmitatem tuam, &c. Vide verò astutiam dæmonis qui è nobis quosdam sibi ad hæreses lucratus, eos iuramẽtis astringit, ne nostras repetant Ecclesias, animabus suis remedia percepturi.

Videntes autem principes Pharisæorum & Scribæ mirabilia quæ fecit.

Excandescunt in irefragabilibus virtutis Christi testimoniis. Vident enim opera, audiunt & omnium voces, Luc. 4. Virtus de illo exibat, & sanabat omnes. En verò cordis humani duriciem. Poterat enim Christus feras demulcere, qui morbis & dæmoniis imperabat sibi obedientibus: nec tamen Pharisæorum animos emollire potuit.

Et pueros in templo clamantes, Osanna filio Dauid.

Quam vocem ab ingressu eius in Hierusalem, ad vsque templum produxerunt. Quasi dicerent, Salus nobis obueniat à Christo filio Dauid. Osanna enim, idem quod salua vtinam. Quo clamore, complendam per Christum in proximo redemptionem prænunciabant.

Indignati sunt & dixerunt ei, Audis quid isti dicunt?

Interpellant illum (ait Theophilus) quod sinat de se dici quæ soli Deo debentur: aut quod illi vt fatuo opprobrio, ducunt puerorum cantus.

Iesus autem dixit eis, Vtique audiui. Nunquam legistis quia ex ore infantium & lactantium perfecisti laudem?

Quasi dicat (iuxta Chrysosto.) Nunquid mea culpa est quia ante tot millia annorum hoc futurum Propheta prędixit? Psalm. 8. hæc verba habentur. Infantes verò, non tam ætate quàm ma-

Interpretatio & obseruatio morum.

litia. Et lactantes, de quibus Apostolus, Tanquam paruulis lac potum dedi vobis, intelligendi sunt. Perficitur autem laus: quia corde simplici & humili effertur. Vt August. in Psalm. 8. interpretatur. Hesichius lib. 4. in Leuiticum ex hac puerorum cantione colligit: eum qui discere desiderat, etiam indoctorum dicta despicere non debere. Dei enim est (ait) id quod dicimus: qui vbi vult inspirat (Ioan. 3.) & qui pueris vel pigris hominibus, nimísque imperitis maiora sæpe quàm Prophetis reuelat. Nemínem ergo despiciamus.

Et relictis illis abiit foras in Bethaniam.

Exit eadem ratione qua dimidium Prophetiæ subticuit, nimirum perfecisti laudem propter inimicos tuos. Non vult enim eos amplius irritare.

Et ibi docebat suos de regno Dei.

Hoc non habet Euangelista: additur verò ab Ecclesia, consequentium habita ratione. Refert enim Matthæus consequentibus cap. Christum multa suos affatum esse, antequam pateretur.

ORATIO.

DOmine sancte Pater, æterne Deus, cuius vnigenitus filius in templum Ierosolymitanum ingressus, vendentes & ementes eiecit, illúdque à nundinationibus purgauit, & in eo ægrotos omnes curauit: purifica quæsumus Ecclesiam tuam, & à prælatis eiúsque ministris omnem nũdinationem, simoniam, exactionem, auaritiam, & impietatem rescinde: Da gregibus tuis pastores qui eos doctrina & verbo pascant, qui sacramentorum ministerio, & exemplo suo errantes, ad viam salutis reducant, languidos sanitati restituant: vt omni labe peccati in iis sopita, populus hicce tuus, velut olim pueri, & lactantes tibi immensas gratias occinant, tandémque in beatitudinem illam cælestem euolare queant: Per dominum nostrum Iesum Christum, &c. Amen.

Universidad de Deusto Biblioteca

FERIA 4. POST PRIMAM DOMINICAM QVADRAGESIMÆ.

Euangelium habetur, Matth.12.

Accesserũt ad Iesum Scribæ & Pharisæi, &c.

Interpretat.& obseruat.morum.

1. VT insidiarentur: 2. caperẽt in sermone. 3. vt impleatur quod Iacob prædixerat, Genes.49. Symeon & Leui vasa iniquitatis bellantia. & Daniel. 13. à senioribus egressa est iniquitas.

dicentes, Magister.

1. Aut per assentationem magistrũ vocant. Sic Esai. 25. Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt. Aut per derisionem. Sic duo quinquagenarij Helyam hominem Dei vocabant. 4. reg. 1. Et milites Christum colaphis cedentes, Prophetisa (inquiunt Matt.27.) nobis Christe. 3. aut per fictionem quo eum facilius in sua retia pertrahãt. Sic Ioab vt Amasam nihil suspicantem occideret, 2.reg. 20. salue (inquit) mi frater. Sic Iudas, Matt. 26. e. Aue Rabbi. Mar.14.e. Luc.22. e.

volumus à te signum videre.

Primò, ambitionem & temeritatem suam celare non possunt: Aiunt enim, Volumus. quasi semper eorũ voluntati obsequendũ esset: & quisque eorũ, vt Christo superior, diceret, Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione

Introduct. in Euang.

SI quando corpus ægrũ fuerit, tum prodest ab alio similiter languente & curato, exemplũ sumere, vt quid illi tandem sit vtile intelligatur. Huius nimirum obseruationis regula Herodotus li.1.hist.qui dicitur Clio, asserit Babylonios olim consueuisse ægrotos in forũ deferre, vt is consulerent, ceu qui eundem morbum passi essent, ceu qui alium patientem vidissent: & iuxta obseruatam prius regulam, eos erigerent. Ita Christus Iudæos, immò omnes infideles, hæreticos, induratósque Christianos duobus exemplis Gẽtilium, qui tamen diuinam sapientiam amplexi sunt, quid facto opus sit monet, alioquin diuino terret iudicio.

Conti-

Introduct. in Euang.

Contigerunt hæc anno primo prædicationis Christi, ipsius verò ætatis 31. mense 11. die sexta Decembris prima, cùm ipso die in domo matris suæ apud Nazareth cæcum & mutum dæmoniacũ curasset, inuidentes verò Pharisæi virtutes has cacodæmoni tribuissent, ille autẽ eos refellisset. His enim peractis, accesserunt ad eum Scribæ et Pharisæi, vt in hodierno dicitur Euangelio.

Summa.

Tria porrò ad summũ exequitur. 1. duræ eorum cordis duritiam & increpat & detegit, vt experiatur velint ne pœnitentiam agere. 2. Obstinatorum reprobationem, Niniuitarum & Reginæ Saba præsignat. 3. suã demum deitatem in signo Ionæ insinuat.

Interpretat.& obseruat.morum.

ne voluntas. 2. Incredulitatem demum suam aperiunt, qui rursus signum quærunt, cùm nuper dæmoniacum sanatum, Matth.12. puerum Cẽturionis, Matth. 8. leprosum in montis decliuio, multósque alios curatos viderint. 3. Sed quærũt (vt vult Hieronym. in Matth. & Beda explicat) signum de cælo, vel in morem Helyæ ignem de sublimi venire. 3.reg.18. Vel vt olim sub Samuele & Mose, Exod.20. tempore æstiuo contra loci naturam mugire tonitrua, coruscare fulgura, imbres ruere: quasi non & hæc, sicut & cetera potentię Christi opera, calumniari possent. Chrysostomus hom. 30.oper.imperf. in Matth. obseruat infideles omnes Pharisæis similes esse, vt qui oraculis & omnibus testimoniis ab infidelitate sua nõ reuocentur, sed semper hæsitent. Similis est (inquit) natura infidelitatis, 1. terræ arenosæ, quæ quamuis pluuiam susceperit, tamen quia in se nullos tenet humores, semper adhuc aret. 2. Talis est & conditio febrium. Quantumuis biberint febricitantes, calore totum consummente, semper adhuc sitiunt. Sic & maligni homines quicquid boni viderint aut audierint, infidelitate totum consummente, quod vident aut audiunt, semper vacui sunt, tanquam qui nihil viderint, aut audierint.

Qui respondens ait illis.

Cùm illi conuitiarentur, mansuete Christus respondebat: cùm autem adularentur, seuere eos increpabat, vt se vtraque passione superiorem doceret. ait Chrysost.

Generatio mala.

1. Vtiquemala hæc generatio fuit vt quæ se in suum Deum ere-

Interpretatio & obseruatio morum.

xerit, eúmque reliquerit, Ierem. 27. Ne dereliquerunt, ait dominus, fontem aquæ viuę, Esa. 1. qui & Deum spreuerunt qui eos exaltarat. vnde Deut. 32. à Mose praua & adultera dicitur. 2. Mala quoque quæ legem, Synagogam, verámque scripturarum intelligentiam obscurare voluerit, quo nec Christus agnosceretur, ipsi verò liberius suis lucris & cupiditatibus indulgerent. Hinc enim est quod Ioannes ad eos clamabat, Luc. 3. Genimina viperarum, quis vos docuit cauere à ventura ira?

Interpret. & obseruat. morum.

& adultera, signum quærit.

1. Vt quæ à maiorum suorum virtutibus desciuerit, Ioan. 8. Si enim veri filij Abrahæ erant, cur non eius opera faciebant? 2. Quæ à prima fide, oraculis Prophetarum & Messię expectatione, sic se subtraheret, vt non populus electus, nec vinea domini diceretur. 3. Aut quod progenitores illorum etiam increduli & tentatores fuerint. Ait enim Dauid, Et non crediderunt in mirabilibus eius (Psal. 77.) Et Psal. 105. tentauerunt & exacerbauerũt Deum excelsum, quódque frequenti idololatriæ addicti fuissent. Euthymius.

& signum non dabitur ei.

1. Quia nõ ex fide quærebãt (Iac. 1.) Postulare autem debet omnis nihil hesitans. 2. Quod dolo signum exposcerent, vt sicut & cetera deluderent. 3. Quod nulla necessitas vrgeret miraculum fieri. 4. Vel se de cęlo eis signum daturum esse negat, (ait Rabanus.) Porrò, vt Christus Pharisæos adulteros vocat, ita & nos

Obseruatio doctrinæ.

Hesichius li. 6. in Leuitic. cap. 20. Quantum (inquit) sensibile adulterium malum est, tãtum est intelligibile deterius. Nam illi carni, hi autem spiritui cõtumeliam faciunt: & hi homini, illi autem ipsi Deo: de quibus Oseæ cap. 7. dixit, Omnes adulterantes quasi clibanus succensus à coquente corde suo. Adulteriũ intelligibile accusans: ab omni enim populo Iudæorum hoc committebatur, corrumpente legem, legísque dogmata. Vvuicleph miracula detestatus est etiã in Ecclesia Dei (ait Thomas Vvalden, titul. 14. sacram. cap. 124.) Hoc vtique sicut & Mahometus, qui quod miracula edere non potuit, ea depra-

Obseruatio doctrinæ.

deprauauit: & sicut Achã signo credere noluit, ne idola sua relinqueret, ita ne hæreses suas abrenunciaret, si penitus miracula olim facta in Dei Ecclesia inspiceret, ea penitus abiecit, Esa. 7. Cur nũc vt olim nõ sint necessaria miracula. Aug. lib. 22. de ciu. Dei, c. 8. Possem quidẽ (inquit) dicere necessaria fuisse priusquã crederet mundus, ad hoc vt crederet mundus. 2. Nec (ait idem tom. 2. lib. 1. retract. ca. 13.) ista in nostra tempora durare permissa sunt, ne anima semper visibilia quæreret, vt & eorum consuetudine frigesceret genus humanũ, quorũ nouitate flagrauit. Idem refertur lib. de vera religione ca. 24. 3. Aliam reddit rationem tom. 6. lib. contra Manich. cap. 16. nimirum quia non mouerent, nisi mira essent: At si solita essent, mira non essent. Quod probat diei & noctis annique quadrifariæ cõuersionis argumẽto: quæ etsi mira sint, ea tamẽ sentiendi

Interpretat. & obseruat. morum.

nos hæreticos. Tertull. lib. de præscript. in hæreticos. insigniores, inquit, & frequentiores adulteros veritatis nominamus. Idem confirmat Optatus li. 4. in Donatist. quod (canticorum 6. cap.) vna sit dilecta sponsa & columba Ecclesiæ: ceteræ adulteræ, vt quæ doctrinas peregrinas sequantur. Quemadmodum quoque signo Iudæos indignos esse docet Christus, ita indignus est signo, & pœna dignus qui praua intentione Deum tẽtat: & quasi signa petens Christo infert opprobria. Eo modo Iulianus auunculus Apostatæ, Alexandriæ præfectus, cum Fælice & Elpidio quæstoribus imperialibus comitãtibus, magnum Antiochiæ templum diriperet, quod sacris vasis terræ illisis insedisset, in sacram quoque mensam minxisset, visceribus putrefactis interiit. Et felix vna ex interioribus eius venis maxima disrupta, vnà cum sanguine iam deficiente, simul animam euomuit. Elpidius quoque eodem mortis genere quo Iulianus, decessit. Nicephor. lib. 10. histor. Eccles. cap. 29. Et histor. tripart. lib. 6. cap. 32. Sic Optatus Mileuitan. lib. 2. in Donatistas, refert à Donatistis proiectam canibus Eucharistiam: eos autem rabie accensos, ipsos dominos suos, vt latrones dilaniasse: proiectámque ab eis Chrismatis ampullam, manibus Angelicis subleuatam esse. Hæc signa impiis data sunt, sed in pœnam

Universidad de Deusto Biblioteca

Interpretat.& obseruat.morum.

& iudiciũ quale hîc dominus dandum Iudæis prædicit.

nisi signum Ionæ Prophetæ.

Quem Christi figuram gessisse his rationibus Petrus Chrysolog. serm.37. docet. Primò quod vt fugit à facie Dei, ita Christus vt hominis faciem præferret, & formam, sicut specie, à facie deitatis aufugisse videbatur, adeo se exinaniuit. Philip. 2. Quod vt Ionas descendit in Ioppen, ita Christus de cælo ad terram. 3. vt Ionas in nauim, ita Christus nauem Ecclesiæ nauigaturus ascendit. 4. vt statim venti & tempestates Ionæ, ita inimici Christo, Iudas, Pharisæi, & principes aduersati sunt.5. vt sorte Ionas missus in mare, ita iuxta prophetica oracula, Christus morti expositus est. 6. vtque Ionas auctor suæ demersionis extitit, ita Christus suam animam posuit,Ioan.10. & oblatus est,quia ipse voluit.Esa.53.

Sicut enim Ionas fuit in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus.

1. Vt sicut Ionas habuit exitum è ceto post triduum, quo signo fides fieret eum à Deo missum pręconem euersionis Niniuæ: sic & seruator habuit resurrectionem post triduũ, quo fides fieret, eum à Deo missum præconem regni cælorum. Hæc Iustinus in respõsio. ad Orthodoxos. 2. Nota synecdochen. Nec enim Christus tribus diebus fuit in sepulchro,

Obseruatio doctrinæ.

assiduitate contemnimus.

Habet tamen nunc etiam Ecclesia sua miracula: vt & Gregor. Nazianz. oratione 8.in laudem Basilij,miraculo adscribit quod Basilius prædicatione sua extorquere potuerit à ditioribus, vt eorum horrea aperirẽtur, & pauperes reficerentur. Externa enim miracula in signum esse infidelibus, non autem fidelibus concludit.

Cur verò Christus miracula facere denegat coram Iudæis, cùm miraculorum faciendorum tempus esset? Vt in eis non affectandã gloriam Christiano doceret,quis & his qui miracula edunt, & dæmonia eijciunt dicturus sit dominus,Nõ noui vos. Discedite à me operarij iniquitatis.Vt D. Athanassi. de vita Antonij Abbatis examinat. Nam quia hic nulla faciendi miraculi necessitas erat, iactantiam cauebat. Tertull.lib.de resurrect. carnis hinc argumentum ducit resurrectionis corporum,

Obseruatio doctrinæ.

porum,etiam quæ à piscibus deuorata sunt, quod Ionas incorruptus vtraque substãtia, carne, atque anima de aluo piscis euoluitur. Diuus Hieronymus Epistolar.parte 2. tract. 3.sermone in festo Paschæ,Ionam Christũ præfigurasse probat. 1. quod velut in magnam ciuitatem Niniuem diem salutis, & præfinitum iudicij tempus annunciauerit. 2. Quod nisi vt Ionas Christus morti exponatur, Ecclesiæ nauis non saluatur. 3. Quod vt nautæ dimissuri Ionam, non sibi eius mortem imputari postularunt,ita Pilatus Christi. 4.Et vt Ionas orauit, Tolle domine animam meam, ita Christus, Accipe spiritum meum.&,In manus tuas domine,&c. Cetera vberrimè ab eo examinantur. Ireneus lib.5.in hæreses his verbis domini, probat eius ad inferos descensum, quem & his auctoribus confirmat & verbis.Nunc(inquit)tribus diebus conuersatus est vbi erãt

Interpretat.& obseruat.morum.

pulchro,sed parte veneris,toto Sabbato, & parte dominicæ sequentis.

Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista.

1. Quia resurgent corpore. 2. Aut resurgent causa, qui cùm pœnitentiam egerint, sibi salutem thesaurizarunt.

Et condemnabunt eum, quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ.

Nimirum condemnatio hinc Iudæis erit,ex cõditionis illorum collatione cum Niniuitis,1.ratione generis. Quia Iudæi gens electa, cui Deus iudicia sua manifestauit. Niniuitæ Gẽtiles & Barbari.2.Ex parte prædicantis.Nam vnus Ionas incognitus & extraneus apud Niniuitas:apud Iudæos infiniti Prophetæ eiusdem nationis verba Dei habuerunt. 3. Ex parte prędicationis. Nam Ionas Niniue tribus tantum diebus concionatus est,Iudęis continua serie,modò Patriarchæ,modò Prophetæ, Iudices & sacerdotes. 4. Ionas in Niniue nullum miraculum edidit.Prophetæ apud Iudæos multa. 5. Effectus quoque eos condemnabit. Nimirum Niniuitæ crediderunt & pœnitentiam egerunt, ad vnius Ionæ vocem:& prædicauerunt ieiunium, & vestiti sunt saccis. Iudæi autem nec Prophetis,nec etiam Christo crediderunt, immò omnes Prophetas persecuti sunt. Idem nos Christus affatur, quod & Iudæos.

Universidad de Deusto Biblioteca

Interpret. & obseru. morum.

Etsi enim tot concionatores, Apostolos, martyres & doctores, post Prophetas & Christum etiam ipsum habuerimus, ne quidem adhuc vocē dominī audimus. Ideo s. Effrem lib. 1. de compunct. cordis cap. 1. Legentes, inquit non agnoscimus: & audientes nequaquam in aures nostras percipimus. Si aliquis conficiēs iter, homicidium perpetratum repente conspexerit, vultus eius illico immutatur, & cor eius pauore concutitur. Prophetas & Apostolos legimus interfectos, & risum proferimus. Et quid dico Prophetas & Apostolos? Ipsum dominum verbū patris, propter peccata nostra pependisse in ligno audiuimus & legimus: & elata ceruice contemnimus & ridemus! Toties admoniti sum⁹ verbo Dei vt pœnitētiā agam⁹ & negligim⁹. Ipsum immò Chrm & verbū eius contemnimus. Ideo tot mala nos obruunt. Non sum Propheta (ait Chrysost. homil. 5. ad populum) nec filius prophetæ: futurū tamen manifeste scio, & magna voce proclamo: quod si mutemur, & aliquam animæ nostræ curam geramus, & ab improbitate absistamus, nihil molestum ingruet & triste. Quod fusissime probat Niniuitarum exemplo.

Et ecce plusquam Ionas hic.

1. Ionas enim seruus erat, Christus dominus. 2. Ille è ceto egressus est, iste ab inferno. 3. Ille inuitus prædicauit, iste spōte. 4. Ille peregrinus

Obseruatio doctrinæ.

mortui, quemadmodum Prophetia de eo ait Psal. 87. & Zach. 9. Commemoratus est dominus sanctorum mortuorum suorum, eorum qui antè dormierunt in terram stipulationis, & descendit ad eos extrahere eos, et saluare eos. Et ipse dominus ait, Sicut Ionas fuit in vētre ceti, &c. Sed & Apostolus ait, Eph. 4. Ascendit autem: quid est, nisi quia & descendit in inferiores partes terræ? Hoc & Dauid in eum prophetans dixit, Eripuisti animā meā ex inferno inferiori, Psal. 29. a. 48. d. 5. c. hæc ille Gregorius quoque Nissenus Oratio. 1. de resurrectione Christi: per cor terræ, subterranea loca, quibus secundum animā Christus in triduo adfuerit interpretatur. Quomodo ergo Caluinus audet Christi ad inferos descensum negare? Quomodo & Niniuitæ, & regina Saba iudicatura est Iudæos, cùm Ioan. 5. dicatur, patrē omne filio iudicīū dedisse? Respondemus multiplex

Obseruatio doctrinæ.

plex esse iudicium, & in diuerso gradu considerandum. 1. Supremæ authoritatis Dei solius est: etiam & Christi, vt Deus est. 2. Supremi meriti, & præeminentiæ: hoc solius est Christi, vt homo est. 3. Approbationis & assessionis, quo omnes Angeli & sancti iudicabūt, Matth. 19. Luc. 22. Apocal. 2. 4. Testimonij, quo iusti stabūt in eos qui se angustiauerunt: cùm dixerint, Sol iustitiæ non illuxit nobis, Sap. 5. Sic & sermo meus quem locutus sum iudicabit, ait Christus, Ioan. 12. Sic enim lex reum, & prædicatio verbi peccatorem condemnat. 5. Comparationis: Sic homines dæmones iudicabunt, 1. Cor. 6. Et viri Niniuitæ & regina Saba Iudæos. De his iudicandi modis, August. Epistol. 49. Et libro de catechisandis rudibus ca. 21. Et magister sententiarum lib. 4. Distinct. 47.

Interpretat. & obseruat. morum.

grinus erat, iste cognatus secūdum carnem. 5. Ille submersionem prædicauit, iste regnum cælorum. 6. Ille nullum fecit signum, iste innumera. 7. De illo nemo prædixit, de isto omnes Prophetæ. 8. Præterea Niniuitæ barbari erant, Iudęi diuinis enutriti scripturis. 9. Et illi quidem à Iona nihil audierunt, prēter id tantum, Adhuc tres dies & Niniue subuertetur, & statim crediderunt: Isti verò variam à Christo ac profundissimam audierūt doctrinam, nec tamen crediderūt, immò persecuti sunt. Euthymius. Ex eo verò quod Christus male acceptus fuit à Iudæis, argumentum fuit eorum ruinæ. Proinde si quando videris pios rideri & abijci in ciuitate, argumentum eruere potes eius perditionis. Eccles. 10. Regnum à gente transfertur propter iniustitiam & calumnias. Sic Sodomorū excidij signum, fuit Loth iusti oppressio, Genes. 18. 1. Pet. 1. Item ad summum, vexatis Israelitis perditio Ægypti præparata fuit.

Regina Austri surget in iudicio, cum generatione ista, & condemnabit eam.

Id est, non tantum à Gentili populo, & numerosa Niniuitarum multitudine condemnabimini, sed & ab vnica muliere regina, quæ

Vt scribitur 3. Reg. 10. & 2. Paralyp. 9. de Sabea Metropoli re-

Interpretatio & obseruatio morum.

gionis Persicæ, venit Hierosolymam auditura sapientiam Salomonis. Dicitur autem regina Austri, quod ab Hierusalem Austrum versus, situm illius esset regnum. Ita tamen vt & in Orientem etiã porrigeretur. Surget in iudicio: primo corpore, 2. causa quomodo impij non dicuntur resurgere, Psalm. 1. Et condemnabit eam per comparationem. Nonnulli reginam istam ex Arabia venisse dicũt: alij ab Æthyopia, cuius metropolis est Merot, quam magni Cambysis soror ædificauit, de qua Strabo lib. 16. & Plinius lib. 2. cap. 73. Melior autem opinio est eam ab Æthyopia versus persidem sub meridie venisse.

Quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis. Et ecce plusquam Salomon hic.

Omnes circũstantiæ Iudæos condemnant. Nam 1. illa mulier, isti viri, sacerdotes & Scribæ. 2. illa Gentilis, isti Dei domestici. 3. illa regina multis irretita impedimentis, adeo vt suæ ditionis negotiis vix satisfacere queat, isti priuatis tantum coguntur officiis: 4. Illa tamen venit à terræ finibus, à regione nimirum quæ mare Persicum terminat, vbi se iũgit Oceano, isti in vicino sunt, immò & in sua ciuitate & templo velut domi habent quod audiant: 5. Illa venit vt audiret sapientiam Salomonis, quæ maximè rebus physicis innitebatur, isti ne quidem sapientiam diuinam Messiæ audire volunt: 6. & illa quidem cùm vitæ per multa itinera discrimine, & expensis multis, isti cum securitate & vtilitate. 7. Illa sola fama nominis Salomonis excitata, isti tot Prophetiis & promissionibus ad excipiendum Messiam inducti.

Et ecce plusquam Salomon hic.

Id est, hoc in loco vobis præsens, & non longe. 1. Salomon homo, iste Deus. 2. Salomon rex mortalis, iste cuius regni nõ erit finis: 3. Salomon successione humana, iste æternitate diuina. 4. Sapientiam à Deo accepit, iste Dei sapientia: 5. Salomõ peccator, qui & lasciuiæ sese illecebris inuoluit, iste est in cuius ore non inuentus est dolus: 6. Salomon tantum in Hierusalem, non in plateis regni Sabeæ parabolas suas edisserebat, hic in plateis vestris & templis dat vocem suam, Prouerb. 1.

1. En vt Christus inexcusabiles etiam nos doceat, si concionatores audire, & verbum illius, quod in propatulo nobis est, attendere contemnamus. 2. Vt nec quidem reges, reginas, aut magnates

Interpretatio & obseruatio morum.

gnates & cuiusuis conditionis viros, ab audiendo verbo excusset, istius exemplo, quæ patria relicta tot itinera confecit, vt vnicum Salomonem audiret.

ORATIO.

DOmine Pater omnipotens, cuius vnigenitus filius Iudæorum reprobationem & condemnationem, quod illum non admiserint prædixit, eósque à Niniuitis & regina Saba iudicandos admonuit: ne quæsumus permitte sic indurescere corda nostra, vt verbum tuum atque Euangelicam doctrinam contemnamus, sed quemadmodum regina Saba è finibus terræ audire venit sapientiam Salomonis, ita & nos ardentibus animis filium tuum, veram sapiẽtiam, concupiscamus: & sicut Niniuitæ statim prædicanti Ionæ crediderunt, & pœnitentiam egerunt, ita & nos pristina peccata nostra agnoscentes, cõtriti corde, in sacco, cinere, & ieiunio à te veniam postulemus: vt à te, Pater optime misericordiam adepti, tandem in æterna tua tabernacula euolare valeamus. Amen.

FERIA 5. POST PRIMAM DOMINICAM QVADRAGESIMÆ.

Euangelium habetur, Matth. 15.

Egressus Iesus secessit in partes Tyri & Sydonis, &c.

Introduct. in Euang.

Interpret. & obseruat. morum.

VT caput pro mẽbris, & dux pro suis militibus, Princeps pro subditis, pastor pro ouibus & vigilat, & curis afficitur: pari quoque

VNde secessit (ait Origenes tom. 1. in Matth.) nisi à Genesareth, de qua cap. 14. Et cùm transfretasset (inquit) venerunt in terram Genezareth?

In partes Tyri & Sydonis.

1. Quod verbum suum apud Iudęos

Universidad de Deusto Biblioteca

Interpretat. & obseruat. morum.

malè audire perspiceret, Ioã. 1. Act. 13. Ioan. 8. 2. vt Gẽtilium vocationem insinuaret. Osee 1. & 2. d. 1. Petri 2. b. Rom. 9. Porrò electio Gentium, & reprobatio Iudęorum, satis docet gratuitam Dei bonitatem, nullum autem esse fatum, quod vni electionem, alteri deiectionem imponat. Nec enim necessario sed liberè Deus eligit, qui est liberrima omnium causa. Nec necessario se flectit homo, sed liberè ducitur & instruitur ad beatitudinem, adeo vt nec coactus credat, nec coactus malum operetur, sed spontaneè. Quis enim coëgit Cayna sui appetit⁹ dominũ, Abelẽ occidere? Quis Abrahamum filium Deo mactare? Non enim inuitus ad hoc sacrificium trahebatur, sed volens & obediens ipsemet progrediebatur. Quis compulit Iudæos Christo aduersari, nisi sua ipsorum malitia? Inde ergo reprobantur, quia liberè fecerunt vnde reprobarentur. Ioan. 8. Prou. 1.

Porrò vtraque ciuitas in quam venit Christus, Gentium erat, Tyrus enim Metropolis fuit Chananæorum: quorum ditionem Sydon ab Aquilonari parte terminabat, (ait Remigius.) Plinius li. 5. cap. 19. Sydonem non multum à Carmelo distare, vitríque opificem fuisse: Tyrum verò olim insulam prçalto mari 700. passibus diuisam fuisse, nunc verò Alexandri oppugnantis operibus, continentem factam Conchilio atq; purpura nobilissimã describit.

Introduct. in Euang.

modo & Christus pro populo Gentili, & Chananæa pro filia sollicita est. Ille quidem vt instruat & saluet, ista vt suis precibus filiæ sanitatem impetret. Facta sunt hæc vbi dominus malè recipi vdit verbum suum in Iudæa, disputatione in Capernaum habita de cibo carnis suæ, & potu sanguinis sui, Pharisæorum quoque & Scribarũ detestata hypocrisi, & resoluta de lotione manuum quæstione, adeo vt scandalizarẽtur illius æmuli. Cõtigerũt hæc anno ætatis Xpi 32. mẽsis April. vt creditur, 25.

Summa.

1. Hoc aũt facto docetur Iesũ primùm venisse Iudæorũ saluti, demum verò Gẽtium. 3. fidei quoque. 4. deuotionis, & perseuerantiæ in Chananitide exẽplar exprimitur.

Obseruatio doctrinæ.

Obseruat Chrys. hom. 52. in Matthæum Christum primò obseruationem ciborũ, more Iudaico (Tertull. lib. de cibis Iudaicis) contemnendam esse docuisse,

bit.

Obseruatio doctrinæ.

docuisse, demum recto itinere ac ordine ad Gẽtes progressum esse. Sic enim Petrus inquit, cùm soluere has obseruationes iussus esset, tunc ad Cornelium missus fuit, Act. 10. b. c.

Oritur quoque hîc quæstio quî fiat quòd cùm dominus suos viã Gẽtũ adire prohibuerit, in fines tamen ipse cũ illis Tyri & Sidonis deuenerit. Soluunt porrò Chrysost. hom. 52. in Matth. Theophilactus, Euthymius, Druthinarus, Beda, primũ nõ omnino Christũ obseruationi eorũ, quæ præceperat, adstrictũ fuisse, 2. nec huc prædicaturũ, sed paululũ quietis insumpturũ venisse. Quid est verò quod Marcus dicit, dominum domũ aliquã ingressum esse: Matthæus verò refert Christo obuiã processisse Chananitidẽ, & post Apostolos clamasse? Aug. l. 2. decõs. Euãg. c. 49. soluit, dominũ quidẽ domũ vt lateret adiisse, nec tamẽ fieri potuisse, quin id circunstantes populi rescirent:

Interpretat. & obseruat. morum.

bit. Vtraque Phenicie vrbs extitit. Põpo. Mela de situ orbis l. 2. Diod. lib. 17. Curtius lib. 4. Iustin. lib. 18.

Et ecce mulier Chananæa à finibus illis egressa.

Omnia mira sunt: hinc est quòd, Ecce, ait Euãgelista, 1. Quia mulier est, non vir: hæc quæ à viro doceri debuerat. Vice versa, & viros Phenicis suo exemplo ad fidem inuitat, nõ minus quàm Samaritis, Ioan. 4. Samariæ incolas: & Iudæorum infidelitatem retundit. 2. Non illa Iudæa erat, vt Martha & Magdalena: sed Chananæa, è populo Israeli infensissimo. Ita infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia: & quæ stulta sunt mundi, vt confundat sapientes, 1. Cor. 1. d. Esa. 26. e. & 33. c. & Abd. 1. c. Obserua interim nullã apud Deũ sexus, aut nationis esse discretionẽ, sed vt ĩ figura veli Petrus edoctus est, Act. 10. in omni gẽte qui facit iustitiã Deo acceptũ fieri. Nõ enim acceptio est personarum apud Deũ Rom. 2. b. Eph. 6. b. Colos. 3. d. Nõ est in Christo aut mas aut fęmina, vt nec Græci à Iudęo distinctio. Quod à finib⁹ illis egreditur Christo obuiã, cordis deuotionẽ & alacritatẽ insinuat: quæ nec stertere in cubili aut domo, nec ab amicis mũdi huius reuocari nos permittat. Sic egreditur Abrahã sacrificaturus, Genes. 22. & Angelos excepturus, Gen. 18. Egreditur & Helyas è spelunca, loquentem dominum discreturus & auditurus. 3. reg. 19. Quod item

Interpretat. & obseruat. morum.

Idololatriæ fines Chananitidis egreditur, vt Christum adeat, docemur & vitia, proprióſque carnis affectus abdicare à nobis, vt ad Deum pia mēte progrediamur. Quæ enim conuentio Christi ad Belial? 1. Cor. 6. Vnde tu ad nuptias ſine veſte nuptiali? Peccatores Deus non audit, Ioan. 9. Accedamus ergo ad eũ plenitudine fidei, aſperſi corda à conſcientia mala, & abluti corpus aqua munda, Hebr. 10. d.

Clamauit. Clamore quoque, feruorem pietatis ſuæ inſinuat. Sic clamor Iſraelis, Exod. 3. Ionæ, Ion. 2. Et Stephani, Act. 7. c. deuotionis intenſionem ſignificat.

Miſerere mei fili Dauid.

,, Quis expediuit Pſittaco ſuum
,, Picámque docuit noſtra verba conari?

1. Perfecta vtique confeſſio: nam & dominum vocans Chriſti diuinitatem exprimit, qui dominatur poteſtati maris, cui etiam data eſt omnis poteſtas in cælo & in terra. 2. filium Dauid Chriſtum appellans, illius humanitatem & incarnationem exprimit, ex ſemine ſcilicet Dauid ſecundum carnē eſt. Eccleſ. 24. cap. Eſa. 11. a. Hier. 23. a. & 33. cap. Matth. 1. Luc. 1. d. & 20. g. Chryſoſt. homil. de Chananæa. 3. Officiũ quoque & munus quod acturus venerat, ſuccincte explicat dicēs, miſerere mei: vt qui venerat miſereri. Eſa. 61. a. Pſ. 84. a. 47. b. Eſa. 14. b. 33. a. Vnde ſępiʼ ſe turbę miſereri, Mat. 15. d. &

Obſeruatio doctrinæ.

hinc illam intro adoraſſe: demum eum egredeuntē mulierem hanc clamoribus proſecutam eſſe. Adeo vt quæ Matthæus omittit, Lucas ſupleat: quod Euangeliſtis eſt tritiſſimum. Obſeruāt Chryſoſtomus, hom. 52. in Matth. Theophil. Hieronymus, & Gloſa, fidem mulieris iſtius maiorem fide reguli, Io. 4. f. quod non dicat, Veni & ſana, ſed tantum miſerere: vt cuius miſericordia ſola, non autem neceſſario corporalis præſentia requiratur curandis animabus & corporibus.

2. Expendunt quoque eam nihil ex merito poſtulare, ſed ex mera ipſius bonitate. Non enim ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed per ſuā ſummam miſericordiam ſaluos nos fecit. Tit. 3. b. Miſericordia quippe domini quia non ſumus conſumpti.

3. Chryſoſtomus, homil. de Chananea prudentiam iſtius fæminæ examinat, quòd non ad diuinos aut magos perrexerit, non alligaturas

Obſeruatio doctrinæ.

gaturas quæſierit, non impoſtatrices mulieres adduxerit, quæ ſolent dæmones prouocare, & incantationibus ſuis vulnus augere. Nō vt Ochoſias ad Beelzebub, 4. Reg. 1. Saül ad Phitoniſſam. 1. Reg. 28. Iulianus in Spelæum, vt Gregorius Nazianz. orat. 2. in eundem docet, deſcenderit: ſed ad Ieſum verum lāguentium animarum medicum ſe contulerit. Hæc quippe omnia abijcit qui Chriſtū adire deſiderat. 26. quæſt. 2. Canon. Qui ſine ſaluatore & quæſt. 5. cap. Si quis Arriolos, & can. non licet Chriſtianis, & peruenit ad nos.

4. Non enim niſi diuina prouidentia morbi in homines cadunt, vt lib. 2. de prouidentia Dei docet Chryſoſtomus. Ideo à Deo medelā expoſcamus. 5. Vnde nec dæmon hominum corpora detinere poteſt, niſi Deo permittētę. Nec enim in porcorum gregem (ait Tertull. lib. de fuga in perſecutione) diaboli legio habuit poteſtatem, niſi eam

Interpretat. & obseruat. morum.

& Marc. 8. a Matt. 9. d. Nec miſſum eſſe aſſerit vt mundum iudicet, ſed ſoluet. Ioan. 3. & ſe in figura miſericordis Samaritani exprimit, Luc. 10. 4. Suam quoq; hac dictione abiectionem exprimit: quaſi dicat (ait Chryſoſt. homil. de Chananæa.) Non habeo conſciētiam bonorum operum, nec rectæ vitæ fiduciam. Ad miſericordiam confugio, vbi portus peccantium, vbi ceſſat iudicium, vbi ſalus adeſt. 4. mei, ait: Vt quæ ſibi dolorem filiæ imputet: immò tāto magis eo grauetur, quo inſana filia, mater animi eſt compos. Diſce ex hac Chananitide veram orationis formam, nimirū. Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines. quāto magis norma quedam Deum op. max. oraturis aſſignanda eſt? Auguſtin. vtiq; libro de ſermone domini in monte, in omni deprecatione cōciliandam eſſe eius quem exoramus beneuolentiā, demum quæ velimus, explicanda eſſe admonet. Vnde Tertull. lib. de oratione, Chriſtum à teſtimonio Dei & merito fidei ordiendam orationē docuiſſe obſeruat. Et hoc vtique eā agitāte ſpiritu ſancto, mulier Chananæa, ſequuta eſt. Siquidem primū quàm in Chriſtum fiduciā ſtatuat, quam fidem habeat aperit, demum cur venerit declarat. Sed (vt Gregorij Nyſſen. libro de oratione verbis vtar) video omnibus quidem rebus homines magis præſenti ætate ſtudere & incumbere, quàm orationi.

Interpretat. & obseruat. morum.

Negotiationi (inquit) diluculo institor incumbit, merces suas ementibus ante cæteros eundem quæstũ exercentes exhibere contẽdit. Emptor quoque ad venditionis locum currit. Ita qui discendi studium sectatur, literísque ac disciplinis liberalibus operam dat: ita litigator: ita iudex quisque, in id quod in manibus habet studio totus incũbẽs, obliuiscitur operam dare orationi, &c. Licet quoq; ne homũcionẽ quidẽ alloquamur, quin prius ea quæ prolaturi sum' cogitamus: Deũ tamen præcipitanter, nulla in eum fidei aut spei ratione habita, adimus. Ecce verò ista, non adfert filiam infirmam, sed defert fidem deuotam: hæc intra se conferens & dicẽs (ait Chrysost.) Deus est ad quem vado: Absentia videt, occulta inspicit, omnia nouit, sed & propterea carnẽ assumpsit, & homo factus est vt ei audeam loqui.

Filia mea malè à dæmonio vexatur.

Habẽt vim omnes hæ dictiones: 1. quòd filia est: vnde vt mater ei compati debeat. 2. quod (mea) inquit, & dilectione & origine. Sic enim ἀγαπητὴν Græci vnicè dilectam vocant, vt quæ forsan esset baculus senectutis. Thob. 4. Conditio igitur languentis, rem ipsam exaggerat. Sed & ratio morbi, vt quæ malè à dæmonio torqueatur, q.d. (iuxta Chrysost. hom. de Chananæa:) Vbi vadam? Quo pergam? In heremum ire non

Obseruatio doctrinæ.

de Deo impetrasset, tantum abest vt in oues Dei habeat. Possum dicere porcorum setas tunc apud Deum numeratas fuisse, nedum capillos sanctorũ. Quicquid etiam Iob passus est, Deo permittente (Iob 1.) passus est, ait Chrysost. lib. 2. de prouidẽtia. 6. Porrò Clemens lib. 4. recognit. ad Iacobum fratrem domini asserit Petrum, dum Tripoli conciaretur, ansam qua se dæmones hominum corporibus immergant, hinc sumi dixisse: aut quod mens obsessi ad impietatem declinauerit, aut corpus immoderatis cibis ac potibus impletum fuerit, tãquam per peccati propositum. 7. Tertullian. verò lib. de fuga in persec. aliquando licere diabolo in domesticos Dei non propria potestate, sed Dei permissu censet: hoc scilicet ex causis. 1. Aut ad probationem, vt in Iob. 2. aut ad reprobationem, vt in Saul 1. Reg. 16. 3. aut ad cohibitionem, vt in Paulum egit Sathanas 2. ad Cor. 12. b. 4. ad emen-

Obseruatio doctrinæ.

emendationem, vt Hermogenes & Phigelus Sathanæ traditi fuerunt, 1. Tim. 1.

Interpretat. & obseruat. morum.

ire non audeo, nec illam solam relinquere. In domo sedere non possum, quia intrinsecus est inimicus. Quo nomine eam dicam? Mortuã? sed mouetur. Viuam? sed nescit quid faciat. Si mortua esset, non talia pateretur. Tradidissem vtique corpus in sinum terræ, & tempore euoluto obliuionem malorũ haberem. Nũc autem mortuum habeo pertinax corpus, sine sensu viuum, spectaculum lamẽtabile. Cerno enim oculos eius trãsuersos, aspectum sanguinem, manus intortas, crinem dissolutũ, collum contortum, ora spumantia, inimicum incendentẽ & non apparentem: tortorem clausum & flagella resonantia: neminem interrogantem, & illam cum clamore eiulantẽ. Adsum sermocinatrix malorum meorum, præsto sum stimulante natura.

miserere mei, &c. Grande vtique dæmonium peccatum est, 1. cùm & id dæmoniorum nomine indicetur. Luc. 8. a & 16. b & 11. b 2. Qui demum peccatum facit, seruus diaboli cẽseatur. Ioã. 8. d. Obseruat igitur Chrysost. hom. de Chananæa, & Rabanus in Matth. Glosa quoque, posse vnumquemque nostrum Cananitidem istam imitari. Quod vt illi filia, sic nobis anima dæmonio languerit & torqueatur, cùm vndique in concupiscentias diaboli suggestionibus distrahitur: adeo vt sicut Marc. 5. legio dæmonum hominẽ in tam atroces furias redegit, vt omnia disrumperet: ita qui secundum concupiscẽtias ambulat & Dei legem, & timorem & reuerentiã pessundare nitatur. Dicito igitur & tu. Miserere animæ meæ, quia malè vexatur.

Obseruatio doctrinæ.

Quærunt nonnulli cur Matthæus referat discipulos dixisse, Clamat post nos: cum Marcus testetur, clamat ante nos, protulisse. Soluit Chrysostomus homil. de Chananæa, diuersos quidem

Interpretatio & obseruatio morum.

Qui non respondit ei verbum.

1. Non quod nollet eius filiæ mederi, sed quò occasionem scandali à Iudęis tolleret, ne dicerẽt eũ facilius couti Gẽtibus. Ioã. 4. 2. Vt & illius fides, modestia, & prudẽtia manifestaretur 3. & è diuerso Iudæis

Interpret.& obseruat.morum.

ostenderet qualem erga illos gereret affectum, cùm infirmos eorum semel tantum rogatus, immò nec semel quidem statim curabat, gentilium verò non ita. Euthymius in Matth. 4. vt discipulos ad miserendum excitaret. Exclamat hîc Chrysost. in homil. de Chananæa. O noua materies! Rogat mulier, obsecrat, deprecatur, deflet casum suũ, auget tragediam, enarrat passionẽ: & amator hominum non respõdet. Sermo tacet, fons clausus est, medicus medicamenta retinuit. Quid nouum? quid admirabile? Alios prouocas ad sequendum, & hanc miserabilem insequentẽ abigis. At perseuerantiam illius, in exemplũ suorum experiebatur, vt nõ statim despiceremus orantes, si id quod petimus cito non assequamur.

Et accedentes discipuli eius rogabant eum dicẽtes, Dimitte eam quia clamat post nos.

Beda hîc dicit Christum suos ad intercedendum pro muliere prouocasse. Hilarius quoque, Theophilactus & Euthymius hîc intercessionem Apostolorum astruunt. Nam quod hîc dicitur, rogabant (ait Euthymius) litera habet ἠρώτων: quod verbum, licet vt plurimum interrogare significet, interdum tamen significat deprecari. Nam & hoc loco Marcus eo vtitur, cùm de muliere loquens ait ἠρώτα, hoc est, deprecabatur eum vt dæmonium eijceret

à filia

Obseruatio doctrinæ.

esse sermones, sed vnam sententiam: vtrumque etiã mulierem fecisse in causa doloris. Prius post tergum clamabat, (inquit): & cùm vidisset quia non respondit, ante cucurrit, quasi canis domini vestigia lambens. Et si Deus liberalissimus sit, sciat quoq; quid nobis opus sit, Matth. 6. orari tamen vult à nobis: vt oratione testemur quantum illi deuincti sumus: vt qui omnia quæcumq; habemus, ab eo accipimus. Idcirco dominus Iesus qui misereri venerat, & memorari testamẽti sui sancti, Luc. 1. non semel tantum, sed bis & tertio à muliere exorari, immò & ab Apostolis pro ea deprecari voluit. Sic & nobis & aliis vtiles nostras apud eum orationes esse docebat. Orat enim mulier pro filia, & Apostoli pro muliere, in hoc pro inuicem nos orare debere, Iaco. 5. & nostram in proximum charitatem commendare demonstrãs. Idcirco omnes sancti qui de hac vita decesserunt

Obseruatio doctrinæ.

runt (ait Origen. homil. 3. in Can. canticorum) habentes adhuc charitatem erga eos qui in mundo sunt, dicuntur curam gerere salutis eorum, & iuuare eos precibus suis. Scriptum est namque in Machab. libris (2. Machab. 15.) Hic est Hieremias propheta Dei, qui semper orat pro populo. Hinc est quod Gregor. Nysse. oratione pro Theodoro martyre, Theodorũ iam cælo fruente sic orat. Fratrum tuorum martyrum coge chorum, & cum omnibus vnà deprecare. Multorum iustorũ preces multitudinum ac populorũ peccata luant: Admone Petrum, excita Paulũ, Ioannem item theologum ac discipulum dilectum, vt pro Ecclesiis quas constituerunt solliciti sint, pro quibus cathenas gestauerunt, pro quibus pericula & mortes tulerunt, &c. Sic August. tom. 3. De spiritu & anima cap. 50. consortes supernorum ciuium pro se orare expostulat. Idem quoque lachrymis Origenes

Interpret.& obseruat.morum.

à filia sua. Et Lucas 14. cap. ἐρωτῶ σε, hoc est deprecor te, habe me excusatum. Clamat post nos. Quasi dicãt, Theatrum nobis clamoribus excitauit, omne commouit vulgus. Quasi & illum clamorem erubescẽdum arbitrarentur, Chrysost.

Ille autem respondens, ait: Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israël.

Missus quidem erat Gentibus, in eorum lucem. Luc. 2. Esa. 42. a. & 60. a. Non ergo hoc dicit (ait Hierony. in Matth.) quasi ad gentes nõ missus sit: sed quod primum ad Israël, vt illis non recipientibus verbum, iusta fieret ad Gentes trãsmigratio. 2. Aut nõ sum missus vt promissus specialiter, communicatur meam corporalem præsentiam & miracula, sed ouibus Israël. Iunilius quæst. 29. ex Io. 2. Oues perditas Israël vocat, vt ex hoc loco ouem erroneam ex alia parabola intelligamus Luc. 15. 3. Domus Israël, vinea domini dicitur. Esa 5. congregatio vtique fidelis populi ante domini aduentum. 4. Perierant autem oues eorum malitia quibus fuerant concreditæ: nimirum superstitionibus & deprauationibus Pharisæorum, (Theophilactus) vt sub typo vineæ docet idem Christus.

At illa venit, & adorauit eum.

1. Orabat prius post Christum, nunc verò vbi fides audaciam suggessit, se Christi vultui offert & pro-

Interpretat.& obseruat.morum.

na adorat. Adorādus quippe Christus, cùm verus sit Deus. Videbat foris humanitatem, credidit inhabitantem diuinitatem. Orig. tom. 11. in Matth. Chrysost. Hieronym'.

Ne igitur obstrepat hæreticus (vt & quæri ab impiis recenset Ambrosius lib. 4. de sacram. cap. 5.) ne dicat, Ecce panem tantum video, & quomodo hîc Christum adorabo? Videbat mulier & vestem Christi & corporis superficiem: credo etiam corpus vidisse. Adorauit tamē maximè eum quem non hominem tantum, sed Deum esse credidit. Scriptum est enim, Deut. 7 Vnum Deum adorabis. Adorabat ergo etiā quod non videbat. Adoramus etiam maximè per fidem. Fides autem non apparentium est, eorum tamen substantia quæ veræ sunt. Certi igitur ex verbo Dei & Spiritussancti operatione sub panis specie esse corpus Christi, & id perfectè credentes, etiam adoramus: licet oculis, panis tantum species apparere videatur.

dicens, Domine adiuua me.

Non dixit, roga vel deprecare Deū, sed Domine adiuua me, quasi credat illum authorem & largitorem esse auxilij, Iaco. 1.

Qui respondens, ait, Non est bonum sumere panem filiorum & mittere canibus.

1. Panis est verbum Dei Matth. 4 quod nostras animas foueat, itē mira-

Obseruatio doctrinæ.

in lamentationibus suis deprecatur. Magnæ enim virtutis sunt preces orationes sanctorum, ait Chrysost. hom. 5. in Matt. c. 1. Et tom. 1. ho. 2. in Psal. 50. Dixerit aliquis, Cùm Christus ad Iudæorum salutem venerit, igitur eos non à diabolo originem sumpsisse colligendum est, in Archonticos hæreticos. Siquidem illi, vt docet Epiphanius tom. 3. lib. 1. hæres. 40. inter cetera Cayna & Abelem natos ex concubitu diaboli & Euā mentiebantur. Idémque de Iudæis adstruebant ex hoc textu, Ioan. 8. Vos ex patre diabolo estis. Quem locum idē Epiphanius sic interpretatur, vt per diabolum Iudas intelligatur, de quo prius suis dixerat, Nonne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est? cuius se filios esse moribus & traditione Iudæi professi sunt. Adeo vt & Iudas & Iudæi non natura & origine, sed imitatione, filij diaboli esse dicantur. Neque enim si ex diabolo nati

Obseruatio doctrinæ.

nati fuissent, pro his incarnatus, & ad eos missus foret Christus. Quod etiam Christus se Gentibus missum negat, non proinde tamen fauet hæresi Vincentianorum: de qua Prosper Aquitanus pluribus vno in libro disputat, dicebāt enim illi, Deum nolle omnes saluare, etiam si omnes saluari velint. At cùm veritas (ait) dicat, Si vos cùm sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis Pater vester cælestis dabit bona petentibus se? Matth. 6. Quī fieri potest vt Deus qui etiam illos saluat, de quibus dici non potest, quod saluari velint, nolit aliquos saluari etiā si velint? Non abijcit Chananæam, sed opem differt Sosomenus & Cassiodorus historia tripartita lib. 1. cap. 2. Nicephorus quoque Ecclesiastica historia lib. 8. cap. 39. has reddunt rationes cur post Christi aduentum Gentes potius quàm Iudæi crediderint.

Interpretatio & obseruatio morum.

miracula, sacramenta, & id omne quod nos ad Dei cognitionem adducit, & spem vitæ æternæ in nobis conciliat: qualia sunt beneficia Dei in nos, & similia. Glosa. 2. Filij Iudæi sunt, 1. quorum semper vt pater filiorum Deus sollicitus fuit, 2. quos dilexit, 3. quibus terram promissionis donauit. 4. Et per Christum regni cælorum hæreditatem pollicitus est. 3. Canes Gentiles fuerunt, 1. vt qui scripturas impiè in suorum principum detorserunt applausus: 2. & in Dei verum cultum, legémque adlatrarunt. Scriptura enim sacra impurum & impudentem, canem vocat. Procopius in Exodum.

Canes quoq; cēsendi sunt oēs cōtētiosi, voraces, libidinosi, qui nullum æqualem ferunt: quales depingit hæreticos Paulus. Sunt enim (inquit) semetipsos amantes, elati, cupidi, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, voluptatum amatores, magis quàm Dei 2. Tim. 3. Ne igitur margaritas ante porcos mittamus, ne cum illis versemur, ne de diuinis colloquamur: ne qua nobis cum illis conuentio: ne sacramentorum nostrorum eos participes faciamus.

At illa dixit, Etiam domine: nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de mēsa dominorum suorum,

Interpret.& obseruat.morum.

Quasi dicat, Tu me canem vocas, ego te dominũ voco. Non respuo opprobrium, tantùm accipiam vel escam canis. Fac igitur quòd cani debetur, quia me canem vocas. Da mihi igitur micas è mensa tua Chrysostom. homil. de Chananea. Scio me filiorum panem non mereri, nec integros capere posse cibos, nec sedere ad mensam posse cum patre: sed contenta sum reliquiis catulorum, vt per humilitatem micarum, ad panis integri veniam magnitudinem. Hierony. in Matth.

Vides (ait Chrysostomus, homil. 52. in Matth.) mulieris prudentiam? Vides quomodo nec contradixit, nec de aliorum laudibus doluit, nec quia contemni videbatur, moleste tulit? Non sibi damno ducit, aut ad iniurias transfert quod sibi dicitur. Nec enim miserum dicendum est quod sit salutare (ait Tertull. lib. de pœnitentia.) Nec quoq; increpationes & seueriora patrum verba, filij aliter quàm magnæ in eos dilectionis insignia interpretari debent. Sed pro dolor! nec etiam nos apud magnates culpa vacamus, si aut iudicum corruptelam, aut Ecclesiasticorum symoniam, aut superbiam diuitum & auaritiam inter verbi diuini conciones depingamus. Adeo vice versa in cælum euehi volunt, qui ne quidem terra digni sunt.

Iesus ait, O mulier, magna est fides tua. 1. Fidem illius extollit,

Obseruatio doctrinæ.

Prima est, quia apud eos Sybillæ & Prophetarum oracula metris excussa fuerant. Secunda, quoniam Deo gratum est ex miraculis nasci mutationes in diuinis maximisque negotiis. Tertia vt intelligamus nõ humana sapientia nostram religionem satam esse. Nam ineloquentes loquentibus: Græcis, Populares Apostoli verba facientes eos conuerterunt. Ne mireris igitur quod Chananea credit, sed fidem illius imitare, vt dicere possimus: est Deus in nobis agitante calescimus illo. Origenes in fragmentis suis in Matth. 15. cap. obseruat Iesum, cùm de pane filiorum & canibus disserit, mulierem quoque (cum catellos micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum vesci fatetur,) ad Mosaycam legem allusisse: Quod cura fuerit Spirituisancto per eã (Exod. 22.) præcipere de nonnullis escis, vt canibus relinquerentur, scilicet de carne quæ à bestiis prægustata foret.

Qui

Obseruatio doctrinæ.

Qui volet de fide, qua permultos curatos esse dominus insinuauit, quædã proloqui, legat Hieronymi confutationem in luciferianam hæres. 1. parte epist. tract. 2. epist. 12.

Fidem sanandis profuisse, etiam alienam, & infidelitatem nocere, docet inter alia filius regis Persarum defunctus, orate pro eo infideli Manete, vt pandit Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi 6. mortuúsque Valentis filius, quod infideles Arriani pro eo Deum precarentur. (Nicephor. histor. Eccle. lib. 11. cap. 18.) Fide verò Marthæ & Mariæ excitatus Lazarus, Centurionis curatus seruus. Et hæc sanè in Anabaptistas militant, qui alienam fidem detestantur. Atqui superiora eam, exempla commonstrant, quemadmodum docet Cyrillus Catech. 5. Eadem quoque Optatus Mileuitanus lib. 4. contra Parmenianum, cùm facto istius Chananeæ, alle-

Interpret.& obseru. morum.

tollit, vt quæ benè fundata esset, nec tot repulsionibus emoueretur, sed inuiolabilis permaneret. 2. Quę charitate in filiam polleret. 3. Quæ deuotione efferuesceret.

Fiat tibi sicut vis.

Fiat, vocula Deo propria, qua suã etiam diuinitatem Christus insinuat. Voluntatem bonam indicat in nobis, quam Dominus, vt opere compleatur, indulget.

Et sanata est filia eius ex illa hora.

Sic medica plus valet arte Deus: non poterat aliis explicare Euangelista, Deum temporis successu in curando & operando nõ egere. Dixit & facta sunt.

ORATIO.

VTinam immobilem vt & ista mulier fidem assequamur: qua impetus oblatrãtium fluctuum, velut petræ obiacentis fortitudine & mole retũdamus: vt monet Cyprianus lib. Epist. epistol. ad Cecilium Fiat illa saltem nobis sicut & Chananeę, vt granum synapis prima sui fronte paruum quidem: contusum verò, miræ suauitatis. Fiat fides per tribulationis cõtusionem validior, vt fuse docet Ambrosius, sermone primo de grano synapis. Det Deus vt fides nobis sit scutum inuincibile, & nostræ iusticiæ sigillum: iuxta Cyrilli Hierosolym. Catech. 5.

Interpretat. & obseruat. morum.

exortationem quo tandem Deus dæmonio obsessas animas nostras curet, & æterna don et beatitudine. Amen.

Obseruatio doctrinæ.

gat, vt probet paruulis parentum in baptismo fidem esse vtilem.

FERIA VI. POST PRIMAM Dominicam quadragesimæ.

Euangelium scribitur Ioan. 5.

Interpretatio & obseruatio morum.

Erat dies festus Iudæorum.

QVis ille fuerit non explicat Euangelista. Ceterum Cyrillus Alexandrinus libro 2. in Ioan. cap. 123. Tempore enim Paschæ (inquit) Pharisæorum morositate depulsus ab Ierosolymis, ad Samariã decessit. Pentecostes verò tempore (hic enim dies festus post illum deinceps celebratur) Ierosolymam reuersus, hominem à morbo liberauit diuturno.

Idem Chrysostomus homil. 35. in Ioan. Theophilactus, Euthymius.

& ascendit Iesus Ierosolymam.

Primò, vt videretur ipse cum reliquis festiuitatem celebrare, nec proinde

Introductio in Euangelium.

VT iris in cælo pluuiæ signum est, et permulta præcurrunt quæ subsequuntur indubiè præsignant: ita typi legales, quæ Christus impleturus erat prænotarunt. Maximè verò piscina illa probatica, omnes morbos abigẽs, de qua in Euangelio, gratiã spiritualis sanitatis per Christum consequendæ præsignificauit. Porrò contigerunt hæc quæ nostro panduntur Euangelio, anno prædicationis Christi: ætatis eius 31. Mense quarto, die vigesima septima, nimirum May 22. cùm

Introduct. in Euang.

cùm venisset Hierusalẽ, suscitata filia principis. Antequam verò factum aperiat Ioannes, de piscinæ miraculo præfatur, per quam baptismi sacramentum ex patribus interpretabimur. Demũ ad hominem paralyticum, Christũmque eum curantẽ, & Iudæos murmurantes descendemus.

Summa.

Quinque hodie nobis examinanda proponuntur.

1. *Cur Ierosolymis piscinæ miraculum contingebat.*
2. *Vt illa baptismum significabat.* 3. *Cur omnis infirmitas curabatur.* 4. *Cur hæc illi virtus dabatur, statim vbi Angelus secundum tẽpus eam emouisset.* 5. *Et proinde magna languentium multitudo, eum ibi motum expectaret.*

Obseruatio doctrinæ.

Primùm verò, statuendum est patres antiquissimos Chrysost. homil. 35. in Ioannem, Theophilactum, Euthymiũ, Cyrillũ Alexandrinũ,

Interpretatio & obseruatio morum.

proinde paternis mandatis aduersaretur.

2. Vt tum simplicem ad se multitudinem facilius alliceret: quæ maximè his festis, diebus audiendo Dei verbo dispositior erat. Chrysostomus homil. 35. in Ioannem.

Est autem Ierosolymis.

Cui Ierosolymis potius quàm alibi? 1. Quod & ibi templum esset à cuius hostiarum sanguine, quæ hîc eluebãtur, qd eliciebatur quod mysterio deseruiret? 2. Quô & in Hierusalem spirituali, id est in sola Ecclesia, baptisma vnum esse insinuaretur. Hinc colligere potes Deũ liberrimam causam, quosdam locos sibi specialius deligere, in quibus miracula faciat. Sic August. lib. 22. de ciuitate Dei cap. 8. in memoria Stephani apud Audurum fundum refert multa facta miracula, quæ nõ alibi. Idem epistola 137. Augustinus dicit se malè apud homines audientem præsbyterum, ad Nolam misisse, vbi sepulchrum erat sancti Felicis, miraculis clarissimum. Cassiodorus historię tripart. lib. 2. cap. 19. refert multa apud Michaelem facta esse miracula. Sed & tritum est herbam omnis generis morbos curantem, ad pedes Christi imaginis, quam mulier Hemoroissa erexerat, creuisse. Adeo Deus vbi vult, & quando vult, miracula operatur.

piscina,

Interpret.& obseruat.morum.

Erant enim quatuor piscinæ Ierosolymis. 1. Superior vocabatur, quę à fonte Gyon per aquę ductum in vrbem decurrebat. De qua Esaiæ 7. cap. 2. Inferior, in quam effluebant aquæ à superiore. de qua Esa.22. 3. Fontis erat Syloë. de qua Neem.3.& Ioan.9. 4. Ista probatica, per antiphrasin tamen piscina dicta: nec enim pisces habebat.

probatica

Hæc parum distabat à porta gregis, declinans ad austrum.

προβατικὸς autē, idem est quod ouinus. Quòd ergo in ea sacerdotes oues litandas lauarēt, piscina probatica dicta est. Euthymius.

quæ Hæbraice dicitur Bethsaida.

D. Hieronymus legit Bethseda, id est domus piscationis. Alij Bethesda, ab Esched, quod Hebræis idem quod defluxio, vt domus defluxionis vocetur, quod ibi animalium intestina defluentia sanguine lauarentur.

quinque porticus habens.

Primò vt facilior esset Nathineis hostias lauaturis, has in aquas descensus. 2. Vtque ex omni parte pateretur ægris in eas aditus.

In his iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum.

Nimirum & hoc tempore variæ ægritudines inualuerant. 1. Id Deo permit-

Obseruatio doctrinæ.

Augustinum, & ceteros, piscinam, baptisma interpretari, & quidem rectè. Quod enim dominus aquæ baptismū instituturus erat, celebria in aquarum substantia mysteria exhibita sunt. Genes.1. A principio quidem spiritus domini ferebatur super aquas, Gen.7. per aquam saluæ factæ sunt octo animæ. Per mare educti & erepti Israelitæ. Exod. 14. in quo & Baptisati sunt. Iordanis reuersus est, populo viam faciens. Iosue 3.& 4. Aquæ Marath dulces redditæ sunt immerso ligno. Exod.15. Iordanis diuisus est pallio Helyæ. Leprosus Naaman mundatus in Iordane, 4. Reg.5. Et vt ad Christum veniā, Ioan. 2. aquam ille mutauit in vinum. Matth.14. Mari imperitauit: super illud ambulauit. Matth.3. In Iordane baptisatus est. Ioan.9. Ad natatoria Siloæ Cæcum natum misit. Hæc omnia sanè baptismum cōmendabāt, vt Gregorius Nyssenus, Tertullianus, Basilius, Athanasius, & alij permulti, libris suis de baptismate testantur. Omnium autem maximè Probatica hæc piscina baptisma figurabat. Optatus l.5. in Donatistas.

Obseruatio doctrinæ.

Accedit enim ad veritatis typum, quòd prius hîc immolandæ hostiæ lauabantur. 1. Nam & Christus priusquā pateretur, aquis Iordanis ablutus est. Non quidē (ait Cyprianus l. de baptismo Christi) q̄ egeret lauacro, in quo peccatum non erat: sed vt sacramēto perēnis daretur authoritas, & tanti virtutem operis nulla personarum acceptio commendaret. 2. Quod hostiæ piscina mundabātur, omnia per vim sacramētorū nouæ legis purgāda insinuabatur, nimirum per Christi lauacrū. Omnes enim vt eūdem potum spiritualem biberunt, ita eandem lotionē spiritualem in Christo susceperunt. Nihil enim ad perfectum adduxit lex. 3. Et nos quidē vt fiamus hostiæ Deo, & exibeamus corpora nostra nterpretat.& obseruat.morum.

permittente, quo maior vēturi medici Christi virtus dignosceretur. 2. Eiúsque necessarius animæ, à ratione valetudinis corpore designaretur aduentus. Esa.1. Tum scilicet omne caput languidum, & omne cor mærens. Psal.3.a. Nec erat vsq; ad vnum qui bonum faceret.

Ægritudines corporales, spirituales in ratione baptismatis significant. 1. Cæci enim sunt omnes ante catechismum: eo quippe, luce Dei, suíque agnitionis imbnūtur. Est autē Catechismus, baptismo præuius. 2. Claudi itē sunt qui baptisantur, cùm olim diaboli, tandem verò filij Dei esse nitantur: inter hæc, diabolicis suspenduntur insidiis.

3. Aridi sunt omnes Dei gratia ante baptismum: adeo natura eorū corrupta est per peccatum.

expectantium aquæ motum.

1. Expectare oportebat vt volūtas magis proderetur, quod voluntate maximè sanctificemur. 2. Vt fides. 3. Perseuerantia quoque & patientia panderentur, ne frustrà effundi putes beneficia diuina: aut indifferenter omnibus, saltem quæ gratuita sunt, nisi dispositis elargiri.

1. Ad rationem quoque baptismatis accedit, eos qui eo abluendi sunt, oportere ad fores templi expectare. 2. Voluntatémque suam liberam protestari: Omnium enim, fides est liberrima. 3. Vnde baptisandus respondet, Credo, Volo, abrenuncio, idque liberè interroga-

Universidad de Deusto Biblioteca

Interpret.& obseruat.morum.

Obseruatio doctrinæ.

tus. 4. Hanc quoque perseuerantiam & pœnitentiam à Cathecumenis aquis baptismi abluēdis expostularunt patres antiqui, dum eius pœnitentiam præcedentem iniungebant, eósque eijciebant. Dionysius libro Ecclesiasticæ Hierarchiæ.

hostiam viuam, Deo placētem, Phil. 4.d. prius lauacro regenerationis abluimur in sanguine Christi. Apocal. 1.& ad Titum 3. 4. Hostiæ ipsemet veteris legis lauabātur hac piscina, quia nullam, nisi per Christi lauacrum, vim assequebantur. Probe autem probatica dicitur, quasi ouilis: quia per baptismum Christi, oues efficimur. 6. Nathinei verò non abs re abluendis victimis addicti erant, quoniam ministris templi & Ecclesiæ baptisandi potestas concredita est, quibus vt Apostolis dictum est, Marc. vlti. Baptisate in nomine Patris, &cet. Et vt refertur ex Isidoro libro 2. de officiis, cap. 24. Et de consecratione distinctione 4. Canon. Constat baptisma. 7. Quinque porticus, quinque præcipua domini vulnera indicant, necnon passionis Christi virtutem, qua baptismum ingredimur. Vnde & ipse expansis manibus crucifixus est, vt liberum ad eum aditum significaret: immò Ephe. 2. per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu, ad Patrem. Vnde & se vocat ostium, quo non minus porticus salutis vocetur.

De aquarum virtute diuersa, pro vsu vario.

Fuerunt quidem olim aquæ immolaticiæ, idolis consecratæ, quas vt idolotyta Christiani abhorruerunt. Vnde cùm Valentinianus Iulianum templum fortunæ in occidentali Gallia ingredientem præcederet, euenit vt sacerdos idolo addictus, frondibus quibusdam roscidis conspergeret, adeo vt gutta vna in Valentiniani vestem inciderit. Quod factum ægrè ferens, ense eam partem vestis, in quam humor ille inciderat, abscidit: & percusso pugnis ministro, à se abiecit. Niceph. lib. 11. cap. 1. Non dubium est ergo nonnullos aquis abusos esse: immò nec idolatræ gentiles tantum, sed & Samaritæ. Hi enim

Obseruatio doctrinæ.

enim (ait Epiphan. lib. 1. contra hæres. tomo 1. hæres. 9.) vrina se proluunt, vbi ab externis venerint polluti, nimirum & in aquam se vna cum vestibus immergunt, vbi alium ex alia gente contigerint. Etsi verò in scandalum vsum aquæ diabolus distraxerit apud quosdam, non potuit tamen mirandam eius virtutem, nec in naturæ quidem ordine occulere. Nam (vt Tertulliani verba lib. de anima cap. de mortis vi & Mænandro hæretico hic inseram) legimus pleraque aquarum genera miranda: sed aut ebriosos reddit lynceſtarum vena vinosa, aut lymphaticos efficit Colophonis scaturigo dæmonica, vt Alexandro accidit, Nonacris Arcadie venenata. Fuit & Iudeæ lacus medicus ante Christum (is nimirum de quo Euangelium hodiernum loquitur.) Porrò diabolus quasi præsciuisset aquarū in baptismo sanctificationem, eisque inuidisset, eas in suos vsus distorsit. Nam & Hydromantiam docuit Pompilium Numam August. lib. 7. de Ciuitate Dei cap. 35. Et Colophonicas aquas dæmoniaco spiritu implebat, quem simul cum aquis sacerdotes hauriret: vt Iamblicus libro de mysteriis, testatur. Necnon Castalias vt apud Nicephorum lib. 10. cap. 28. liquet. Gentiles quoque (ait Tertullianus libro de baptismo) sacris quibusdam per lauacrum initiantur Isidis & Mithræ, ipsos etiam Deos, villas, domos, templa, totásq; vrbes aspergine circumlatæ aquæ expiant, ludísque Apollinariis & Pelusiis tinguntur, in regenerationem & impunitatē periuriorum suorū. Sed neque hæc aquæ vim & vsum, necnon virtutē ad sanctificationem tollere potuerunt. Nimirum vt olim Naamā aquis Iordanis, ita in vberioris curationis significationē, plures lymphis abluti à morbis erepti sunt, Nicep. Callistus histor. Ecclesiast. libro 10. cap. 31. & Cassiodorus historia tripartita libro 6. cap. 42. referunt apud Nicopolim olim dictam Emaus fontem esse, quo non tantum hominum, sed & animalium brutorum varij languores curantur: quod hic Christus cum discipulis pedes lauerit. Aqua vtique virtute imbuta, per attactum corporis

Obseruatio doctrinæ.

Christi, sicut & hæc de qua in nostro Euangelio agimus, fiebat omnibus medica post motionem angeli. In nomine quoque nominis Iesu Andreas apud Patras Nautam quendam quinquaginta annis debilitate nimia proiectum, in cœno iacentem, vlceribus scatentem & vermibus, cui nullius medici potuisset cura mederi, profluente, purè cum vermibus à corpore eius, aqua maris abluit & sanauit: vt refert Abdias lib. 3. historiæ Apostolicæ. Piscinam sane aliam excitare volebant Græci medici, Constantino à lepra curando. Piscinam inquam diabolicam infantium & lactentium sanguinem vaporantem, qua ablueretur. Sed vbi ille, motus matrum planctibus, maluit æger esse, quàm tam immane scelus committere, Deo miserante ad aliam piscinam, qua corpore & anima mundaretur, noctu sibi Petro & Paulo apparentibus, eorúmque effigiè à Siluestro Ierarcha Romano agnita, vocatus est. Nimirum post septem dierum ieiunium & orationem, aquam baptismatis ingressus, totus saluus & incolumis, perinde atque carne recens indutus, egressus est, quibusdam quasi piscium squamis in vnda relictis. Atque ibi beato quoque Siluestri dixit, se, cùm adhuc in sacris esset vndis, manus veluti cuiusdam è cælo missæ attactum sensisse. Nicephorus lib. 7. cap. 33. Quid ergo mirum si piscina hæc baptismatis figuram gerere dicitur? Quid quod & omnibus medica perhibetur? Apud Nicephorum lib. 14. cap. 12. refertur Iudæus Constantinopoli in desperato casu à paralysi curatus, sub Attico, dum baptisaretur: adeo vt baptisma illi animæ & corporis sanitatem contulerit.

Quis est

Obseruatio doctrinæ.

Quis est hic Angelus domini qui aquam baptismalem turbat, nisi Christus? Hic est enim quem magni consilij Angelum vocat Esaias. Et quem Tertullianus lib. de trinitate, fuisse eum Angelum dicit, qui Agar puteũ aquæ ostendit, & ipsum eius puerum in gentem magnam futurum pollicitus est, Genes. 21. eúmque qui cum Iacob luctatus est, Genes. 32. Angelus autem hic, non omni tempore, sed secundum tempus præordinatum à Patre descendit de cælo: id est incarnatus est, Ioan. 1. in terris visus. Vbi venit plenitudo temporis, Gal. 4. missus est à Patre. Tum verò aquã turbauit, eámque sanguine suo tinxit: nam commotio ab illius est paßionibus, qui torcular calcauit solus. Emouit ergo aquam, cùm ei per benedictionem vim suæ paßionis infudit. Nec enim, vt ibi Chrysost. hom. in Ioan. Theophilact. & Euthymius obseruãt, aliud hoc protẽdeba- Interpret. & obseruat. morum.

Angelus autem domini.

Poterat quidem Deus absolutè & sua potentia id exequi, mediis tamẽ Angelis vsus est: vt doceret mediis hominibus, ipsum vt summum, animas à peccatis purgaturũ, Colloss. 1. 2. Vtque doceret Angelos administros esse salutis, Heb. 1. & in nostram vtilitatem nobis esse deputatos.

Secundum tempus.

Non semper, neque statim omnibus hæc aqua medica fiebat, Deo hoc miraculum moderante, non autem natura. Nam sicut, licet plures sub Helyseo decesserint, vnus tamẽ ab eo puer suscitatus est. 4. reg. 1. Et quamuis in diebus Helyæ plures essent viduæ, ad vnam tamẽ Sareptanam ille diuertit. 3. Reg. 17. Et ex omnibus leprosis sub Helyseo Propheta vnus Naaman Syrus mundatus est. 4. reg. 5. & Luc. 4. Sic vt Deus gratuita hæc miracula & curationes doceret, non omnibus, sed singulis & per interualla beneficia cõmunicantur.

Descendebat in piscinam.

Descensu suo forsan aliquo visibili signo parente, vnde hæc virtus esset adnotabat. Nec enim hæc aut humanæ, aut dæmoniacæ, sed diuinæ & cælestis dignationis erant.

Et mouebatur aqua.

Primò, vt extraordinario & super humano modo operari se ostenderet. Nam licet minus mundare tur-

Interpretat.& obseruat.morum.

bata aqua videatur, sanabat tamen hæc. 2. Ne tu contemptibili ratione elementi contemnas sacramentum. Quid enim vilius aqua turbida? Quid luto, quo cæci oculos perunxit? Et tamen hæc curandi vim habuerunt. Vt & Iordanis aqua, Naaman etiam prius contemnenti, medica facta est.

Et qui prior descendisset in piscinam post motionem aquæ, sanus fiebat à quacunque detinebatur infirmitate.

Vnitas vtique personæ, vnitatem indicat baptismatis. Vnus Deus, vna fides, vnum baptisma, ait Paul. Ephes. 4. Curatio ab omni infirmitate, docet omnia peccata elui baptismate. Psalm. 50. Asperges me domine hysopo & mundabor lauabis me, & super niuem dealbabor.

Obseruatio doctrinæ.

tur quod aquam ab angelo moueri oportebat, quam secretam aquam in baptismate morbos eluere nõ posse, nisi virtus Christi accesserit. Neque enim vt habetur de consecr. distinc. 4. canone Per aquam sanat aqua, nisi spiritus sanctus descẽdat in eam & consecret. Nunquid enim aqua baptismi purgare peccata credentium posset, nisi tactu dominici corporis sanctificata fuisset? Proinde Paulus, nos in morte Christi baptisatos esse dicit. Emouit autem violento motu piscinam hanc, adeo vt sanguis aut sanies hostiarum è fundo in summum enataret. Nam & Christus quasi è fundo omnia sacrificia & victimas ad suum tempus, immò ad seipsum, vt prototypum perduxit, eáque simúlque patres antiquos in piscina sui sanguinis sanctificauit. 11. *Quod autem aqua turbida sanabat, ad virtutem operantis, & benedictionem attendendum docebat, non ad elementum. Id probat in ratione baptismi Gregor. Nyssenus libr. de baptismo. Nam id (inquit) quod operatur, magnum est, & ab illo mirabiles existunt effectus. Quod probat in Eucharistia, in qua licet panis & vini species vilis precij appareãt, post benedictionem tamen & sanctificationem, corpus & sanguis domini dicitur & est. Probat & virgæ Mosi, Exod. 4. Heliæ pallio, & crucis ligno secundum suam naturam pauci ductis, at accedente benedictione, pluris æstimatis.* 13. *Descendere oportebat post motionem*

Obseruatio doctrinæ.

motionem aquæ, in signum quod sicut immota aqua non mundabat: ita nec aqua, non sanctificata verbo, purgare potest. Accedit enim verbum ad elementum, & fit sacramentum, vt docet Augustinus tractatu in Ioannem. 14. *Vnitas personæ in vice sua curatæ, vnitatem indicat Baptismatis in Marcionem: qui, vt testatur Epiphanius tom. 3. l. 1. hæres. 42. in Marcionistas, cum virginem in sua ciuitate ipsemet diaconus corrupsisset, aufugisset: & hinc sibi notam diffamiæ acquisisset, secundum lauacrum sibi excogitauit, asserens licere ad tria vsque baptismata dare in remissionem peccatorum.*

SABBATO POST PRIMAM DOMINICAM QVADRAGESIMÆ.

Reliquum Euangelij hesterni.

Erat autem quidam homo ibi.

Introduct. in Euang.

QVi in agone contendit, ab omnibus se abstinet, vt coronam corruptibilem assequatur. Quantomagis & tẽperare à delicijs, & multa perferre necesse est, vt coronã gloriæ assequamur? Multas enim milites subeũt hyemes, multa pericula: quid nos etiã dispẽdio capitis pati non debeamus, vt victoriam in Sa-

Interpretat.& obseru.morum.

HIVius nomen non exprimitur, quia indignus erat. Faciunt enim diuites tantum nomina sua in terris suis. Peccator quoq; ignotus est Ecclesiæ, donec renatus sit. Ignotus Deo, si non fide & bonis operibus polleat. Sic Matth. 24. Christus ad virgines fatuas sponsum dicturum (ait): Nescio vos, vt admoneamur vigilare. Nec quoque Ioannes Ephesi à Marcione interrogatus, num eum noscet, aliud respondit quàm, Noui te filium Sathanæ. Nec enim, cùm hæreticus

Interpret. & obseruat. morum.

esset, agnoscebatur ab Ecclesia filius Dei. Ireneus lib. 3. in hæreses. Eusebius histor. Eccles. 7. l.

Triginta & octo annos habẽs in infirmitate sua.

Hinc ratio, cur illius potius misereatur dominus: cùm infracto animo spẽ semper conceperit. Patiẽtia enim opus perfectum habet. Vt in Iob & Dauide patuit. Perseuerantia quoque id petẽdo, Dei opem conciliat. Patientiæ bonum vno libro descripsit Tertullianus. Perseuerantia autem adeo necessaria est, vt non coronetur, nisi qui legitimè certauerit, & perseuerauerit. 2. Tim. 2. Commendatur in Iacob qui angelo dicebat, Non dimittam te, nisi benedixeris mihi, Genes. 32. In vidua, Luc. 18. a. In amico, Luc. 11 a. Turbatur Ecclesia? Non desinat fidelis sperare. Ecce enim post longam captiuitatem, populus ex Ægypto educitur: perierunt & omnes hæreses quæ trecentis etiam annis persteterant, vt Arrianorum. Nullus recedat ab Ecclesia, vt nec iste à piscina. Affligitur vidua, orphanus & pupillus, discant sperare in domino, qui eorum iudex est. Nec desperet peccator in diuturna pœnitentia, vt gloriam assequatur. Abd. lib. 3. Habes 5. Andream pro Nicolao orantem, vt à Deo misericordiã acciperet: quam tandem assecutus est: non desperandum, immò potius dicẽdum cum Iob 13. c. Etiam si occideris me, adhuc in te sperabo.

Introduct. in Euang.

thanam adipiscamur? Videtis vt morbo in corpus grassante, vtilis sit ægroto patientia, in balneis, sudoribus, & perfrictionibus & ceteris id genus, quantomagis vt animæ salutem assequamur? Id nos Paralyticus iste noster Euangelicus docet, qui post longã in suo morbo per 38. annos patientiam, tandem ereptus est.

Summa.

Sex omnino hæc nostra complectitur historia. 1. Vt longa patientia infractus fuerit Paralyticus. 2. Vt Christus hominis misertus, eiusdẽ assensum quæsierit. 3. Vt idẽ Christus solo verbo integrã sanitati hominem restituerit. 4. Vt Iudæi occasione sumpta à Sabbati obseruatione, quo hæc facta sunt, in hominem murmurarint. 5. Vt Christus ægritudinis istius peccatum radicem assignans, monuerit ne in rectiuũ laberetur. 6. Et tandem homo iste sanatus, Christi virtutem apud Iudæos extu-

Hunc.

Obseruatio doctrinæ.

extulerit.

Obseruatio doctrinæ.

Diuturnæ patientiæ exempla quædam.

Diuturnæ patientiæ in morbis, etiam post amissam curationis à medicis expectationem, exempla habes permulta. Hemoroyssa quæ duodecim annis multa fuerat perpessa à medicis, deterius habebat, spem tamẽ hãc cõcepit, vt diceret, Si tetigero tandem fimbriam Christi, salua ero. Diutius cæcitate oppressus Thobias, quod Deũ non minus quàm Iob benedixit, sanitati à Raphaele restituitur. Agbarus Edesse rex, longo & immedicabili morbo laborans, confidebat à Iesu sanari posse, neque diffidit: tandem acceptis literis, curandum se ab illius Apostolo Thadeo, sanitatem adeptus est. Eusebius histor. Eccles. lib. 1. cap. 15. 16. & 17. Abdias lib. 9. Nauta quoque hic de quo heri egimus, iam quinquaginta annis, incurabili ægritudine tor-

Interpretat. & obseruat. morum.

Hunc cùm vidisset Iesus iacentem.

1. Vidisse dictus est dominus, cùm in iacentem commiseratione ductus est. 2. Eáque dictione, illius sapientia exprimitur, vt qui non præcipitanter miracula faciat, sed prius dispositionẽ personarum expẽdat.

Et cognouisset quia iam multum tempus haberet.

Id est, & diu hic iacuisset, & permansurus esset absque vlla ope, nisi suo prẽueniretur auxilio. Nec enim falli potest Dei scientia, ita tamen vt in bonis nouerit nos sine illo nihil posse, Ioan. 15. cum eo omnia posse. Nouerat ergo hunc multum tempus habere, quòd humano destitueretur auxilio, quòd alius eum præueniret, quòd in piscinã se deijcere non posset, id quidem è ratione hominis: At respectu & suæ potestatis, & diuini in hominem priuilegij, nouerat non multum superesse temporis, non ignarus quid acturus esset. Dixit ei. Non confestim eum à principio sanauit: sed primùm eum familiarem sibi fecit, per interrogationem futuræ fidei faciens viam. Chrysost. hom. 35. in Ioannem. Eúmque qui multo tempore assiduus fuerat ac tolerantissimus, ceteris præponit: 1. tum quod miseratione dignior esset, 2. tum vt doceat eorum omnium qui superno egẽt medicamine, eos maximè Deũ flectere, qui sunt constantissimi.

Interpret.& obseruat.morum.

Euthymius in Ioannem. Eo colloquio catechesis ante baptismũ cõmendabatur, qua fidem, intentionémque baptisandi per interrogationem exquirimus, vt Faustus Episcopus l.2.de libero arbitrio in hũc locum obseruat,cap.8.

Vis sanus fieri?

1. Id interrogat,nõ vt discat, (quid enim notius est,quàm ægrotum suæ sanitatis esse cupidum?) sed vt istius patiẽtiam designaret, qui tam longo morbo lacessitus, spem nõ deponeret,Chrysost. 2. & vt in eo excitaret oblatæ sibi gratię desiderium. Cyrill.Alexan. 3. vtque animas adstantium, nihil forsan minus cogitantium, quàm huius Paralytici curationem,in factum istud raperet.

4. Relictum quoque homini consensum ad emundationem testatus est,& se ad spiritualẽ, vt hîc ad corporalem,curationẽ disponere posse testetur. 5. Obserua verò Christum non dixisse, vis sanem te? ne videretur gloriam quærere. 6. Occultè vt his verbis insinuabat, se facile quod interrogabat præstare posse. Cyril.l.2. in Ioã.c.124. Hoc deniq; gratiæ præuẽtionẽ peccatori resurrecturo necessariã esse significabat.

Domine,hominẽ nõ habeo, vt cùm turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam,dum venio ego,alius ante me descẽdit.

Quasi dicat,Domine, 1. Nõ deest mihi volũtas. Quid enim æger magis,

Obseruatio doctrinæ.

quebatur,nec tamen desperauit: sed cùm d. Andream Apostolũ aspexisset, Forsan tu es(inquit)discipulus Dei, qui solus saluare potest:inde & sanatus est. Abdias histor.Apostol.lib.3. Chrysostomus lib.3. de prouidentia, examinat patientiam Demophili senis,qui iam quindecim annis præter vocem & sensum mortuus apparuerat,vno tantum sibi adolescente ministrãte, qui buccellã ori adponere, narium q; purgamenta tollere posit: eu quoque huic paralytico comparat. Adducit & ibi Aristofeni in Bithynia exemplũ, qui alui cõtractionibus acerbioribus omnibus tormentis lacessitus, modò mutus redditus, modò in gemitus quasi parturientium, & clamores erumpens, sex iam annis in fœtore & ægritudine tali, muliere paupercula illi administrãte perseuerarat. Liberũ arbitrium hæc domini interrogatio satis testatur. Docet enim in ægroti potestate

Obseruatio doctrinæ.

state esse bonũ eligere, id est, sanitatem: & in peccatoris potestate esse,(Deo tamẽ præueniente vt & hîc præuenit Paralyticũ) suam à peccatis curationẽ desiderare. Vt enim hîc non curatur nolens sed volens, ita nemo aut remissionem accipit, aut saluti donatur, nisi volens. Quod probatur & ex eo,quod eniti in cõtrarium possumus,vt & enixi sunt Iudæi in legẽ. Ad quos Christus: Quoties volui congregare filios tuos & noluisti?Matth.23. Vnde nec nolentes saluãtur. Addidit enim Christus: Ecce, relinquetur vobis domꝰ vestra deserta. 2. Quódque bonum velle possumus,& à fide & charitate quæ in nobis est,& esse potest, ostenditur, satis nobis esse relictũ liberũ arbitrium. Nam credere in Deum,& diligere Deum non potest quis nisi voluntariè:tum autẽ voluntas electione fertur ad bonum. 3. Tertullianus quoque libr.2. contra Marcionem, nullam magis in homine imaginem & similitudinem Dei animaduertit,quàm quòd homo libertate arbitrij & potestate signatus est. Idem Gregorius Nyssenus orat.de dormienti-

Interpretat.& obseruat.morum.

gis, quàm sanitatem expetet?Iob.1. Pellẽ pro pelle,& omne quod habet homo dabit pro anima sua. 2. Nec deest spes: hac scilicet de causa hic præstolor aquæ motũ. 3. Sed hominẽ non habeo qui mei curam gerat: quoniam derelictus sum & pauper.

Maxima vtique hominis miseria, tot annis spe sua frustratũ esse:toto corpore infirmari,& prẹsto medelã habere, homine tãtum vno indigere,nec eum assequi. Hãc sentẽtiam detorquere potes ad permulta: vt si ciuitatẽ,si clerum,si rempublicam,si congregationẽ aliquam cõquerentem de sua afflictione introduxeris, eámq; à defectu prẹlatorũ emanantem, hoc eam proloquẽtem facias, quod hominem non habeat. Mysticè quoq; ex hoc loco disces, pueris in baptismate susceptore opus esse. Nã sicut huic, homo necessariꝰ fuit qui eum in piscinã demitteret, hoc ipso scilicet quod infirmitas corporis eum semet dimittere nõ permittebat:Ita quia ætatis imbecillitas & ignorantia infantes occupat, opus habent susceptore, qui pro iis respondeat: vt doctè d. Dionysius Areopagita lib.Ecclesiasticæ Hierarchiæ cap.vlt.docet.

Obseruatio doctrinæ.

bus confirmat, quòd sui potestatem habere, & alterius dominatui obnoxium non esse, proprium diuinæ beatitudinis est.

Hoc Epiphanius lib.1.tom.1.hæres.16.probat in Pharisæos fatum, & ineuitabilem necessitatem constituentes: vnde condemnatio nulla nec liberum homini superesse arbitrium crederetur. Quod Deus tamen per seipsum locutus (inquit) exibuit dicens: Si volueritis & nolueritis, Num.25. Quare circa hominem est bona operari, aut malas res appetere. Gregorius Nyssenus fatum destruit in Stoicos, Ægyptios, Platonicos, vt arbitrij libertatem astruat, li.de Fato. Augustinus quoque cõtra duas epistolas Pelagiani ad Bonifacium, lib.1.cap.2. Manichæi (inquit), à quibus dissentimus, dicunt quòd primi hominis peccato, scilicet Adæ, liberum hominis arbitrium perierit: & nemo iam potestatem habeat benè viuendi, sed in peccatum carnis suæ necessitate cogatur. Probat autem nos ab hac seruitute per Christum ereptos, ex Ioan.8.c.d. Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis, & Rom.6. Cùm essetis serui peccati, liberi fuistis iustitiæ.

Interpret. & obseruat. morum.

Dicit ei Iesus, Surge, tolle grabatum & ambula: Et statim sanus factus est homo, & sustulit grabatum suum & ambulabat.

Hoc facto ostendit, quòd non tam aquæ quàm ipsius verbo, etiam in baptismate, sanitati restituimur. Hinc Petrus 1. epist.cap.2. renatos nos dicit ex semine incorruptibili, verbo Dei. Porrò obserua quàm breuibus verbis vsus sit, Surge (ait) tolle grabatum, &c. Nimirum vt in momento Deum operari fateamur.

Obseruatio doctrinæ.

Allegorice, tria hic præcipit Christus omni peccatori necessaria. Nam sicut paralysis spiritualis, peccatum est, quo omnes animæ vires velut demortuæ, suis destituuntur officiis: sic iste paralyticus nobis peccatore insinuat. Hunc nisi homo, id est, aliquis pius vir sua monitione iuuet, & reducat in piscinam, id est, meritum Christi sibi applicandum, aut Christus ipse

Proinde

Obseruatio doctrinæ.

ipse præueniat, impossibile est, vt sanitatem recipiat.

Porrò vbi in eum Christus suam bonitatem exerere voluerit, tria illi demandabit. 1. Surgere per contritionem & peccati detestationem. 2. Tollere grabatum per pœnitentiam: adeo vt carnem in qua volutabatur, secundum eam viuẽs, ferat, id est, spiritui subijciat. Et sicut exibuit membra sua seruire iniustitiæ, sic tandem pietati & iustitiæ exhibeat. Rom.6. Qui esca offendit fratrem, carnem non manducet: & quæ sunt similia. 3. Ambulare demũ oportet de virtute in virtutem: nec enim satis est à peccatis elui, sed & opera bona exequi oportet. Hinc Psaltes: Declina à malo & fac bonum.

Interpret. & obseru. morum.

Proinde statim dicitur sustulisse grabatum suum. Hoc vtique ipso nos admonet nihil hęsitare in baptismatis virtute. Nec enim obijciẽda sunt innumera illius qui baptisatur peccata, quasi successione Deus egeat, vt ea eluat. Medica plus valet arte Deus. Vt dixit, & statim facta sunt: mandauit & creata sunt: Ita statim vbi verbum accesserit, peccata eluuntur. Quid enim (ait Christus Matt.8.) facilius est dicere, Remittuntur tibi peccata tua, an surge & ambula? Vtrunque nimirũ infinitæ, & in momento operantis virtutis est, iste statim sanus factus est ab omni infirmitate: & nos statim eluimur ab omni peccato. Ezech.36. Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamẽtis vestris, vt Rom.5. Sicut regnauit peccatum in mortem, ita regnet gratia per iustitiam.

Erat autẽ sabbatum in illa die.

Id addit Euangelista, quô ratio murmuris Iudaici intelligatur.

Dicebant enim ei Iudæi, Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum.

Mos quippè impiorum est, vt sub prætextu pietatis, pietatem arguant. Sic Symon Pharisæus Luc.7. hic vtique si esset Prophetа, sciret quæ & qualis est mulier, &c. Et Iudas, Ioan. 12. Vt quid perditio ista vnguenti facta? &c. Ceterum, iusserat Sabbatum obseruare, & in eo ab operibus seruilibus abstinere, multis de causis. Primò, in memoriam creationis totius orbis: Nam eo fatemur Deum requieuisse ab omni opere suo quod patrarat, Genes. 2. Præuiderat quippè Deus insolentes quosdam futuros Sophi-

Interpretatio & obseruatio morum.

stas, qui mundum ab æterno esse assererent, Deóque coëternam materiam statuerent, vt Hermogenes, Plato, Manes, Marcion, & ceteri, de quibus Tertullianus lib. in Hermogenem, Philasterius lib. de hæresibus, Theophil. lib. 2. ad Antolicum, & Theodoritus in Epitome diuinorum decretorum. Retunduntur autem illi, quod in sex diebus fecit Deus cælum & terram, & omnia quæ in eis sunt. Secundo institutum est Sabbatum, vt in ipso die reconciliemur, & animi vires ad Deum colligamus. 3. ne plus æquo seruos, & bruta labore torqueamus. Ceterum, hoc die non spiritualia officia, sed seruilia prohibebantur. Ierem. 17. portare onera sine necessitate. Neem. 13. & 2. Esd. 13. At vbi necessitas adest, & Deus iubet, aut ad Dei refertur gloriam, vt hîc ferre grabbatum, id fieri potest etiam Sabbato. Hoc die nimirum Helias fugit à facie Iesabel. 3. Reg. 19. Machabæi in legis aduersarios pugnarunt. 1. Mach. 2. Discipuli spicas vellicarunt. Matth. 12. Vtique quod eos vt facerẽt necessitas vrgebat. En verò Christus imperat: cur iste igitur sanitate restituta, non morem gerat?

Respondit ergo eis, Qui me sanum fecit, ille mihi dixit, Tolle grabatum tuum & ambula.

Quasi dicat, Videte cui obedio, huic qui solo verbo & in momento me curauit. Eccles. 8. Sermo eius potestate plenus est. Ego verò num illi morem gerere pro beneficio tam celeriter collato debui? En me sanum fecit, cur non sicut surgere potui, ita grabatum tollere & ambulare debui? Porrò ex hoc Paralytici responso, disce murmurantibus in nos hæreticis, nihil aliud respondere, quàm quod olim Pytagorici sycophantis, ipse dixit. Ne curiose rationes mandatorum ceu institutionum & Dei & Ecclesiæ requiramus. Sufficiat respondisse: Dixit Deus, Dixit Ecclesia.

Interrogauerunt ergo eum: Quis est ille homo qui dixit, Tolle grabatum tuum & ambula?

Malitiose supprimunt dictionem (Surge), quòd eius virtutem non attendant, sed ei legis præuaricationem inculcare velint. Quibus similes sunt hæretici, qui quæstiones emouent: vtique non vt doceantur & instruantur, sed vt quoquomodo sycophantiæ & calumniæ ansam arripiant: quod faciunt de minimis quærentes. De iis autem quæ rei substantiam explicant, tacẽtes: Vt de

Interpretatio & obseruatio morum.

Vt de ceremoniis potius quàm de sacramẽtorum veritate disputant.

Is autem qui sanus effectus fuerat, nesciebat quis esset.

Adeo Christus eum subito sanarat, vt non ei sciscitandi quis esset, otium datum sit. Quod factum est (ait Cyrillus Alexand. lib. 2. in Ioan. cap. 12.) vt ira Iudæorum aliquantulum deferueſceret. Non quia ipse timeret, ne quid irati possent aduersus eum antequam vellet facere: sed vt exemplo eius declinãdum ab iratis discamus. Proinde additur.

Et declinauit à turba constituta in loco.

1. Vt diximus, quò litium causam & occasionem fugere doceret, Nimirum litigiosus sic vitandus est. -Ceu sæpe viator, -Calcatum subito retulit angue pedem. 2. Timoth. 2. Noli verbis contendere, hoc enim nihil prodest. 2. Vt nos de fugienda vana gloria instrueret.

Postea inuenit eum Iesus in templo.

Nimirum illuc se contulerat, Deo referendarum actionum gratia. Idem enim nos facere conuenit, vbi ab aliqua afflictione aut corporali, aut spirituali erepti fuerimus.

Et dixit ei, Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne quid tibi deterius contingat.

1. His verbis Christi elicitur, (vt ait Cyrillus) non tantum in futurum supplicia peccatoribus reseruari, verumetiam multis ac variis modis eos in hac vita puniri. Quod ita fieri etiam Paulus testatur clamans, 1. Cor. 11. Ideo inter vos infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Quòd si nosmetipsos dijudicaremus, non vtique dijudicaremur. Dum iudicamur autem à domino, corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur.

Secundò, obserua quoque Christum non corpore tantum, sed & anima, id est, hominem totum in Sabbato curasse: vt in hæreticos doceas, non tantum in baptismo non imputari peccatum, sed & omnino elui: Et vt doceat nos quoties pœnitentiã agimus, de omnibus peccatis conteri debere, vt omnia remittẽtur: Alioquin infructuosa pœnitentia, & confessio nostra futura est.

Tertiò, disce à morbis corporalibus recidiuum peccatum pernicioſissimum esse. Fiunt enim posteriora peiora prioribus. Proinde accepta venia, caue ne relabaris. 2. Pet. 2.

Interpretatio & obseruatio morum.

Abiit ille homo, & nunciauit Iudæis quia Iesus esset, qui fecerat eum sanum.

Vt non ignorarent medicum, si quis eorum curari vellet. Non enim accusans hæc dixit, sed quasi eius beneficia prædicans. Hoc nos instruens facto, vt beneficio à Deo accepto, laudes illius, & quæ in nobis contulit, celebremus. Sic Psal 50. Docebo iniquos vias tuas, ait Dauid. Vtique si Deus ei veniam indulserit. Et alibi. In medio Ecclesiæ laudabo te.

DOMINICA SECVNDA QVADRAGESIMÆ.

Euangelium, Matth. 17. Luc. 9. & Marc. 2.

Et post dies, assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrẽ eius, &c.

Interpretat. & obseruat. morum.

NOn est hoc diuersum ab hoc quod Lucas dixit, quod post sermones illos facti sunt dies octo. Lucas enim & primum & vltimum diem cõmemorat, quo ascenderunt in montem: Matthæus autẽ tantum intermedios dies ponit Theophilactus in Matthæum, & Epiphanius l. 3. tom. 2. contra hæresim 69. quæ est Arriomanitarum. Chrysost. hom. 57. in Matt. obseruat 1. non statim post verba prædicta dominum se corã suis transfigurasse, sed sex dies tandem elabi voluisse, ne ceteri discipuli mouerentur. 2. ne rationem qua

Introduct. in Euang.

Quemadmodum si quis ingressus palatia regia, & depictas ibi contempletur historias & speciosa quæque, postmodum abstractus inde in loca fœtida deducatur: aut veluti si formosissima puella, sapientissima ac locupletissima omnium, virũ accipiat pauperem, deformem, pannosisq; indutum, quem exutis sordidis vestimentis

Introduct. in Euang.

menris, veste regia induat, & imposito illi diademate, coniux ei fiat: tum mendicus ille obstupescere incipit ac dicere: Hæccine mihi misero, mendico, abiecto & humili data est socia? Ita se Deus gessit erga hominem miserũ & abiectum: Gustare fecit illum quæ sunt alterius sæculi, aliúmque cibum suauissimum: aperuit illi gloriã, & ornamenta regia, arcana atque cælestia. Qui conferens illa spiritualia cum his quæ pertinent ad hoc sæculũ, hæc omnia respuit, siue regem videat, siue principes, siue sapiẽtes, ante oculos habens thesaurum cælicum. Et hæc quidem verba sunt sancti Macharij homil. 7. de clementia Christi erga homines, quæ sanè huic Euãgelio percommodè aptari possunt: cùm in eo Christus suæ diuinitatis & futuræ beatitudinis scintillam tribus discipulis dedisse dicatur. Adeo vt Petrus hac fœlicitate ductus, omnia paruipendens & ab-

Interpretat. & obseruat. morum.

qua eos assumeret ceteris manifestasset, ne aut ardore ducerentur videdẽdæ huius gloriæ, aut non assumpti dolerent, vt neglecti. 3. Nec tamen eorum nomina Matthæum tacuisse, quod nullũ in eis post acceptum spiritum sanctum liuor & inuidia locum haberet: licet prius cõtentiosi fuissent. Luc. 22. Ioã. 15.

Assumpsit Iesus Petrum & Iacobum, & Ioannem fratrẽ eius.

Hos tres assumpsit (ait Chrysost. hom. 57. in Matth.) 1. quia ceteris excellentiores erant. Petrus, quòd valde diligeret: Ioannes, quòd plus aliis diligeretur: Iacobus, quòd ingentis zeli fuerit, vt patet, tum cùm calicem bibere paratum se esse dixit, & magnum quiddam Herodes contulisse se Iudæis obsequium arbitratus est, si ipsum morti traderet. Act. 12. 2. Anselmus enarratione in hoc Euangeliũ. Petrus (inquit) propter primatum suum, prælatos Ecclesiæ designat. Ioannes, qui permansisse virgo perhibetur, cœlibes ac mundi contemptores præmonstrat. Iacobus verò qui supplãtator dicitur, coniugatos, & mundo licitè vtentes, quibus vniuersi electi qui cum domino in montẽ salutis ascẽdunt, significantur. 3. Tres assumpsit, vt in ore triũ staret omne verbum. Deuter. 17. 4. Non plures, vt hoc mysterium toto suæ vitæ tempore celaretur. 5. Hos verò potius quàm alios eligit, vt qui visuri essent eũ cùm à Iuda traderetur, à Iu-

Universidad de Deusto Biblioteca

Interpret.& obseruat.morum.

dæis ligaretur, quò sicut eũ aliquãdo in ignominia visuri erãt, ita nũc in gloria conspiciant. 6. Quod illi familiariores essent. In rebus enim maximis adfuerũt soli: vt in suscitatiõe filiæ Archisynagogi, Marc.5. In oratiõe passioni præuia. 7. Quod præcipui illi inter ceteros essent, Petrus princeps futurus Ecclesiæ, Matt.16. Ioannes matris Christi custos, Ioã.20. Iacob⁹ primus martyr.

Obserua nõ infimæ, aut cuiuscunque conditionis homines, sed Apostolorum præcipuos & in mõtem ascẽdere, & transfiguratũ Iesum, Mosen & Helyam loquẽtes, Patrisque de filio vocem de cælo allatã & vidisse & audiisse: quo non omnibus arcana cõmittenda diuina doceretur. Vnde ad suos, Vos estis (ait) quibus datũ est nosse mysterium regni Dei. Sic habes Mosen, Exod.24. in montem accitum, ceteros verò sub mortis pœna ipsum accedere prohibitos. Nimirum & Moses, & hi tres Apostoli prælatos Ecclesiasticos significãt, quibus mõtem diuinarũ scripturarũ, perscrutari licet: vt per omnẽ distinctionẽ. 36. decreti docet Gratianus. Proinde Sozimus Papa, anno domini 421. per epistolã decretalẽ, vetuit ordinari ad sacerdotiũ ineruditos, vt legitur distinc. 36. can. Qui disciplinis. Idem quoq; phibuit Gelasius Papa, vt patet eadem distinctione can. Illiteratos. Paulus ipse idem docet. 2. ad Tim. 3. Episcopũ, inquit, oportet doctorẽ esse.

Introduct. in Euang.

ijciens, perpetuo hic morari desiderauerit. Vnde & Christo dixerit, Bonum est nos hic esse, faciamus hic tria tabernacula, &c. Cõtigerunt hæc anno ætatis Christi 32. Mense quinto, die 23. nimirũ Iunij 24. cùm iam suis pollicitus esset, quosdã eorum, mortem non gustaturos, donec videret filium hominis venientem in regno suo. Matt.16. Quod vt impleret, eos in montẽ Tabor abduxit, qui situs est in magna planicie, in campo Esdrebon, inter Nazareth & Capernaũ, stadiorũ 30. altitudinis, iuxta Egesippũ l. 4. figuræ sphericæ & pyramidatis auibus frequẽtissimus.

Summa.

Porrò, sex hodiernũ includit Euãgeliũ. 1. Vt Christus tres ex suis in mõtẽ duxerit. 2. Vt splẽdore illustrat⁹, trãsfiguratus sit. 3. Vt ab Helya & Moyse apparẽtib⁹ & colloquẽtib⁹ illi testimoniũ redditũ sit. 4. Vt Petrus delicias huius visionis capt⁹, illic morari cupierit. 5. Vt è nube Pater

Obseruatio doctrinæ.

ter loquẽs, Christũ comprobarit, & discipulos terruerit. 6. Vt Christus erectis discipulis, hanc visionem reuelare prohibuerit.

Obseruatio doctrinæ.

D. Hilarius explanatione suã Matt. obseruat post dies sex, habitũ dominicæ gloriæ ostẽsum esse: vt sex millũ anteporibus euolutis regni cælestis honor præfiguretur: tribusq; assumptis, de triũ origine, Sem, Cham, Iaphet, futura populi electio ostẽdatur. Origenes hom.3. in Mat. aliã perscrutatur, cur post sex dies suos in mõtẽ assumpserit, mysticã rationem. Nimirũ quia in sex diebus totus perfecti numeri factus est visibilis mũdus: qui transcẽdit oẽs res mundi, potest ascẽdere super montem excelsum, & verbi gloriam aspicere. Vel vt insinuaret post sex mũdi ætates, sanctis quiescendum esse (ait Beda in Lucã cap.9.) Ambrosius verò li.7. in Lucam, 28. à Iacob visæ, colligit aliter ad Deum erigi nõ licere, nisi quis semper superna cõtineatur, & eorũ desiderio teneatur. Obserua hæreticos omnes, quod terrena, id est, aut luxuriam, aut gulam,

Interpret.& obseruat.morum.

esse. Et Malach.2. dicũtur labia sacerdotis custodire scientiam. Quod verò nec indiscretè omnib⁹ diuina interpretari liceat, d. Dionysius Areopagita epist. ad Demophilũ multis scripturis ostẽdit. Nãq; hic Demophilũ arguit, quòd nõ prouectus ad sacerdotiũ in sacra irruperit, eáque sibi publicari voluerit. Et Cyrill. Ierosolym. catech.1. monet Cathecumeno interroganti quid dicebant doctores, nihil respõdendum. Sed nũc (ait Hieronym. ad Paulinũ) cùm nulla ars sit quã oẽs passim sibi vẽdicẽt, scripturarũ tamẽ interpretationẽ garrula anus, hanc delirus senex, hanc sophista verbosus, hanc vniuersi præsumunt, lacerãt, docẽt, antequã discãt. & duxit illos in montem. 1. Vt doceret à terrenis voluptatibus in spũalem vitã euehi oportere eos, qui diuina arcana volũt agnoscere, Mat.16. Caro enim & sanguis ea nõ reuelat. Nec (1.Cor.3) animalis homo pcipit quæ Dei sũt. Hinc Philo l. de vita supplicũ, depingit Christianos carnis mortificatione sacras inuestigasse lectiones.

Excelsum. 2. Vt (Colloss.1.) Quæ sursum sũt sapiẽd⁹ (& Esa.40.) his qui Euãgelisant Syon, in mõtẽ cõtẽplationis ascẽdendũ cõmonstraret. Sic enim Greg. Nyssen. l. de beatitudine, ex figura scalæ à terra ad cælũ protẽsæ, & Dei super ea stantis, Gen. 28. à Iacob visæ, colligit aliter ad Deum erigi nõ licere, nisi quis semper superna cõtineatur, & eorũ desiderio teneatur. Obserua

Interpretat.& obseruat.morum.

vt Psychici (Tertull.de ieiunio) aut inobedientiam & superbiã sapiunt, cælestia comprehendere non posse. Idcirco Primasius l. 4. in Apocaly. eos ranis comparat: quæ vt in cœno coxant, ita illi in febre cupiditatum suarum blasphemant: & vt illę noctu, sic illi cæci in tenebris ignorantiæ suæ, strepitu molesto odibiles habentur.

seorsum.

1. Vt bonos à malis separandos ostenderet. Remigius. 2. Seorsum esse debere ab hominũ gloria eum, qui vult Dei amicus fieri, instruat. 3. vt seorsum à timore hominum eũ esse debere doceat, & qui Symon est, euangelisaturus & verã fidem possessurus. 4. Et vt denotet contemplaturos, à tumultu secularium segregari oportere. Sic dominus cùm populũ suũ ad sacrificia euocaret, ex Ægypto in solitudinẽ, Exod. 3. Abraham in mõtem, Gen. 22. Helyam in Carmelũ, Ioannẽ ad Iordanis fluenta accibat, vt & illic tutius meditarentur, seque Deo puriores redderẽt. Ptolomeus quoq; Ægypti rex à Demetrio Phalereo Bibliothecæ prefecto, de Prophetarum libris quędã audiẽs, impetratis interpretibus. 72. Iudæis, ex singulis tribub⁹ 6. quô illi fideli⁹ libros veteris testamenti in Græcã linguam verterent in insula Pharo prope Alexandriam, singulis singulas domos distribuit: in quibus omnes & singuli 72. diebus opus illud consummarunt. Cyrillus Ierosoly. catech. 4.

Et

Obseruatio doctrinæ.

vt & suprà Hylarius, per sex dies, sex annorum millia significari ait. Vel quod sex diebus mundi opera creata sint: per tempus, opera, per opera, mundũ sumendo: mũdi temporibus impletis, resurrectio (inquit) futura monstratur, vt quæ per Christi trãsfigurationem significatur.

Nemo arbitretur ex eo quod Christus transfiguratus est, assumptum habuisse corpus, aut æreum, quale Tertullianus l. de anima cap. de effigie animæ confingit: aut phantasticũ, quale Marcion Christo tribuebat. Sed illustrabatur corpus illud idem quod de virgine sumpserat. Sicut enim nõ mutata, sed illustrata sunt illius vestimenta: & nõ mutata, sed illustrata facies Mosis, cùm è mõte descẽderet, Exod. 34. ita nec mutata: sed glorificata est facies Christi. Caro scilicet (inquit Epiphan. lib. 3. tom. 2. hæres. 69. Arriom.) quæ ex Maria & ex nostro genere erat, trãsformabatur in gloriam.

Non

Obseruatio doctrinæ.

Non quòd corporis substantia tollatur (ait Hieronymus in Matth.) sed quòd gloriæ commutetur. Eodem quoq; sensu Theodoretus in Epitome diuinorum decretorum interpretatur dictum Apostoli ad Philip. 3. Expectamus dominum Iesum qui transformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Transformationẽ enim (ait cap. de Resurrect) appellauit, non mutationem in aliam formam, sed mutationem ex corruptione in incorruptionem, 1. Cor. 15.

Chrys. homil. 57. in Matth. hanc agitat quæstionẽ: Num domini & seruorum futura est in gloria, & æqualis claritas: cùm non minus quàm facies domini velut sol resplendisse dicitur, ita fulgere suos velut sol, Ecclesiast. 27. contestetur? Soluit autem nihil sole fulgidius, ideo non quia in pari gradu sint sancti cum Christo, sed quòd nihil, ne sol quidem, ad fœlicitatem etiam & gloriam san-

Interpretat.& obseruat.morum.

Et transfiguratus est ante eos.

Lucas cap. 9. d. facta est (inquit) dum oraret, species vultus eius altera: non quod, (ait Hieronymus in Matth.) amiserit pristinam formã & speciem, sed propter claritatis vultus eius immensitatem.

Et resplẽduit facies ei⁹ sicut sol.

1. Claritatem vultus Christi propriore similitudine explicare non potuit, quàm solis. Quid enim eo lucidius? 2. Hoc Christus se iusticiæ solem, Ioan. 8. 3. Se eum qui illuminat omnem hominem, Ioan. 1. 4. Se ab omni macula purum, Ioan. 10. docebat. 5. Et futuræ suæ resurrectionis exemplum dabat: vt cuius tandem dum pateretur faciei non esset aspectus: qui vt leprosus credi poterat. Esa. 53. ipsa resurrectionis die se ab his expurgare immũdiciis posse testaretur.

vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix.

Lucas haber. Vestitus eius albus & refulgens. Marcus, facta sunt (inquit) splendentia & candida qualia non potest fullo super terram facere. 1. Vt exuberantem in se diuinitatis gloriam testaretur, quæ etiam in vestimenta, non in solam verò carnem deriuaretur. 2. Vt ne animas tantum, sed & corpora, immò sanctorum vestimenta illustranda doceret. 3. Ne quid in sanctis, immò ne indumentũ quidem non magni faciamus.

Obseruatio doctrinæ.

ctorum conferri possit. De resurgentium corporum gloria vide Cyril.Catech.18.

De reliquiis honorandis.

Non possumus sanè non mirari cur in sanctos obmurmurent Vigilantiani, simúlque Samaritani nostri Caluinistæ & Beszani, aut potius Atheistæ, nullam reliquiis à Deo inditam virtutem esse. Cur non vident 4. Reg. 12. contactu oscium sepulti Helysæi mortuum reuixisse? Quippe exẽplum illud adfert Cyrillus Catech. 18. vt probet sanctorum corporibus virtutem inesse. Et vt non ipsi suo marte loqui videantur, quin audiunt aliquem ex illis antiquis Ecclesiæ patribus potius loquentem, quàm Caluinum aut tumultuosum Beszam? Nã si aut de corporibus, aut de indumentis, aut de his quæ circa indumenta sunt differendũ est, vnde tu Diabolo dote in Dei sponsam despumas? Chrysost. quidem tomo 4. homil. 27. in 2. ad Corin. epist. cap. 1. Sanctorum (inquit) ossa dæmones sistunt ac torquent. Et Damascenus lib. 4. de fide orthodo. cap. 16. Fontes (inquit) nobis salutares reliquit dominus sanctorum reliquias, multimoda beneficia scaturientes. Quis illud non credat? Si enim ex rupe & firmo saxo aqua in hæremo prosiluit volente Deo, (Exod. 17. & Nume. 20.) & Iudicum. 15. ex maxilla asini Sansoni sitienti: ex martyrum reliquiis vnguentum suaue, olens, emanare incredibile est? Abdias vtique libro hist. Apostol. 9. refert Mesdeum dæmoniaci filij collo stercoris aliquid, supra quod D. Thomæ Apostoli reliquiæ iacuerant, appendisse, eóque remedio, statim eum sanatum esse. Refert Lucas Act. 5. b. Vmbra Petri sanatos infirmos. Act. 19. b. sudariis & semicinctiis Pauli, ereptos omnes qui grauissima infirmitate laborabant. En Hagiomachi Atheistæ non à patribus tantum qui Apostolis successerunt, sed & ab ipsis Apostolis argumẽta ducimus. Quid vos, cùm de Christi veste tractat Euangelista quæ Hemoroyssa sanata est: cuius in memoriam, statuam ipsa apud Cæsaream Panneas eleuauit? Nolo hic de Babile martyris ossibus, quæ

Delphici

Obseruatio doctrinæ.

Delphici Apollinis oraculo os obstruerunt, proloqui, vt Chrysost. tom. 5. lib. contra Gentiles. Nicepho. lib. 10. histo. Ecclesiast. cap. 10. Et Cassiodorus histor. tripart. libro 6. cap. 31. narrant. Hoc tantum statui volo, & Deum corpora, eundémque vestes paruulorum è fornacis igne eripuisse: eundem in Christo corpus & vestimẽta in ipsa transfigurat.ione honorabilia docuisse, & proinde martyrum reliquias honorandas esse. Sed de his aliquãdo (Deo dante) fusius. Si quis e contra nitatur, infidelis est. Hierony. tom. 1. libro de viro perfecto.

Obseruatio doctrinæ.

An verè apparuerint Moses & Helyas, & num mortui redire possint?

Et si hæc quæstio aliquando à nobis poterit vberius tractari, præsens tamen materia requirit, vt de ea aliquid explicemus. Falluntur vtique permulti qui Deum sic adstringunt, eúsque certis legibus alligant potentiam, vt rediuiuos reddere nequeat (certo scilicet quodam priuilegio) eos qui defuncti sunt, si quos nimirum voluerit rediuiuos esse. Siquidem hic nolim disserere de Saül suscitato à Phitonissa Samuele. 2. Regum 28. cùm de eo aliter sentiat

Interpret. & obseru. morum.

Et apparuerunt illis Moses & Helyas.

1. Vt medium se inter legem & Prophetas doceret, Hilari[9] in Matt.
2. Vt mortuorum & viuentium Deus cõprobaretur. Mortuus enim erat Moses Deut. vlt. Helyas viuus 4. Reg. 2 Chrysostomus homil. 57. in Matth. 3. Vt in vtroque quadragesimale ieiunium commendaret, quod & vterque obseruauit. Exod. Hieronym. parte 1. epist. tract. 2. epist. 2. in Hæres. Iouiniani cap. 40.
4. Vt clerum in Mose secularem in Helya Carmelita monachatum commendaret: ab eo enim coadiutores Apostolorum Carmelitæ descẽderunt. Ioseph Anthioch. in speculo. 5. Vt subijceret impudentiam Pharisæorum qui eum Mosi & Prophetis contrarium dicebant. 6. Vt Iudæorum opinio refutetur, qui eũ aut Helyam aut Ioãnem, aut vnum ex Prophetis esse dicebant.
7. Vt in Mose nuptias, in Helya virginitatem commendaret.

Interpretat. & obseruat. morum.

8. Vt in vtroque zelum pro domo domini commendaret, quo Moses Ægyptium sabulo inuoluit. 3. Reg. 17. Helyas Achab. 4. Reg. & Ochoziæ restitit: & in quinquagenarios ignem de cælo euocauit. Chrysost.

Porrò Obserua Christum ab antiquissimis & probatissimis patribus, testimoniũ accipere quòd Messias sit: Idémque docere in reliquis quæ fidem cõcernunt suo exemplo faciendum esse. Siquidem (inquit Vincentius Lyrinensis) in ipsa Ecclesia vniuersitatis pariter & antiquitatis consensio spectari debet. Quid enim & si de aliqua modica quæstione disceptatio esset, nonne oporteret ad antiquissimas recurrere Ecclesias, (Ireneus) in quibus Apostoli conuersati sunt? Sic Gregorius Nãzanzenus, & Basilius magnus ex maiorum scriptis & authoritate, Theologiam didicerant. Et Sisinius Nectario consulebat vt contra hæreses testimonium ex traditione veterũ adhiberet. Vbi enim carismata domini posita sunt, ibi discere oportet veritatẽ, apud quos est ea ab Apostolis Ecclesiæ successio. Vincentius Lirinensis aduersus hæres. Ireneus libro 3. cap. 4. & 45. Eusebius histor. Eccles. lib. 11. cap. 9. Histor. tripart. lib. 9. cap. 19. Nicephor. lib. 12. cap. 15.

cum eo loquentes.

Videbant in maiestate, ait Lucas, & dicebãt excessum quem completurus erat in Ierusalem. Excessus quippè

Obseruatio doctrinæ.

Iustinus quæst. 52. ad Orthodoxos, quam Iesus Sirach qui ait Eccles. 46. Samuelem post mortem prophetasse, vt aliqua accedat vtriusq; conciliatio. Sed ne hoc tantum mihi argumento esse putetur, refert Matthæus post Christi passionem resurrexisse plurimos, & multis apparuisse, testimoniúmque Christi resurrectionis dedisse, Matth. 28. Si vera testimonia sunt, vtique & veri testes sunt: non autem in phantasmate exercitati. Habemus eorum testimonia fusius deducta in Nichodemi Euangelio. Habemus mortuos suscitatos, verò nõ phantastice. Et si quis hoc obstrepat diuino factum priuilegio, fatemur quoque conditos defunctos in mundum reuocari posse. Nec quoque Christus dictum refert diuiti non posse eum ad fratres reuertisi, sed habere eos Mosem & Prophetas. Luc. 16. Et vt ad Mosen redeã: defunctus ille erat, & tamen apparet, loquitur, & de Christo testatur. Vnde de Pro-

Obseruatio doctrinæ.

de Procopius Gazeus in Genesim cap. 18. Non mentitur (ait) diuina scriptura dicẽs: Helyas visus est, & Moses: corporibus amicti apparuerunt, quamuis anima vbi decesserit corpore, sola, & corpore nudata degat. Hinc Chrysost. homil. 57. in Matth. Christum colligi infernorum dominum censet, quod mortuus apparuerit. Hinc Hilarius Christum medium esse colligit inter legem & Prophetas. Hieronymus quoque Helyam superne venisse dixit: Moysen verò inferne. Hinc quoque Hylarius, præmonstratam mortuorum resurrectionem ostendit. An non scilicet quia verè Moses ille mortuus apparebat, præsens erat & loquebatur? Tertull. ipse fusissime docet hoc lib. 4. in Marcionem per Abacuc & Zachariã prædictum fuisse. Deum quoque iam olim id pollicitum Moysi fuisse Exod. 33. cùm diceret, Posteriora mea videbis. Vnde & verè Mosem adfuisse hic

Interpretat. & obseruat. morum.

quippe maximus fuit mors & passio Christi. Excessus amoris: Maiorem enim charitatẽ nemo habet, quàm vt, &c. Ioan. 10. Excessus tormentorum Threno. 3. & 4. Excessus Iudaicæ ingratitudinis. Esa. 5.

Respondens autem Petrus dixit ad Iesum, Domine, bonũ est nos hîc esse.

1. Omnium temporalium obliuiscitur. 2. E scintilla diuinæ fœlicitatis, prælibat melius esse habitare in domo domini, quàm in tabernaculis peccatorum. Quanta igitur erit suauitas & dulcedo videre regẽ in decore suo, & interesse choris angelorum & omniũ sanctorum? Remigius.

Si vis, faciamus hîc tria tabernacula: tibi vnũ, Moysi vnum, & Helyæ vnum.

Sui nec condiscipulorum meminit, vt qui cum magistro morari speraret. Errat porrò in multis, vt Hieronymus, Chrysostomus, Anselmus, Euthymius, & Beda obseruãt. 1. Quia canit ante triumphum, & ante conflictum quiete gloriæ donari sperat. 2. Quod in terra tabernaculum Christo statuat, cùm intratur' esset in id quod nec factũ, nec huius creationis foret: immò hîc ciuitatem permanentem nõ habeamus. Hebr. 13. 3. Quia tria tabernacula quærit, quasi non vna Ecclesia Christum & Prophetas accipiat. 4. Quod seruos, Helyam sci-

Universidad de Navarra Biblioteca

Interpretat.& obseruat.morum.

licet & Mosen Christo adæquare velit. Et ante mortē fœlicitate donari putat.

Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida & obumbrauit eos.

Qui carnale ex frondibus aut tētoriis quærebant tabernaculum, nubis lucidæ operiuntur vmbraculo (ait Hieronym⁹) vt doceātur quod adhuc nubes posita sit super oculos eorum: qua videre dominum sicuti est, non possunt. Non hæc tenebrosa erat sicut in Syna, sed lucida: quia terrere non volebat, sed docere. Chrysost. homil. 37. in Matth. & Euthymius.

Et ecce vox de nube dicens.

Quamobrem vox de nube? 1. vt discipuli crederent quod à Deo hęc vox erat. Semper enim apparere solet Deus in nube, Psal. 103. Ponis nubem ascensum. Et Exod. 19. Sicut & scriptum est Psal. Nubes & caligo in circuitu eius, Chrysostomus.

2. Aut quia domini maiestatem ferre non potuissent. Ideo loquitur in nube.

Hîc est filius meus dilectus.

οὗτος ἐστὶν. Hîc reuera: nos enim per adoptionem: ipse autem solus per naturam. Cyrillus Catech. 7.

Filius.

Cui dixi, Ex vtero, & ante luciferum genui te: ceteros enim feci in tempore & creaui. Genes. 2.

meus.

De mea substātia. Deus de Deo, lumē de

Obseruatio doctrinæ.

comprobat. Quæsierint fortasse nonnulli quomodo Petrus Mosem & Helyam cognouerit, cùm eos nusquam prius vidisset. Tertullianus libro 4. aduersus Marcionem, quomodo (inquit) Mosen & Helyam cognouisset nisi in spiritu? Nec enim imagines eorum & statuas populus habuisset, & similitudines, lege prohibente, nisi quia in spiritu viderat. Theophilactus quoque in Matth. non cognouerunt (ait) eos à liniamentis facierum, quia imagines hominum facere tunc impium videbatur. Videtur igitur quod ex sermonibus quos inter se conferebant agnouerunt eos. Fortasis enim alter dicebat nempe Moses, Tu es cuius passionem præfiguraui, occiso agno. Num. 7. Alter autem Helyas, tu es cuius resurrectionem præfiguraui in viduæ filio (2. Reg. 17.) Hæc ille Euthymius cap. 34. in Matth. cap. 17. Dicimus inquit, quod ex libris

Obseruatio doctrinæ.

libris quidam vetustiorum Hebræorum species insignium virorum posteris reliquerant, quas legentes, inde eos agnoscebant. Verisimile quoque est ex traditionibus viua voce traditis, in memoria habitas fuisse illorum species aut figuras. Hæ sunt patrum de ea cognitione rationes, quas & recentes authores sequuntur. Porrò hinc discimus nos, cùm decesserimus nostros agnituros, cùm etiam Lazarum diues epulo, in sinu Abrahæ viderit, Lucæ 16. Idémque Plato in Timeo. Et Platonicus Virg. idē. 6. Æneidos de mortuis vt vt cetera omittam, sentiat.

Obserua dominum in nube apparere, vt speciem rerum visibilium commendet, qua ad inuisibilia erigamur. Rom. 1. Proinde nec contemnendas esse imagines quæ nobis pia & diuina in memoriam reuocant. Quid enim nubes ista lucida aliud, quàm Dei maiestatis imago?

Interpret.& obseruat.morum.

mē de lumine. Ceteri enim nō in eo gradu mei sunt quo iste. dilectus.

In quo & mundum mihi inimicū (Rom. 5.) dilexi (Ioan. 3.) Cuius vna & mea est dilectio, Spiritussanctus ab vtroque procedens.

in quo mihi benè complacui.

Quasi dicat. Quid times de Iesu, Petre? Filius est meus, in quo mihi complacitū est, Hoc est, in quo requiesco, in quo oblector, vt in vnanimi & æquali mihi. Ne ergo illum Iudaicum furoré timeas. Quātumcumque enim diligis, non adeo diligis vt ego. Euthymius, Chrysost.

ipsum audite.

Finis enim legis est. Rom. 10. qui docturus est omnia. Ioan. 4. Quem vt se audiendum Moses monuerat.

Et audientes discipuli, ceciderunt in faciem suam & timuerunt valde.

Faciebāt ad timorē, non vox tātū qualis in Iordane cū tonitru quoddā factū est. Ioan. 12. sed & terrore plena trāsformatio. Mortui Mosis collocutio, absentia demū, Nubes, Montis altitudo magna, profunda, solitudo, ac multum silentium.

Et accedēs Iesus tetigit eos dicens: Surgite, nolite timere.

Pastor oues recreat. Quasi dicat: Nondū omnia impleta sunt: hęc tātum meæ gloriæ scintilla est, ante cuius maiorem manifestationē humiliari oportet. Quid timetis cùm Deū vobiscū habeatis, & redēptorē?

Interpret. & obseruat. morum.

Leuantes autem oculos, neminẽ viderunt, nisi solũ Iesum.

1. Quia solus ille filius dilectus.
2. Quia solus finis legis & Prophetarum. 3. redemptor. 4. caput. 5. & Ecclesiæ fundamentum.

Et descendentibus illis de monte, præcepit Iesus dicens, Nemini dixeritis visionem, donec filius hominis à mortuis resurgat.

1. Quia nec ea persuaderi possent, si rudioribus discipulis dicerentur.
2. Et his exasperarẽtur Iudæi.
3. Aut Christus suam gloriã quęrere videretur.

Obseruatio doctrinæ.

Sic & in nube lucida implesse dicitur maiestas domini templũ Salomonis. 3. Reg. 8. & montẽ Syna. Item quid vox ista articulata, nisi imago diuini illius verbi? Nec enim Dei vox organica & articulata est. Vox domini confringentis cedros libani. Vox domini super aquas, Deus maiestatis intonuit. Iconomachi ergo videãt quò tendant, dum imagines euertunt: nimirum Deum arguere volunt, quòd nostro sensui captui accommodans per res sensibiles, insensibiles & diuinas nos docuerit. Sed de his fusius libro nostro de imaginibus.

ORATIO.

DOmine sancte & sapientissime pater, qui filio tuo in monte transfigurato, testimonium reddidisti, illius quoque excelsus testes Moysem & Helyam deputasti, beatitudinis quoque illius futuræ scintillam edidisti: da vt affectu terrena hæc relinquentes, omnino cælestia spiremus, & in montem gloriæ tuæ rapti, filio tuo vnigenito fælicitate æterna donati perfruamur. Per eundem dominum nostrum. Amen.

FERIA

FERIA II. POST SECVNDAM Dominicam quadragesimæ.

Euangelium scribitur Ioan. 8.

Dixit Iesus turbis Iudæorum, Ego vado & quæretis, &c.

Introductio in Euangelium.

Sollicitus de ægroto medicus, omnem tentat restituendæ saluti viam: & vbi leuiora remedia non prodesse perspicit, acriora admouet, cauterium nimirum, sectionem, vstulationem: ait Cyrillus Alexandrinus lib. 5. in Ioannem cap. 22. Atque vti nec sibi credere, nec suis obtemperare consiliis ægrotum videt, sed in peius labi, ob intemperantiam, tum illum sicut desperatum relinquit. Ita sanè dominus Iesus, vbi mentes Iudæorum induruisse videt, nec leuibus, acribusue suis monitionibus allici conijcit,

Interpretatio & obseruatio morum.

Ego vado.

1. AD mortem, vt doceat primùm se suam mortem præscire, Matth. 20. deinde, quòd suæ voluntatis, non illorum virtutis sit crux: vt Ioan. 10. ait Euthymius, Theophilact. August. & beatus Thomas Aquinas obseruant. Christo enim domino, mors, perfectio fuit, & nõ discessio. August. tract. 38. in Ioannem. Proficiscebatur enim carne, qui non erat discessurus diuinitate. Sponte quoque docebat Christianos mortem obire pro fide, Matth. 10. Act. 5.

2. *Ad Patrem* vt lux ad solem, humor ad radicem, sanguis ad cor, flumina ad mare, pater ad filium: demum, vt possessor fiam regni, & cælestis ecclesiæ, necnon & quietis Cyril. Alexandrin. Quid enim in Christum moliebãtur Iudæi, quod regnum ipsius æternum interrumperet? Adstiterunt reges terræ in

Interpretatio & obseruatio morum.

Christum, Psal. 2. Sed Psal. 119. Dixit Dominus Domino meo Christo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum. Discamus igitur & nos nihil in Christum statuere, sed nec more gigantum cum Deo pugnare.

Et quæretis me.

1. Hîc vobiscum mortalē: Armis primùm & fustibus, in horto. Deinde, falsis accusationibus corā Caipha, Pilato, & Herode.

2. Morte finitum: in sepulchro primùm per custodes, ne resurgam, deinde, dum vos miseriæ inuoluent circumuētos Romanis, Luc. 19. postremò, In iudicij die, cùm videritis iudicem.

1. Nec enim quærēdus armis Deus qui homicidæ diabolo aduersatur.

2. Nec technis mendacij, cùm sit Deus verax, Num. 24. hæretici mēdaces. 3. Non militibus obsidenda Ecclesia, vt nec olim sepulchrum: Sic enim eum quæsierūt omnes hæretici nec inuenerunt.

4. Non coacta, & nimis sera pœnitentia vt Esaü, Malac. 1. a Saül. 1. Reg. cap. 15. Anthiochus & Iulianus Ægypti præfectus, vt docet Nicephorus lib. 10. cap. 29.

Et in peccato vestro moriemini.

Com-

Obseruatio doctrinæ.

proximam ruinam illis prædicit. Habita sunt autem hæc verba ab ipso domino Iesu, anno ætatis illius 32. mensibus 8. diebus 26. elapsis. Septembris 22. Ipso die sabbati, quo & adulteram absoluit, & cæcum natum illuminauit.

Summa.

Hoc verò Euangelio 1. comminatur Iudæis mortem æternam. 2. rationem reddit quæ eos, ne ipsum agnoscant, remoratur. 3. suam quoque diuinitatem prædicat.

Obseruatio doctrinæ.

Quæretis me & non inuenietis, non pugnat cum eo. Quærite & inuenietis. Et enim inueniūt, qui rectè quærunt: nō qui cū Iuda & Iudæis, ait Origenes. tomo 18. in Ioannem. Vnde Esaias, cap. 52. Quærite dominum dum inueniri potest. Ne peccata nostra diuidant inter nos & Deum. Dupliciter quis in pecca-

Obseruatio doctrinæ.

in peccato moritur, aut ratione peccati, aut respectu peccantis. Nam in peccato morimur, respectu peccati, si 1. aut in fidem peccamus per blasphemiam, quod peccatum est in Spiritum sanctum: 2. aut ad mortem vsque obdurati in quouis mortali peccato persistimus, vt ait Gregorius, moralium lib. 16. cap. 31. Porrò respectu peccantis moritur quis in peccato suo, 1. aut corporaliter, vt fures & rei omnes, cùm morte mulctantur, ob facinora. 2. aut anima: sic impius ille latro in cruce, & omnes damnati. Omnibus autem hisce modis moribundos Iudæos Christus prænunciat. Emouet hîc quæstionem Origenes tomo 18. in Ioan. Dato quod Christus se interficeret, num fieri posset vt Iudæi non abeant morientes, ad hos qui se peremerunt.

Soluit autem, tum ex opi-

Interpretatio & obseruatio morum.

Commiserunt enim Iudæi peccatum ad mortem, De quo Matth. 22. & Ioan. 5. quod in Spiritum sanctum vocat Christus, non remittendū, nec in hoc sæculo, nec in futuro. Vt expendit in hūc locum Origenes. His enim irremissibile peccatum est, qui (vt ait Hierony. trac. 2. 2. parte epistolarum, epistol. 22. ad Marcellam) cùm in virtutibus videant opera Dei, calumnientur, & clamitent dęmonis esse virtutem: quod peccati genus, sanguis, Esa. 4. dicitur, vt docet Basilius in hunc locum. Peccatum quippe in ea quæ sunt fidei, irremissibile est: cùm sine fide impossibile sit placere Deo. 2. Est ad mortem. Ioan. 3. Quoniam qui non credit, iam iudicatus est. 3. Est & in Spiritum sanctum: cùm spiritusancto locuti sint sancti Dei homines. 1. Pet. 2. qui nobis fidei simbola tradiderunt. Ideo Iudæis incredulis, & Christo semper aduersantibus dicebat Stephanus Act. 7. Vos semper restitistis Spiritui sancto. Quamobrem vt peccantibus in Spiritum sanctum, moriemini (ait Christus) in peccato vestro. Quasi dicat, iuxta Cyrillum Alexandrinum. Perpetuis addicti pœnis, æternæ vitæ exortes, semper secundam mortem acerbissimè feretis. Quibus verbis etiam quæ tandē eos à Romanis mansura sint tormenta, prænunciat.

Interpret.at.& obseruat.morum.

Cyrillus Ierosolymitanus Cath. 2. contemplatur & examinat Dei benignitatem, qui modis omnibus etiã obduratos reducere voluerit: adducens in medium Cayna increpatum à Deo: (Gene.4.) cẽtum annis compactam arcam Noë, quod data inquit opera distulit, concedẽs pœnitentiæ indulgentiam, si tum pœnitentiam egissent. Immò & tum edebant, bibebant, & nuptui tradebant, vsque ad eum diem quo intrauit Noe in Arcam, & non cognouerunt donec diluuium tulit omnes Marth.24. Luc.17. Gen.7. Quoties verò post modũ suos Israëlitas per Prophetas admonuit, vt cauerent sibi, pœnitentiam agerent, recederent ab Idolis & nouo cultu? Sed vt dicit Micheas cap.1. Planctum fecerũt velut draconum & luctũ quasi struthionum. Vnde quia non attenderunt voci domini, vt pœnitentiam agerent, mãcipati sunt sub iudicibus captiuitati Moab. Iud.3. Ahódq; mortuo, addicti in ius Iabin Chananæi, Iudic.4. Madianitarum, Iudicum 6. Philistinorum, Iudicum 13. multarúmque aliarum nationum. An non verò quòd primum Dei sui cultũ abiecerunt, apud Babylonios à Nabuchodonosor. Assyriósque à Salmanasar Iudæi captiui ducti sunt? Testis est Iosephus libro 17. de bello Iuda. c. 27. paulo ante excidium Hierosolymitanum auditas voces clamantium, fugiamus hinc: & tantam inualuisse Iudæorum malitiam, maximè in Christi iusti occisione, vt hæc illis mala meritò obuenerint. Eusebius verò Ecclesiast. suæ histor. lib.8. cap.1. rationem earum calamitatum quæ Ecclesiæ sub Diocletiano obuenerunt, sumit à moribus deprauatis. Nam quicquid nobis eueniat mali, à peccatis nostris pendet, seu pluuiæ, siccitates, aut fulmina, vt docet Basilius in cap.11. Esaiæ. Timeamus ergo ne dicat Christus idẽ quod Iudæis, & nos deserat.

Et quò

Obseruatio doctrinæ.

De quo Psaltes. Anima mea in manibus meis.3. Aut se non secuturos Iesum si seipsum perimeret, dicebant: quod sibi illius exemplo non essent manus violentas illaturi. Quicquid sit, ridet Christum, aut vt fatuum, aut vt reprobum, risu sanè sardonico, qui secum habent vnde torqueantur: cùm intus ipsi pleni sint dolo & rapina. Matth.23. Adeo Euangeliũ sit odor vitæ credentibus, & mortis, illudentibus 2. Cor.2. Et prædicamus Iesum crucifixum: Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam & ignominiam. 1. Cor. 1. d. Apollinaris malè suscipiens verba Christi, quibus se de supernis esse locis, nõ autem de mundo asserit, audet dicere corpus domini non fuisse de hoc mundo, sed desursum cælitus descendisse. Quasi verò & Apostoli quibus à domino dictum est, vos de mundo non estis, omnia sua corpora cælitus obtinerent. Soluit verò quicquid

Interpret.& obseruat.morum.

Et quò ego vado, vos nõ potestis venire.

Poterant mori & crucifigi, sed non tandem gloria donari: cùm nihil inquinatum intret in regnum cælorum, nec merces sit ante meritum, corona ante legitimum certamen, quies nisi post laborem, visio Dei clara, nisi post fidẽ. Vnde probè ait (vos) ad Emphasim, scilicet Iudæos incredulos allocutus, non Apostolos: aut qui in eum credituri erant.

Dicebant ergo Iudæi: Nunquid interficiet semetipsum?

1. Vt se liberet à manibus nostris.

1. Cleopatra quippè, vt se à manibus Augusti Cæsaris cum triumpho eriperet: & Saül, ne in manus incircuncisorum veniret, Itémq; Achab, se perimerunt.

2. Et quia Messias traditurus est in mortem animam suam, ipse se interficiendo Messias vocetur.

3. Aut quia creditur esse Ioannes, aut aliquis ex Prophetis, denuo aliã μετεμψύχωσιν faciat. Origenes.

2 De animarum enim in alia corpora transmigratione, opinio fuit antiquissima Pitagoræ, & aliorum permultorum.

3. Vt hinc ad dæmoniorum principẽ pergat, perpetuis ignibus deuouendus?

Damnantur enim qui se perimũt Act.1. vt Iudas.

4. Vt se Deum esse populo per-

Interpretatio & obseruatio morum.

suadeat, discipulis corpus eius furantibus & celantibus? cùm eo modo Roma suum Romulum, & Nẽbrotum sui senatores Deum fecerint, vt narrat Ioan. Amnius in Berosum.

Sic Deus immortalis haberi Dum cupit Empedocles ardentem frigidus Æthnã, Insiluit. Et Iulian⁹ saucius se in flumẽ inijcere voluit. Nicephor. lib. 10. cap. 37.

Quia dixit: Quò ego vado vos non potestis venire

Rectè dixerat, quò ego vado, (vt obseruat August. in tract.) non quò itur ad mortem: sed quò ipse ibat post mortem. Sed & si de morte sua intellexisset, se voluntariè quidem mori, non tamen se interfecturum docebat.

Tales videas hæreticos. Hi enim absurda multa in nos inferre videntur propter verba Christi & Ecclesiæ, quæ tamen ab his quæ posita sunt, nullam consequentiæ vim habent.

Et dicebat eis: Vos de deorsum estis.

Obseruatio doctrinæ.

in hæc verba objcitur Paulus, ad Philippen. 3. d. cùm ait, nostram conuersationem in cælis esse. 1. Corin. 2. b. Nos enim spiritum huius mundi non accepimus, sed spiritum qui ex Deo est. Ioannes quoque 2. epist. cap. 4. a. Multi pseudoprophetæ (inquit) exierunt in mundum: ipsi de mundo sunt: ideo de mundo loquuntur. Vbi loquitur de mundo, sapere quæ sunt mundi docet, in mundo interpretandum, non pro quere, sed quæ sunt mundi, id est carnis, amplecti. Christus igitur est quidem de mundo, si veritatem humanæ naturæ spectes: si autem corruptionem mundi, de mundo non est. Theophilactus in Ioannem & Niceph. lib. 11. histo. Eccles. cap. 13.

O curuæ in terras animæ, & cælestium inanes. Nimirum affectus illorum terreni. Cogitationes illorum non afflatæ diuino spiritu, sed carnis imbecillitate:

ego de supernis sum.

1. Quia prudentia eius cælestis fuit ac diuina vt tandem docebit

Interpretatio & obseruatio morum.

cebit Euthymius. 2. Quòd spiritus domini super illum. Esa. 61. quo vnctus, Act. 10. non nisi quæ diuina sunt loquatur.

Vos de mundo hoc estis: ego non sum de hoc mundo.

Mundum hîc dicit (ait Euthymius) mundanam ac terrenam prudentiam, de qua Paulus, 1. Corin. 1. Non cognouit mundus per sapientiam Deum. Ioan. 1. Et mundus eum non cognouit.

Sic enim dicitur spiritualis sapientia. Ioan. 6. Spiritus viuificat. Et Galat. 5. Spiritu ambulate: & caro carnalis. Ioan. 6. Caro non prodest quicquam. Matth. 16. Caro & sanguis non reuelauit tibi. Hæc ergo domini verba sunt, ac si dicat: Ego non sicut vos sapio, vt meipsum interficiam. Nemo quippè diuina sapientia præditus, quibusuis circumueniatur malis, sibi manus violentas infert. Theophilactus.

Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccatis vestris.

Obseruatio doctrinæ.

Obserua verbum Dei nemini parcere, nec personam accipere. Vides enim vt nude loquatur Christus, moriemini in peccatis vestris. Ita Helyas ad Achab 3. Reg. 21. Sanguinem tuum lingent canes. 4. Reg. 1. Et ad Ochozjam: de lectulo super quem ascendisti non descendes. Et cap. 38. Esayas ad Ezechiam: dispone domui tuæ, quia morieris. Audacter sanè videntur illi principes allocuti, nec reges pertimuisse. Ecc. 48. Sicut nec Christus Iudæorum primates

Interpretatio & obseruatio morum.

1. Ea verba denuo repetit Christus, vt quod prima exhortatione eorum mentibus nõ inhæserat, saltem secunda aut tertia infigatur. Ita enim faciunt (ait Cyrillus Alexand. in hunc locum) qui duræ ceræ annituntur imprimere formam sigilli. Quod enim primo conamine non effecerunt, secundo aut tertio perficere nituntur. Nisi vsque adeo dura sit, & formæ reluctans materia, vt eam omnino non admittat. Qualis erat Iudæorũ animⁿ, qui nec prima, nec secũda admonitione emollitur. 2. Porrò moriemini (inquit) in peccatis vestris, cùm prius dixerit, in peccato vestro: ex vno infidelitatis peccato, multa, immò omnia scelera enasci docens. Vt in Israëlitis patuit, qui increduli,

Interpretatio & obseruatio morum.

modò vitulum adorant, modò super manna nauseare, Num. 12. Modò lapidibus Mosen obruere volunt, & adulteria cum Madianitidibus committunt. Numer. 20.

Peccata ergo omnia ex vno peccato infidelitatis prodire patet in idololatria, quæ hinc emersit: immò, quòd Roma. 1. tradidit Deus infideles in desideria carnis eorum. Vnde Gentiles spurcissima etiam vitia pro diis habuerunt Theodoretus affect. Græcarum sermone de fide & diis. Immò vt ad hæreticos veniamus, quæ non facinora in illis patrat infidelitas? Arriani Alexandriæ virgines nudarunt, regis admouerunt: vt testis est Athanasius apoll. de fide sua. Lucius ibidem fecit, vt denudatæ circumagerentur, constuprarentur, clauis in caput diuerberarentur, nec sepulturæ corpora mandari permitterentur. Super altare saltaret puer in vestitu fœmineo, obscenius prædicator, pudendis nudatis, ob scena omnia in throno intonaret (ait Petrus Alexandrinus epist. de ea re ad Episcopus.) Vide Circumcellionum scelera apud Augustinum epistola 22. ad Victorianum. Immò quæ non Anabaptistæ, Lutherani, Caluinistæ, vt & Hussitæ patrarunt?

Si enim nõ credideritis quia ego sum.

Obseruatio doctrinæ.

& Pharisæos: sed verbum domini tãquam fax ardens. 3. Reg. 19. & vt malleus cõterens petras. Olim scilicet dura animaduersio Episcoporum ad reges dirigebatur vt & Babyle Episcopi Anthiocheni ad Numerianum præfectum. Nicephorus (lib. 10. cap. 28.) & Maris Calchedonensis cæci ad Iulianũ Apostatam. (Nicephor. lib. 10. cap. 20.) Necnon Basilij ad Valentem (lib. 11. ca. 18.) Ambrosii ad Theodosium. Sed hebescit nunc zelus Episcoporum: minima quidem vindicant, sed in maximis mutescunt. Docet Christus ex fide personas probandas, non fidẽ ex personis (Tertull. lib. de præscript. in hæret.) Nam & celeberrimi Iudæorũ primores, gens olim sancta & populus acquisitionis, morti æternæ deuouentur, quod non credant, qui alioquin credẽtes, vitæ fierent participes æternæ. Instruit quoque fidem omni cognitione esse validiorem: cùm Iudæis tantum

Obseruatio doctrinæ.

tantum quæ sunt deorsum, & de hoc mundo (vt nunc dixit) sapientibus: Eáque de re in humilitatem Christi sic prospicientibus, vt omnino Deum esse eum diffiderent, immò neque Messiã esse arbitrarentur: credẽdum tamen quis est admonet. Nimirum (ait Greg. Nyssenus l. de differ. essentiæ & hipostas. quod & Basilio ad Greg. fratrem epist. 43. adscribitur) vt in illis, quæ oculis apparent, experientia validior, quàm vt cõtradici possit, videtur: ita in supereminentibus, captúmque nostrum superantibus doctrinis, potior ac firmior est fides, perceptione ea, quæ per ratiocinationes conciliatur.

Interpretat. & obseruat. morum.

Id est, nisi me Deum esse confessi fueritis. Habet enim vim modus hic loquẽdi, ego sum, quem Cyrillus in Ioannem, & Iustinus apologia in Gentiles obseruant: cùm dominus ad Mosen se ita nuncuparit: Ego sum qui sum, (Exod. 3.) & apud Psaltem, Tu autẽ idem ipse es. Soli enim Deo esse maxime conuenit, quò & diuinioris se naturæ docebat Christus. Orig. tom. 18. in Ioan.

Moriemini in peccatis vestris.

Accedẽtem enim ad Deum, oportet credere quia est. Heb. 11. Ceterũ, ne dubium anxio hęc à Christo animo prolata esse. Repetitio enim hęc habet commiserationem: vt Matth. 23. Hierusalem, Hierusalem: q. d. Vobis sanè Iudæi celare non possum, quæ tandem ob infidelitatem vestram vobis euẽtura sunt. Sic cõpatiens Sodomæ & Gomorrhæ dicebat dominus ad Abrahã, Gen. 18. Num celare potero Abraham, quæ gesturus sum? Immò tanto frequentius repetit morituros eos in peccatis, quanto magis obduruisse, & au- flens aliquando dicebat (Luc. 19.) res continuisse videt. Vnde Quoniam si cognouisses & tu, &c. Ceterum (vt cum Cyrillo loquar lib. 5. in Ioan. cap. 23.) non solis putemus Iudæis hanc à domino comminationem esse factam, quod si in eum non crediderint, morientur in peccatis suis: sed & nobis, si non crediderimus aut obdurauerimus corda nostra per impœnitentiam. Sic enim thesaurisamus nobis iram in die iræ, Rom. 2. Et quoniam in prouerbiis ait sapiens (prouerb. 19.) pestilente flagellato, stultus sapientior erit. Et rursum alio loco (prouerb. 20.) Mulctato sapiente, sapientior erit paruulus: Ex incredulitate Iudæorum & iudicio in quod propter eam inciderunt, capiamus exemplum

Interpretatio & obseruatio morum.

effugiendi tam graue malum: nostrámque inde salutem operemur. Dum tempus habemus operemur bonum, vt monet Apostolus, (Galat. 6.) & festinemus ingredi in illã requiem. (Heb. 4.) Ipse nos quotidie commonefacit & exterret his verbis quæ apud Lucam dixisse, legitur semel atque iterum, Luc. 3. Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Caueamus quoque ne & nobis dicat (Prouerb. 1.) Quia vocaui & renuistis, ego quoque in interitu vestro ridebo. Dicebant ergo ei, Tu quis es?

Post tanta miraculorum testimonia (inquit Theophilactus) interrogant eum: Tu quis es? Ita fuerunt insipientes & irrisores. Hinc quippe materiam interrogãdi sumunt, quod simpliciter se esse Christus dixerat: non aduertentes illi simplicissimo (esse), supereminentissimam dignitatem intelligi. Obseruabo hîc in Musculum, quod Musculus in se annotat: Multos etiam hodie doctrinam Euangelij, per vniuersum orbem ab Apostolis & catholica Ecclesia, vbiq; terrarum, per tot annos prædicatam, suspendere: quam & agnoscere non sustinentes, dicunt: Quæ est doctrina hæc? Musculus Heptade 2. in Ioannem.

Interpretat. & obseruat. morum.

Respondit Iesus: Principium qui & loquor vobis.

Habet Ioannes: quod Augustinus tract. 39. in Ioan. & Cyrill. Alexandr. lib. 5. in Ioan. cap. 23. principium interpretãtur: quasi Christus se hîc principium illud esse asserat, de quo Psaltes, Psalm. 109. Tecum principium in die virtutis tuæ: Quod omnium creaturarum author, Ioan. 1. & omnis boni: Iaco. 1. Ad quam interpretandi formulam accedit & Chrysost. & Nonnus in carminibus suis. Theophilactus tamen, & Oecumenius vertunt imprimis: Quasi dicat. Ecce in primis meis sermonibus testatus sum vobis quis sim. Mihi etsi vtraque interpretatio videatur

Obseruatio doctrinæ.

Obijcienti quonam pacto τὴν ἀρχὴν accusatiui casus, conuenire queat cum Iudæorum quæstione: σὺ τίς εἶ; Tu quis es? In qua substantiuum verbum, nominatiuũ vtrobique postulat. Diuus August. necnon & Beda in Ioannem, subaudiri volunt verbum πιστεύετε, id est, credite me esse prĩcipiũ. Quod suadent ab eo quod superius ait: ἐὰν γὰρ πιστεύσητε, si non crediderit is. Adeo vt his verbis Christus diuinam pariter

Obseruatio doctrinæ.

pariter & humanã naturã suam designarit: (ait Cyrill. Alexãd.) diuinã, qua principiũ: humanã, q̃ Iudæis loqueretur. Est autẽ & Pater principium in quo principio erat verbũ, & verbum erat apud Deũ. Nunquid ergo q̃a pater principiũ, et filio principium, duo sunt principia? Absit. Vt enim pater Deus, & filius Deus, nec tamẽ duo Dij, sed vnus Deus: ita nec duo principia sunt, sed vnũ. Aug. et Prosper in Psal. 109 et Cyrill. in Ioan. Patrẽ facit solũ principiũ generationis: tres autẽ personas, principiũ eorũ quæ ab extra sunt. Basil. l. de Spiritusan. c. 8. Quod (ait) Christ. dicit, Ex meipso nõ sum locutus, Io. 14. et rursus: Quẽadmodũ dixit mihi pater, sic loquor: et alibi: quẽadmodũ mandauit mihi pater, sic facio: non quòd liberũ arbitriũ non habeat, & voluntatis motu careat: neque q̃ ex signis datis, indulgẽtiã ac pmissionẽ expectet, talib° vocib° vtitur: sed vt declaret mẽtẽ suã vnicè et inseparabiliter ex patre

Interpretat. & obseruat. morum.

deatur optima, iudicãdũ tamẽ relinquo, num dominus hîc ad interrogata respõdeat, & suã adstruat diuinitatẽ, se prĩcipiũ omnis rei, boni, salutis, & gloriæ asserens. Legat qui volet Aug. & Prosper. in Psalm. 109. vtrumq; enim locũ simul conferũt. Porrò habet Emphasim hęc formula (qui & loquor vobis) Quasi dicat: 1. En ego rerũ oĩm conditor: loquor tamẽ vobis incredulis. 2. aut, En qui à principio per Prophetas vos allocut° sum, Ecce adsũ, & verba facio.

Multa habeo de vobis loqui & iudicare. Cõminatur eis iudicium futurũ, vt non existimẽt q̃ tot illatas sibi iniurias non sit vindicaturus (ait Chrysost.) Sed qui misit me verax est. 1. In præsenti quidẽ: quoniã sicut nõ misit filiũ suum in mũdũ, vt eum iudicet, Ioan. 3 ita nec quẽquã iudico. Chrys. 2. In futuro autẽ: quia diẽ stabiliuit, (Act. 19.) in quo nobis retributio fiet, vestra condemnatio succedet.

Et ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo. 1. Audiuisse à Patre, idẽ est quod esse à patre (ait Alcuinus) quia ab illo habet audiẽtiam, à quo habet essentiã. 2. Aut audiuit à Patre, vt homo: sicut & vnctus à Spiritusancto dicitur.

Et non cognouerunt, quia patrem dicebat Deum.

Interpret. & obseruat. morum.

Adeo cæca est incredulitas & leprosa, quæ sensu destituitur.

Dixit ergo illis Iesus: Cùm exaltaueritis filium hominis, cognoscetis quia ego sum.

Id est, me crucifixo à vobis, & Centurio & populus signis visis reuertentur, tundentes pectora sua & dicentes, Verè filius Dei erat iste, Matth. 27.

Et à meipso facio nihil: sed sicut docuit me Pater, hæc loquor.

1. A meipso solo, quia pater mecum est, vt ait postmodum 2. Aut à me homine, sed patre. Docuit enim eum Deus pater, vt & creuit ætate & sapientia, quod secundum hominem intelligitur. 3. Aut docere pro generare sumitur: cùm per generationem sit sapientia Patris, & per mentem, verbum. Euthymius.

Et qui misit me, mecum est: & non reliquit me solum. Quia quæ placita sunt ei, facio semper.

1. Misit me, per incarnationem. Missio enim, incarnatio est, Augustinus. 2. Non reliquit me, quia ego in Patre, & Pater in me. 3. Et non reliquit me solum, quasi non vnum simus, & solus & diuersus ab eo sim.

FERIA TERTIA POST DOMINICAM SECVNDAM QVADRAGESIMÆ.

Euangelium, Matth. 23.

Super cathedram Moysi.

Interpretat. & obseruat. morum.

1. QVoniam educto populo, hęc primo instituta est, ideo eius nomine ceteras concludit. 2. Non hic ligneam cathedram (ait Cyrillus Hierosolymit. catech. 12.) sed

Obseruatio doctrinæ.

hærere. Vt iuxta sensum Deo dignum, intelligamus voluntatis distributionem, velut formæ cuiusdam imaginem in speculo, ex patre in filium sine tempore transeuntem. Pater enim omnia filio ostendit.

Introduct. in Euang.

SIcut capiti corpus cohærere necessarium est, ita Ecclesiã sacerdoti, et principi populum: vtq; virgulta radicibus,

Introduct. in Euang.

dicibus, & fontibus fluuij, ita & filij patri, & magistro discipuli. Hæc Chrysost. hom. 15. ad populũ. Id Christus expresso suo verbo confirmat: immò non tãtum bonis sed & discolis, penitúsque deficientibus prælatis obediendum admonet. Habita sunt autem hæc verba à domino anno prædicationis eius tertio, ætatis 33. mense secundo, die 27. Martij scilicet 22. paulo ante paßionem, postquam maximo cum triumpho à turbis & pueris receptus est in Hierusalem, vendentes quoque & ementes eiecit à templo.

Summa.

Intentio eius est. 1. Ecclesiam quam mox congregaturus erat, mutua membrorũ inferiorum ad superiora obedientia componere: 2. omnémque inobedientiæ, 3. & ambitionis rationem rescindere.

Obseruatio doctrinæ.

Antiquißimi patres à cathedra, id est, Episcoporum succeßione Ecclesiam colli-

Interpret. & obseruat. morum.

sed doctrinæ significat potestatem. Sic & sedem Dauid ne quæras non modo ligneam, sed nec regnum ipsum. 3. Possumus quoque vnius Moysis nomine temporalem & spiritualem authoritatem intelligere: cùm & ipsi morti adiudicare, nec non legem Dei interpretari concreditum sit. Vtraque enim olim sacerdotum erat.

sederunt Scribæ & Pharisæi.

Pharisæi quidem & Scribæ simulati, vt toto hoc capite docet Christus, eorum verò nomine prælatos quósque hypocritas & discolos significauit, qui tamen & legem interpretari, & gladium iurisdictionis administrare possunt. Augustinus in Donatistas, & Optatus in Parmenianum non obediendum prælato asseruisse Donatistas dicunt, nisi illi bonæ vitæ essent. Sed tria hæc perpendere debebant: vt iidẽ patres docent. 1. Nesciri sítne inculpatæ vitæ prælatus: cùm Deus solus intueatur cor: vnde neque vnquam sciri posset, cui obediendũ esset. 2. dignitatẽ à Deo esse: quod vt Deus confirmet, in hominibus defectus permittit, ne Deos ipsos esse putemus. 3. Neque in homine gloriandum esse, cùm omnes peccatores sint, etiam prælati, sed in solo Deo.

quodcunque dixerint vobis seruate & facite.

Iuxta cathedræ rationem. Nec enim pueri Nabuchodonosor: Ma-

Interpret.& obseru.morum.

thatias & Machabei Antiocho. 2. Mach. 7. nec, vt ad Ecclesiæ præfectos veniã, Apostoli Scribis & Pharisæis: nec Paul⁹ põtifici morẽ gesserunt: & si illi cathedrã legitimam obtinere viderẽtur. Theophilact⁹.

Vbi verò nullum est veritatis in eorum dictis dispendium, nemo se ab his obseruandis excusatum facere potest: nisi aut temporalis, aut spiritualis mortis periculum incurrere velit. Deuter. 17. & 18. Numer. 16. 1. Thessal. 4. Tit. 3. Rom. 13. Matth. 10. Neque enim si caput ægrotat, mẽbra illud abijciunt, sed quã tum possunt illi obsequuntur: & vt sanetur, opitulantur. Melior est nimirum obedientia quàm victimæ, ait dominus de Saul. 2. reg. 13. Hæc laudata in Iacob sacrificio, Genes. 22. Immò & Christo ipso, Philip. 2. Gentiles verò ipsi inobedientiam adeo detestati sunt, vt Epaminondas Stesibrotum filium, vt & Manlius filium proprium, Victorem etiã quod cõtra suum præceptum dimicassent capite trũcarit, vt testis Plutarchus in paralellis.

Secundum verò operã eorum nolite facere.

1. Occurrit enim Christus obiectioni quæ à vitiosis prælatorum moribus educitur, dicens doctrinã attendendam non opera. Nec enim error. Principis, excusat errantes: vt Valentinianus docuit. Nicephor. lib. 11. histor. Eccles. cap. 30.

2. Quis enim dicere potest, Mundum

Obseruatio doctrinæ

gunt, (Tertullian. l. de præscript.) in qua aut Apostoli, aut Apostolici viri sederint. Optatus quoque l. 2. in Donatistas, cathedram vnicam statuit, in qua prior sedit Petrus: cui successit Linus, Clemens, Anacletus, Euaristus. Hinc autem cathedrã pestilentiæ apud Donatistas esse asserit, quod in sola Africa & à paucis diebus orta sit & posita. Hieronym. quoque in Luciferianos ex hoc ipso, quod post Ecclesiam ab Apostolis fundatam quædã cathedræ institutæ sunt, colligit eas Antichristi sedes esse. Succeßio igitur cathedrã & dignitatem cõfirmat: vt & Ireneus l. 3. cap. 3. Abdias l. 1. docet: quoniã plantatio Patris non eradicatur. Vnde 22. distinc. can. Omnes. præcipitur parere prælatis & dignitatib⁹ Ecclesiæ Romanæ, vt qui à vera cathedra pendeant. Militant sanè maximè in rebelles hæreticos hæc verba Christi. Quis enim eorum (inquit Hieronymus

Obseruatio doctrinæ.

nymus tom. 6. commenta. in Abdiam cap. 2.) non despicit Ecclesiasticos? Quis non exultat in malis eorum, si quando propter peccata populi persecutioni traditi fuerint? Quid ergo (inquit Chrysostom. homil. 34. in epist. ad Hebr.) dicet aliquis: obediemus perniciosis? Quid dicis? Siquidem gratia fidei, fuge eum & refuta eum, non solum si homo fuerit, sed & si Angelus de cælis descenderit. Si verò vitæ gratia, ne scruteris hoc ex me, non dico exemplum, sed à diuina scriptura audi Christum dicentem: Super cathedrã Moysi, &c. cùm prius de eorũ versutia locutus fuisset. Non igitur vitæ, sed sermonibus attende. Nulla enim vt idem docet, homil. 2. in 2. ad Thessal. seruo si non dominus, nec ægroto si non medicus faciat quod præcipit, excusatio est. Hinc enim hæreses (ait Cyprian. lib. 1. epistol. 3. ad Cornelium. f.) non aliundè natæ illos cõdẽnat, cur similẽ, & dum est cor meum? Prouerb. 20. b. Quis quoque prælatus esse possit, si tantum iusti & mundi ab omni peccato deligerẽtur? Sed neque fidẽ ex personis probam⁹, at ex fide personas. Tertullian. lib. de præscript. in hæretic. 3. reposuit enim Deus thesaurum istum in vasis fictilibus, vt sublimitas sit virtutis Dei: & hoc non ex nobis. 2. Cor. 4. b. Nec sanctitas Ecclesiæ de personis, sed de sacramentis colligitur. Optatus lib. 2. in Donatistas.

Interpretat.& obseruat.morum.

Dicunt enim & non faciunt.

Separantur in eis mores à doctrina. Nam id quod docent moribus, impugnant: nec tamen doctrinæ derogandum est. 1. Cùm ipsa probet mores, non probetur à moribus. 2. Cúmque à Deo sit doctrina non ab homine: mores autem peruersi ab homine pendeant.

3. Cúmque non ex meritis nostris doctrina, & dignitas nobis conferatur, sed aliquãdo ex gratuita Dei bonitate, vt & Balaam Sauli inter Prophetas, & Caiphæ. Iubet ergo (inquit Hilarius can. 24. in Matth.) vt mores hominum atque infidelitas, non vt legis doctrina vitetur. Nam apes flores colligunt, herbas relinquunt. Chrysost. homil. 45. in Matth. Quoties igitur Neochristiani à deprauatis moribus in doctrinã arguẽt, non recipiẽdi erunt, nisi probẽt ipsam quoq; doctrinam illos mores cõmẽdare. Si enim hæc mores, & doctrinæ sortiẽtur sentẽtiã?

Interpretat. & obseru. morum.

Talis sanè est Ecclesiastica doctrina, vt furta, homicidia, fornicationes, apostasias, rebelliones, seditiones reprobet: quæ tamen diabolica opera non hæreticorum doctrina adeò laudat, sed quisquis inter eos melior habetur, & purior sathanicę doctrinæ sectator censetur, is ferocius catholicos psecutus fuerit, audacius sacrilegia & furta commiserit, radicitus quoque templa solo æquarit, & in suos & reges & prælatos inobedientior extiterit.

Alligant autem onera grauia & importabilia, & imponunt in humeros hominum.

Ireneus l. 4. aduersus hæreses cap. 26. hæc verba sic interpretatur. Nã eam legem (inquit) quæ per Moysen data est incusabat, quã adhuc Saulus Ierosolymis suadebat fieri: sed illos redarguebat quòd verba quidem legis annunciarent, essent autem sine dilectione: & propter hoc iniusti in Deum & in proximos extiterunt. Nimirum ipsi Deũ in Christi passionibus persequebantur, (ait Hilarius.)

digito autem suo nolunt ea mouere.

Quasi dicat, imponi ab his graue & sertum onus dilectionis, & fronti circunferri: quod tamẽ nec quidem digito mouent. Immò non ait: Non possunt, sed nolunt. Nec dicit portare, sed digito mouere. Chrysostomus homil. 45. oper. imperf. in

Obseruatio doctrinæ.

sunt, quàm quòd sacerdoti Dei non obtemperatur. Nam hæretici (inquit Aug. epist. 137.) quia non habent quod in causa suæ diuisionis defendant, non nisi hominum vitia colligere affectant: & ea ipsa falsissimè iactant, vt homines, per quos prædicatur, in odium adducant. Sed legem non accusandam abutentibus ea prælatis, Theodoretus libr. affection. Græcarũ serm. 12. de actiua virtute, variis similitudinibus ostendit, lineam non accusandam demente atramẽti signa carpentario, nec leges medicinæ damnandas his ægroto abutente, demonstrans. Obiectabit quispiam Paulum 1. ad Timoth. 3. irreprehensibilem eligendum Episcopum censere. Sed neque hoc probat nõ obediendum etiam reprobis prælatis. Nam & si reprobus non eligendus est, reprobo tamen electo parendũ est. Per totam quidẽ distinct. 25. decr. docetur, vt Episcopus sine peccato & publice & priua-

Obseruatio doctrinæ.

priuatim noto deligẽdus est. Et tamen vt refertur de pœnitentia distinct. 2. canon. Si enim. & Ioan. 3. Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus, &c. Genes. 8. Sensus & cogitatio hominis prona sunt ad malum, &c. Saltem tamen sibi cauebãt electores, ne peccata hæc animaduerterẽt in his, quos eligebant, id est, ne velut trita in eis viderẽtur. Hesychius enim lib. 2. in cap. 8. libri Leuitici, Oportet (inquit) Episcopum irreprehensibilem esse, sicut Dei dispensatorem: id est, accusatione mundum, & à querela omni liberum. Nam si de occultis disserimus, delicta (inquit Dauid) domini quis intelligit? Et vt Hierony. in parte 2. trac. 2. Epist. 15. dialogorum in Pelag. verbis vtar, irreprehẽsibilis aut nullus aut rarus. Quis est enim qui nõ quasi in pulchro corpore aut nævum aut verrucam habuit? Si enim ipse Apostolus dicit de Petro,

Interpret. & obseruat. morum

Matth. hîc obseruat prælatos, & eos omnes qui in populum ius habent, prius appendere, quàm iubere aliquid debere, ne plebs difficiliorib⁹ alligetur. Hîc agi potest in exactiones, tributa, vectigalia, dispensationes, & cetera quæ prælati Ecclesiastici & Politici sibi licere volunt, cùm tamen hinc populus langueat, quem ne digito quidem releuare vellent.

Omnia verò opera sua faciũt, vt videantur ab hominibus.

Omnia inquit, quasi toti in hoc nitantur, vt ab hominibus glorificentur. Atqui etsi prouidere debeamus, vt coram hominibus bona faciamus, Rom. 12. Matth. 5. non tamen ea fieri intentione debent. Non enim nobis domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam, Psal. 113.

In omni re igitur, nascitur (ait Chrysostomus, homil. 4. in Matth.) quod eam exterminat: ex lignovermis, ex vestimento tinea: ex sacerdotum vitiis, Ecclesiæ scandalum. Hęc ratio fuit cur Aurius ab Ecclesia recederet, vt testatur Epiphanius lib. 3. tom. 2. hęres. 70. in Audianos.

Idem Porphirio euenit, vt refert Socrat. histor. Eccles. lib. 3. cap. 23. Et Nicephorus lib. 10. cap. 36. Hinc desolatio Ierem. 23. c. Ezech. 22. f. Osee. 4. b. Malach. 1. b. Vnde sacerdotum ministerium, qui positi sunt ad ædificationem sanctitatis, diabolus corrumpere nititur, vt populus deprauetur.

Obseruatio doctrinæ.

quod non recto pede incesserit in Euangelij veritate: & in tantum reprehensibilis fuerit, vt & Barnabas adductus sit in eandem simulationem, quis indignabitur quis sibi denegari, quod Princeps Apostolorum non habuit? Nec proinde tamen destitit & Paulus & Barnabas suam authoritatem habere. Nec enim (ait Cyrillus Ierosolym. Catech. 2.) licet Aaron nefandissime peccasset in conflatione vituli, (Exod.32.) vetuit eum Deus ad summum sacerdotium peruenire. Rursus idem hæc ait: Petrus princeps Apostolorum excellentissimus, coram ancilla ter negauit dominum: & tamen dignitatem Apostolicam non ablatam retinuit.

Quòd prælatorum Ecclesiasticorum est, verbum Dei & concilia in lucem proferre.

Habebant primùm sacerdotes vtrumque ius: Polyticum scilicet & Ecclesiasticum. Nam (vt non meis, sed Synesii Episcopi Ptolomaidis epistol. quam Athanasio Hydromysti dicauit, verbis vtar) & Ægyptij & Hebræorum genus multum temporis à sacerdotibus gubernatum est. Postquam verò disparatæ sunt vitæ, hæc quidem sacerdotalis, altera verò politica facta est. Idem Plato lib.16. de regno asserit. Apud Ægyptios enim, inquit, non licet regem absque sacerdotio imperare. Immò si ex alio genere quispiam vi regnum vsurpet, cogitur post regni assumptionem sacris initiari, vt rex denique sit & sacerdos. Quod & ex fine historiæ quæ Æthiopica dicitur, seu Thariclea, colligere est: quam Heliodorus Tricensis Episcopus, cuius Nicephorus lib.12. histor. Eccles. cap.34. meminit, circa annũ domini 400. edidit. Sed nũc à sacerdotibus omnia tollere, nec his solum spiritualia relinquere volũt: non Gnostici tantum, sed & qui principum aures captant, eorúmque fauorem venantur. Nunquid regibus arrogare volunt spiritualia, sicut olim sacerdotibus temporalia, & polytica etiam negotia dicabantur?

Obseruatio doctrinæ.

cabantur? Scio quidem quod, vt Horatius 2. Odar. ait, Cælum ipsum petimus stultitia, neque per nostrum patimur scelus iracunda Iouem ponere fulmina. Interim tamen ambitionem hanc hominum qui & temporales & spirituales dominationes odorant, expungere oportet. An non peculiare fuit Apostolorum munus, verbo Dei instantes esse, Act.6. Concilium Ierosolymis celebrare? Act. 15. Id de se (vt nec olim Osias debuerat 2. Par.26.) Valentinianus Imperator præsumere noluit: sed cùm pro celebrando concilio rogaretur ab Episcopis, Mihi (inquit cùm vnus sim de populo) id fas non est. Verum sacerdotes congregentur. Histor. tripart. lib. cap. 7. 12. Et Nicephor. lib.11. cap.3. Econtra verò superbum Valentem Eulogius apud Modestum præfectum hoc aspergebat dicterio. Proficit Imperatori pro hæresi sequenda morem gerere. Nam & vnà cum imperio Episcopatum quoque sortitus est. Nicephor. lib. 11. cap.23. Hoc in Euangelio igitur Christus docet prælatorum Ecclesiasticorum esse, qui sedent super cathedram Moysi, dicere, id est, verbum Dei interpretari, non Regum, Chrysostom. lib.3. de sacerdotio.

Obseruatio doctrinæ.

Non reijcit hoc loco Christus discretionem vestium: sed abusum. Nec enim Iudæis fimbrias interdicit, quas ipse mandarat: sed eas sic dilatare & in his gloriari vetat. Nec enim est, quod vt Adamitæ hæretici vestimentorum vsum reijciamus, non quidẽ ad orna-

Interpretatio & obseruatio morum.

Dilatant enim Philacteria sua.

Phylacterion Græci vocant, id quo res conseruantur, vt quo medicina, aut quiduis aliud retinetur. Pictaciola vocat Hieronymus. Schedas enim binas fecerant Pharisæi, quibus legem Dei inscripserant. Harum altera pileolis eorum assuta, capitibus circunuolitabat: altera manibus dextris alligata circunferebatur. Quasi his

Interpret. & obseruat. morum.

se decalogi obseruatores ostentarent, qui tamen longè ab illius regula recedebant. Hoc autem deprauato sensu è scripturis hauriebant: vt ex Deuter. c. 6 vbi Deus populo præcipit mandata hæc semper & vbique in corde circunferre. Hieronym. Chrysost. Theophilact. Euthymius.

Et magnificant fimbrias.

Fimbrias Deus fieri iusserat per angulos palliorum, Numer. 15 1. & vt secreti ab aliis nationibus essent, nec illis cõuersarentur. 2. & vt cæli per fimbrias & vittas hiacinthinas significati recordarentur, vt Procopius docet in commẽt. in Exodũ

Amant autem primos accubitus in cœnis: primas cathedras in synagogis.

Notãdũ (inquit Rabanus in Mat.) quod nõ salutari in foro, nõ primo loco sedere vel discũbere vetat eos, quib⁹ hoc officij ordine cõpetit: sed ad voluntatum vituperationem refert, nõ ad factum. Sine causa enim loco se humiliat, qui corde se præfert. Aliquis enim iactator audiens laudabile esse in vltimo loco discumbere, discumbit post omnes: & non solum cordis iactantiam non dimittit, sed adhuc aliam ex humilitate venatur, vt qui velit iustus & humilis videri.

& salutationes in foro: & vocari ab hominibus Rabbi.

Obseruatio doctrinæ.

tum, sed ad necessitatem, vt docet Cyrillus Hierosolym. catech. 4. Scopum autem vsus proposuit Apostolus (1. ad Timoth. 6.) & manifestus est (ait Basilius quæst. diffuse explicat q. 22.) quem primum ipse dominus indigẽtibus dedit: fecit enim primis parentibus Deus tunicas pelliceas, Genes. 3. Clemens ipse, Rom. lib. 2. const. Apostoli. cap. 28. Episcopum docet, vti vestitu vsui & dignitati accõmodato. Immo omnes olim Christiani habitu inter se cõmunicabant. Et (vt Basilij loco suprà dicto stylo vtar) velut proprius quidam character, ex indumento Christiano incumbebat. Hoc & ex opere Tertulliani de Pallio inscripto facilè colligitur: quod (vt Rhenanus in eundem commendatur) erat omnium olim Christianorũ, quale est nunc Benedictinorum. Discretio igitur vestrum apud nos est. Non quod omnem sanctitatem in habitu statuamus sed

Obseruatio doctrinæ.

co nostrã vocationem intueamur. Nam & aliter Turcæ, aliter Arabes, Sarraceni, aliter Hispani, Germani: Et vt ad statuum varietatem, aliter præsides, senatores, mercatores, Ecclesiastici: & pro temporum diuersitate, aliter reges domi, aliter foris, aliter hyeme, aliter æstate, aliter in bello vestiuntur. Quis ergo indumentorum discretionẽ detrectetur? Etsi Christus vetat, ne velimus patres & magistri vocari, hoc tamen sic intelligendum est, non quia prohibeat eos sic vocari, qui his appellationibus digni sunt: sed ambitionem eorum nominum interdicit, qualis erat, scilicet inter Pharisæos & Scribas. Qui enim ambiunt hæc, nec Deo honorem reddunt, & se Deo æquant, & in Deum blasphemant. Porrò, quòd liceat sic nõnullos nuncupare, patet. Prioris enim ad Timoth. 2. Paulus se doctorem Gentium vocat. Et Eph. 4. c. Deus (inquit) dedit quos-

Interpret. & obseruat. morum.

Amant quoque primas salutationes, non tempore solum, sed & vocis elatione, vt clamantes dicamus, Aue Rabbi. Chrysostomus. Ambitionem igitur dominus corrigit, non tollit authoritatem: quoniam Petrus, obedite præpositis vestris (ait) etiam discolis. Detestanda vtique etiam nostris temporibus, vt olim Pharisæorum, etiam nũc, Prælatorum Ecclesiasticorum, & cleri ambitio. Nec ego hîc ipse loquar, sed primorum Ecclesiæ patrũ quærimonias adducam. Gregorius quidem Nazianzen. in Apologia, illud me (inquit) non parum commouet, cùm Pharisæi arguuntur & Scribæ, quos vtique longè oportebat nos in veritate atque iustitia superare: Et vereor nunc ne forte eos in malitia superemus, ita vt competat nobis etiam illud dici: Serpentes, viperarum generatio, & duces cæci, & culicem colantes, & camelum glutientes, & sepulchra dealbata. Rursus, reuera mella nobis antiquorum historia tradidit: vel tantum in Ecclesia fuisse ministrorum munerum, vel tam viliter congregatum. Vnde religioni ac doctrinæ nostræ opprobrium nascitur, quod sacerdotia vel ministeria ambitione potius & gratia, quàm meritorũ iudicio deferũtur. Has egomet mecum cogitationes diebus ac noctibus voluens, in ipsis, vt ita dicam, medullis conficior & consumor, continuatísque suspiriis tabesco,

Interpretat.& obseruat.morum.

carnibus ac toto corpore liquesco. Non me permittit hic langor eiecto ac resupino pectore, aut elatis & sublimibus oculis incedere, sed humiliat animam meam. Hæc d. ille pater conqueritur. Cur non ergo præsentem Ecclesiasticorum beneficiorum dispositionem & nundinationem defleamus? D. ille Basilius tom.2.cõstit.monastic.cap.10. Sine dubio (inquit) qui in huius vitij ambitionis potestate est, is codẽ plane cum diabolo malo laborat.

Notat etiam prælatorũ maiorem ambitionem, addẽs loci circunstantiam, (in foro) vt qui litibus interesse, & forũ potius adire, quàm suas Ecclesias visitare: & qui forsan pro cathedra apud iudices etiã sæculares litigare videantur: cùm id ab electione emanare debeat. Rabanus.

Miror quomodo hi qui litibus & non electione, Ecclesiasticas dignitates assequi volunt, non repellãtur: cùm id iampridẽ ex Leone ad Mauros Episcopos cau. 1. q. 1. Canon. Principatus quam seditio: statutum sit. Sed est censuræ sua esca.

Vos autẽ nolite vocari Rabbi.

Nolite, vim habet. Quasi dicat Ne ambiatis vocari Rabbi: sed quãto quis inter vos maior est, tanto se humiliet in omnib⁹. Luc.16. Quod si cõtingat eum sic vocari, Deo gloriam reddat, vt qui reposuerit thesaurum dignitatis in vase fictili. 2. Cor.4. Dauid se canem mortuum vocabat, 1.reg.26. Abraham puluerem,

Obseruatio doctrinæ.

dam doctores. Idem & Ioannes admonet seruos obedire dominis. Relinquitur ergo et dominos vocare licere, sicut Sarra virum suum Abraham appellauit, Gen.18. Eos autem qui sic vocantur, non id sibi arrogare, sed tãto humiliari debere: Quoniam vnus est nobis magister summus in cælis, cui ceteri subiecti sunt, & à quo pendent. Vnus natura, plures indulgentia. Hieronymus. Obserua quoque eandem esse resoluendi omnia Neochristianorum argumenta rationem. Aiunt enim vnum esse aduocatum, ergo nullum præter eum: vnum Deum agnoscẽdum, vnum mediatorem: quæ omnia eodem modo dissoluimus quod si quis dicat: Vnus pater, vnus dominus: ergo nullus hic est pater, nullus hic dominus. Null⁹ vtiq; ĩ summo gradu pater, dominus, Rabbi, magister, vt Deo: et ĩ summo gradu aduocatus et mediator Christus. In substrato autem multi è nobis.

Tertul-

Interpretatio & obseruatio morum.

rem, Gen.18. Iob, putredini dixi (inquit) Pater meus es: Et, pater meus & soror mea, vermibus, Iob.17.d.

vnus est enim magister vester.

Summus in suo gradu: Si qui enim magistri sunt, ab eo & magisterium & doctrinam hauserunt.

Omnes autem vos fratres estis.

Fratres sumus (ait Hieronymus in Heluid.) 1. Aut quia ex vno Deo: 2. aut ex vno primo parente. 3. aut quia vno lauachro renati: 4. aut quod in vnam speremus hæreditatem cælestem.

Obseruatio doctrinæ.

Tertullianus Apologetici sui aduersus Gẽtes cap.33. & 34. docet (dominũ) more communi sumi, & ꝓpriè idemq; de Patre cẽset. Adeo vt magnates more quidẽ cõmuni, et patres & domini appellari poßint, nõ ꝓprio. Hieronym. quoq; in Matth. Nos (inquit) si hominem patrem vocamus, honorẽ ætati deferimus, nõ authorẽ nostræ ostẽdimus vitæ. Magister enim dicitur ex cõsortio veri magistri. Et ne infinita replicẽ, quomodo vnus per naturã Deus, & vnus filius non præiudicat ceteris, ne per adoptionẽ Dij vocẽtur & filij: ita et vnus pater & magister nõ præiudicat aliis, vt abusiue vocẽtur & patres & magistri.

Interpretat.& obseru.morum.

Et patrem nolite vocare vobis super terram: vnus est enim Pater vester qui in cælis est.

Id est, ne quem agnoscatis, vt primum vitæ authorem: cùm vnus sit in hoc gradu summus Pater Deus, ad quem clamamus Abba, Pater: & oramus, Pater noster qui in cælis es, Euthymius.

Nec vocemini magistri, quia magister vester vn⁹ est Christus.

Hoc repetit ad vim maiorẽ, vt detestãdã doceret ambitionẽ. Christ⁹ autẽ magister est: 1. quia Patri ęqualis, qui solus est magister. 2. Quia etiã ad hoc missus est, vt audiatur & doceat. Grati⁹ igitur homini est (ait Tertull. Apol. c.34.) nomẽ pietatis, quã potestatis. Hoc enim illi maximè cauẽdũ, ne seipsum in potestate nõ agnoscat. Et hoc sanè indignum eũ dignitate redderet, si se hominẽ & vermem esse nõ agnosceret. Vnde idẽ Tertull. Apol. ca. 33. Nisi homo sit (inquit) nõ est imperator. Hominem etiamse esse triumphans in illo sublimissimo curru admonetur.

Interpretat. & obseruat. morum.

Suggeritur enim ei à tergo: Respice post te. Hominem memento te.

Qui maior est vestrum, erit minister vester.

Docet quomodo ambitionem abiegare à nobis possimus, ministrando scilicet & deprimendo nosipsos.

Seuerus Sulpitius talem depingit D. Martinum: vt qui etiam seruo suo aliquando ministraret, ipsúmque aliquando excalcearet. Talem facit, Nicephor. histor. Eccles. libr. 11. cap. 38. & Sosom. apud Cassiod tripart. histor. lib 8. cap. 1. Melam Rhinocurure Episcopum. Repertus enim est, vt seruorum extremus, Ecclesię lucernas in vili veste adornare.

Qui autem se exaltauerit humiliabitur: & qui se humiliat exaltabitur.

Ira iubet non tantum prima non amare sedilia, sed postrema prosequi. Illud enim deprimit amantem, hoc exaltat prosequentem.

Obseruatio doctrinæ.

Porrò hîc Euthymius, cap. 55. in Matthæum obseruat, quod sicut quanquam vnus magister Christus dicatur, non excluditur Pater, quin etiam dicatur magister: ita quoque licet vnus pater noster dicatur ipse pater, non excluditur filius, quin etiam dicatur pater noster. Nam vnus & vnus ad oppositam distinctionē dicta sunt, hominum & angelorum.

Nos igitur dominus Deus ad vnum principium & vnam rerum causam reducens, (ait D. Basilius lib. 2. Diuersorio in Apologeticum Eunomij,) Vos, inquit, nolite vocare patrem vestrum in terra: Quomodo non abusiue, neque per translationem, vt Eunomius mentitur, sed proprie & primario verè Deus nominatur: per corporales parentes nos ad esse ad nihilo producens, & per curas de nobis familiaris & communis fiens.

FERIA

Euangelium habetur Matth. 20.

Ascendens Iesus Ierosolymam assumpsit secum duodecim discipulos suos, secreto, & ait illis.

Introduct. in Euang.

Duo vtique militi necessaria sunt: vnum quidem vt sodalitia amet & prosequatur, nec se supra suos efferat. Alterum vt nō ad bellum cum delitiis veniat, ait Tertull. lib. ad martyres. Pari quoque ratione Christiani omnes, maximè verò prælati Ecclesiæ, sese ad multas angustias & obsequia in inuicem, Christi exēplo præparare debent, vt habetur in Euangelio. Contigit autem hoc nostræ historiæ factum anno ætatis Christi 33. Mense 2. die 16. nimirū mensis Martij 11. paucis ante eius passionem diebus. Cùm enim diebus aliquot in Galilæa moratus fuisset: deinde in Genesareorum terram venis-

Interpret. & obseru. morum.

1 VT secum in tribulationibus permanerent, & si non corpore, saltem mente compaterentur. Luc. 22. 2. Vt cùm venisset hora, eorum recordarentur. Ioan. 16.

3. Quoniam & illis datum fuerat nosse mysteriū regni Dei Matt. 13. 4. Poterant adesse mulieres Luc. 7. nec non 72. discipuli: sed nō omni homini arcanum aperiēdum. Eccles. 8. & Iudic. 16. nec suæ resurrectionis mysterium omnibus committendum censebat, ne, si dominū gloriæ cognouissent, nunquam eum crucifixissent.

Ecce ascēdimus Ierosolymā.

1. De proximo conflictu in morē ducum: immò antiquæ legis sacerdotum commonet. Deuter. 20. Erat enim ipse sacerdos secundum ordinem Melchisedec Heb. 7. tum in potestates tenebrarum pugnaturus.

2. Ierosolymæ nomen exprimit, quoniam Luc. 13. non capiebat (id est decebat.) Prophetam perire extra Hierusalem, 1. quia hîc legalia terminanda erant, vbi maximè ce-

Interpret.& obseruat.morum.

Iebrabantur. 2. Quod & hæc (Esa. 1.) meretrix & sanguinaria facta esset: olim tamen ciuitas fidelis, plena iudicij.

& filius hominis tradetur principibus sacerdotum & Scribis: & condemnabunt eum morte.

Id per Iudam impletũ est, qui accepta pecunia, Matth. 27. Scribarũ & Pharisæorum satellites in hortũ adduxit Ioã. 18. factus eorum princeps qui comprehenderunt Iesum Act. 1. Tandem verò in domo Caiphæ etiam cum acclamatione, & vestium scissione, reus mortis Christus declaratus est, cõsiliúmque habitum quomodo eius mortem à Pilato extorquerent.

Et tradent eum Gentibus.

Non enim alia causa Pontifices Iesum ad Pilatum adduxerũt, quàm vt post varia tormẽta, morti, etiam indicta causa, destinaretur. Gentilis erat Pilatus, & eius milites: Gentilis & Herodes, sed in Iudaismum adoptatus.

ad illudendum.

Illusus autem est Christus primùm ab Herode, veste alba. 2. à Pilati militibus, Prophetisa, &cet. 3. à Iudæis, Vah qui destruis templum, dicentibus. & flagellandum.

Flagellatus est iuxta Esaiæ vaticinium Esa. 53. & crucifigẽdum.

Vt impleret serpentis in deserto appensi typũ Num. 21. c. & Iob 3. b.

Et tertia

Obseruatio doctrinæ.

set, in Iudeæ fines demum se transtulit. Et cùm Hierosolymã appropinquaret, suos discipulos de proxima passione commonuit, atque interim mater filiorum Zebedei pro suis supplicatura, ad Christũ accessit.

Summa.

Summa huius Euangelij est 1. Ecclesiæ prælatos omnino maximè Christum tribulationibus æmulari debere: 2. eósque vt fideles ministros, Christi nomine sanguinem suum effundere paratos esse, nec se superefferre, & tyrannice in subditos gerere, sed Dei ministros se agnoscere debere.

Obseruatio doctrinæ.

Obiciat quispiam Iudæos Pontifices Christum morti nõ condemnasse, cùm scriptũ sit, eos Pilato dixisse. Nobis non licet interficere quenquã. Sed (ait August. de pœnit. dist. 1. can. Periculose.) Iudæi nequaquam propriis manibus Christum occiderũt: sed lingua. Nimirum (Marc. 14.) omnes

Obseruatio doctrinæ.

omnes condemnauerunt eum vt reum mortis. Adeo vt Roma. 1. Digni sunt morte, non solum qui male agũt, sed & qui consentiunt facientibus. Porrò Christus hic se & sordidum passionibus, & ornatum resurrectione depingit. Sic enim & apud Zachariã (ait Tertull. lib. 3. in Marcionem) in persona Iesu: immò & ipsius nominis sacramẽto verus & summus Patris Christus Iesus duplici habitu in duos aduentus delineatur. Primò sordidis indutus, id est, carnis, passibilis et mortalis indiguitate. De hinc dispoliatus pristinas sordes, & exornatus podere & mitra & cidari munda, id est secundi aduentus gloria & honore. Idem dicit Tertullianus significari in duobus hircis consimilibus: quoniam & idem Christus. Sed alter eorum circundatus coccino, maledictus & consputus, & cõuulsus & compũctus, à populo extra ciuitatẽ abijciebatur in perditionem,

Interpretat.& obseruat.morum.

Et tertia die resurget.

1. Vt Ionæ figuram impleat Matt. 12. 2. vt & eius gloria post infirmitatem innotescat. Rom. 6. & sicut ex infirmitate mortuus est, ita resurgat ex gloria. 3. Vt nobis resurrectionis spem, & exemplar in seipso proponeret. 4. Vtque de morte & potestatibus, immò Iudæis triũpharet, corpus eius gloriose resurrexit.

Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedei, cùm filiis suis.

Hæc erat Maria Salome, mater Ioãnis Euãgelistæ & Iacobi maioris. Quia enim post omnia dixit dominꝰ. Et tertia die resurget, putauit hæc post resurrectionẽ eum regnaturũ: & auiditate fæminea, præsentia cupit, immemor futurorum. Seu forsan ad hoc eã filij extimularant: quod ignorarent quale futurũ esset regnum Christi. Sic vidua pro Absalon 1. Reg. 14. Sic Bersabee pro Adonia filio oratura accessit. 3. re. 1.

De his qui non recta à Deo quærũt, multa Gregorius Nyssenus disseritlib. de oratione, argumento ab his qui ab insomniis occasionẽ deliberationis aliquid agendi, & à rustico qui quod fictilia pretiosa vasa putet, iisdem regem se honoraturũ arbitratur, non habita eius potentiæ ratione.

adorãs. Vt par erat. Quoniã Christꝰ æqualis Patri secũdũ diuinitatẽ.

Universidad de Bilbao Biblioteca

Interpret. & obseruat. morum.

Athanas. in Symbolo Philip. 2. Hebræor. 1. De quò scriptum est Psal. 96. Et adorẽt eũ omnes angeli Dei.

& petens aliquid ab eo.

Indeterminate petit, sed non indeterminatas has voces suscipit Christus, nec præcipitem largitionem facit: docens principes & magnates idem, cum supplicãtur, imitari. Fieri enim potest vt impia ab illis postulẽtur, quorum postea eos pœniteat. Sic pœnituit Herodẽ pol liciti propter iusiurandum & discũbentes. Marc. 6.

Obseruent etiam principes, vt nõ indeterminatis supplicationib⁹ cito annuant: alioquin eis id contingit cui⁹ sero eos pœnitebit. Nicep. lib. 14 histo. Eccles. refert cap. 23. hanc proteruam liberalitatem in Theodosio fratre correxisse, quòd ei manu subsignatam Eudocie vxoris venditionem ostenderit, nimirum solitus erat libellos sibi oblatos, penè non aspectos, sua manu subsignare.

Quid vis?

Quid vis, ait, quasi examinandas omnium petitiones insinuet: maximè verò quæ petenda sunt à Deo, prosint ne, an obsint. Nã si vos cùm sitis mali, nostis bona data dare filiis, &c.

Ait illi, Dic vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuã, & ali⁹ ad sinistrã in regno tuo.

Tria filiis postulat. 1. quierem, vt sedeant:

Obseruatio doctrinæ.

manifestis notatus insignibus dominicæ passionis. Alter verò pro delictis oblatus, cùm canticis & floribus exciperetur, in signum triumphantis Christi, digni vtique pro peccatis nostris sacrificio. Paulinus epistola 3. Quia mulier (inquit) infirmior est, ideo facilius tẽtatur à dęmone. Hinc est quod facile matri suggerunt filij vt pro illis supplicet. Atqui & hanc sibi instrumentum faciunt honorũ acquirẽdorum, quod & muliere etiam multis nunc fiat ad Ecclesiam aditus. Illis ostium est hæc in gregẽ Christi, non Christus, Ioan. 10. Adeo infirma muliere abutimur in maliciã. Inde Hierony. 1. parte, epistola. 13. tract. 2. in Pelagianos, Symon Magus hæresim condidit (inquit) Helenę meretricis adiutus auxilio. Nicolaus Anthiochenus omnium immunditiarum repertor, choros duxit fæmineos. Marcion Romã præmisit mulierem, quæ decipiendos sibi animos præpararet.

Obseruatio doctrinæ.

ret. Appelles Philomenem suarum comitem habuit doctrinarum. Hic quoque de Prisca & Maximilla Montani auro primũ corruptis, de Lucilla quæ suis opib⁹ Donatum in Africa adimit multa affatur. Sed & Valens, Constantius, Arcadius & Valentinus à mulieribus corrupti sunt. Cùm ergo quæritur quis Ecclesiæ præponatur, cedat muliebris sexus Chrysost. lib. 2. de sacerd. ca. 2. Indiscrete sanè pleriq; dignitates Ecclesiasticas ambiunt, eas quasi hæreditario iure sibi deberi petentes: quod magno sint sanguine creti. Siquidem vt ait Origenes homil. 23. in lib. Nume. quod refertur 8. quæst. 1. cap. Moyses filios habuit, quibus poterat dignitatem propriam relinquere, sed noluit: vt sciremus principatum in populo, sanguini nõ esse conferendũ: sed his qui sunt bonæ vitæ & doctrinæ. Nam & de Diaconis dicitur. Probentur, nobiles secundum mundum

Interpretat. & obseruat. morum.

sedeant: cùm tamen otium Sodomæ ruinæ causa sit. Ezech. 16.

2. Honores, qui tamen excæcare solent Psal. 48. cap. Vt in Saule patuit. 1. Reg 16. Ait porrò illa, vt sedeant ad dextram, &c.

3. Diuitias, vt sedeant in regno. At facilius est camelum intrare per foramen acus, quàm diuitem in regno cælorum Matth. 18.

Errat igitur hæc tribus modis, primo, ordine, quò præmium ante meritũ postulet. 2. Intẽtione, quasi ratione consanguinitatis id ei debeatur. 3. Quòd tantum media bona quęrat, honores scilicet & põpas.

Chrysostomus. Alij (inquit) filiis suis militiam prouident, alij honores: nemo filiis suis prouidet Deũ. Perditionem illorum magno pretio comparant, salutem autem illorum nec dono accipere volunt. Nã si viderint pauperes, tristantur: si peccatores, non tristantur: quòd corporum non animarum amatores sint. Quis talia vota, etiã si Gentilis sit, non rideat? Hoc sanè suo sęculo deplorabat gẽtilis Persius saty 2. Auiæ atq; materteræ exẽpto è cuius puero vota explicans. spem (ait) macram supplice voto, Nunc Licini in campos, nũc Crassi mittit in ędes. Hunc optent generum rex, & regina, puellæ. Hunc rapiant, quicquid calcauerit hic, rosa fiat.

& sic ministrent. Rudes vtique, non Apostoli electi sunt, & quidem olim

Obseruatio doctrinæ.

è monasteriis euocabantur, nihil tale cogitantes, qui Episcopatu & sacerdotio fungerentur. Non illi sese ingerebant: aut sanguine ea sibi deberi censebāt. Immò olim Christiani liberius ad martyria quàm ad Episcopatus confluebant. Augustinum (epistol. 148.) pœnitet quòd Episcopatum acceperit. Chrysostomus quoque sacerdotium fugiebat, & Episcopatum renuebat. etiam à Basilio & pluribus cum lachrymis rogatus, vt testatur ipsemet lib. 1. de sacerdotio cap. 3. & 4. & lib. 2. cap. 4. Synesius ipse Ptolomaidis Episcopus, epistol. 11. ad presbyteros. Neque antea ego vos superaui (inquit) cùm omni robore, omnibúsque machinis sacerdotum declinassem. Porrò multas ego mortes pro hoc ministerio elegissem. Neque enim conuenire mihi huius negotij ornamentum sum arbitratus. Idem Epist. 57. contra Andronicum. Testificor (ait) in his omnibus Deum, cuius ego propter vos arcanas gestaui ceremonias, præter humanos circuitus & studia, ad ipsum singulariter in multis temporibus & locis accessi Deum: pronúsque & flexis genibus supplex factus, mortem pro sacerdotio eligebam. Effrem quoque olim Edesse Ecclesiæ Archidiaconus, vacans Episcopatu, stultum se & insensatum simulauit, ne Episcopus (vt sperabant omnes) crearetur. Niceph. lib. 9. histo. Eccl. cap. 16. Ammonius quod venisse permultos videret, qui eum ad consecrationem Episcopalem abducerent, primùm multa præfatus de huius oneris grauitate, & sua indignitate: vbi non desistere eos perspexit, auriculam sibi dextram amputauit, & vel nūc demum (inquit) abite, quandoquidem deinceps etiam volentem, Ecclesiæ constitutio non recipit. Insistentibus rursum, sese sibi linguam etiā præcisurum minitabatur, nisi abscederent. Eodem tempore Euagrius Monachus & sacerdotium & Episcopatum sibi interdixit: & si ad vtrumque traheretur. Nicephorus libro 11. cap. 37. Nec Moses monachus Episcopatum accepisset, nisi futuram Arabum ad Christum cōuersionem, & vrgentem Christianorum necessitatem se medio sedandam præcauisset libro 11. cap. 46. Reconciliatio quoque

Obseruatio doctrinæ.

quoque Arrianorum cum Catholicis & Valentiniani decretum Ambrosium vt Mediolanensem Episcopatum acceptaret, reluctātem compulit.

Obseruatio doctrinæ.

Quod Christus asperè suos videtur arguere, in hoc formam præscribit Episcopi: cuius est instruere non contendere Cyprianus libro 3. Epistol. 5. Sacerdos enim non corrigens peccata, errare facit populum. Hesych. libro 1. in Leuit. cap. 4. Arguit ergo eos mansuetè, vt & commoneat. Olim quidem emeriti milites beneficiarij vocabantur: vt Pomponius refert, vbi per viginti annos pro republica decertarāt. Hinc apud Lucanum Cæsar. Quæ rura dabuntur, quæ noster veteranus aret, quæ præmia fessis? Quæ sedes erit emeritis? adeo vt beneficium officio succederet. Nunc si dignitates Ecclesiasticas consideres, nullum officium, sed beneficium requiritur: quasi non pascendis ouibus,

Interpretatio & obseruatio morum.

Respondens autem Iesus dixit, Nescitis quid petatis.

Non ad verba loquentis mulieris, sed suggerentium filiorum respondet (ait Chrysostomus.) Nec mirum si eos arguat imperitiæ, cùm etiam de Petro in transfiguratione dicatur, nescisse eum quid diceret Luc. 9. Marc. 2. Hierony. Nesciebant autem quid petebant, his de causis.

1. Quia regnum eius non est de hoc mundo, vt sanguine, nō autem gratia & merito conferatur. 2. Quia idem ociosis & dormientibus nō cōfertur: sed operarij vocātur, vt illis merces reddatur. Matth. 20.

Nesciunt quoque quid petunt, quum magistratus ambiunt. Primò quia de subditis reddenda est ratio. Hebr. 13. 2. Quia iudicium durissimum fiet his qui præsunt. Sap. 6. Hinc Hierony. regul. Monial. cap. 15. dicit se timere ne si Episcopus fuisset, etiam de numero damnatorum futurus esset. Cura sanc Episcopi maior est quàm Regis: Et tamen (vt docet Chrys. hom. 3. in Act. Apost.) pro oneris ratione plures reges & coronas & diadema in terrā

Interpretat. & obseruat. morum.

deiecerunt: adeo regnum insigne curis oppletum pendebant. Hinc in Troade Senecę Hecuba, quicunque regno fidit & magna potens dominatur aula, nec tristes metuit Deos, me videat & te Troia. His sane quæ in caput principum redundabant regni periculis: multi purpurā eiecerunt, & priuati vixerunt. At nullus suo oneri impar Episcopus, Episcopatum abnuit: sed & Archiepiscopatum, & Patriarchatum ambit, adeo vt quo plus sunt potæ, plus sitiantur aquæ: & nesciūt quid petāt.

Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?

Calicem in diuinis scripturis passionem intelligimus (ait Hieronymus) vt Psal. 115 a Calicem salutaris accipiam. Statimque infert quis iste sit calix: præciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Euthymius & Theophilactus, necnon græcus contextus addit. Et potestis baptismo, quo ego baptisor baptisari? Poculum & baptismum vocans cedem & martyrium. Poculum quidem, quòd mors læto animo pro hominibus suscipiatur: Baptismū verò, quod hæc futura sit in ipsorum purificationem. Ipse enim pro his seipsum sanctificauit. Ioan. 17. & mortem subiit, vt hunc calicem illis propinaret. Id igitur est ac si dicat: Vos mihi de honore & coronis loquimini: ego autem de agonibus & sudoribus: non enim hoc est premiorum sed militiæ tempus. Chrysostomus.

Obseruatio doctrinæ.

sed colligendis reditibus vacandum sit. Olim verò etiā Episcopi in Monasteriis creabantur, hoc præmium habentes pro exactissimo Philosophandi instituto, vt refert Nicepho. histo. Eccles. lib. 11. cap. 40. Hinc est quòd Christus de Paulo quem sibi Apostolum selegerat. Ostendam (inquit) ei quanta oporteat eum pro nomine meo pati. Hinc & his duobus discipulis, Potestis (ait) bibere calicē quem ego bibiturus sum? quò eos multa passuros, multa subituros pericula vt vocationem suam contestentur, insinuet: Omnes vtiq; Christiani calicem quem Christus bibit sibi assumere: sed & maxime Episcopi eum bibere debēt. Tertullianus lib. ad martyres multa pro Christo subire nos debere supplicia, Paganorum & venatorū exēplis probat. Porrò si id militibus, an non & ducibus inesse debet & Episcopis? Nūquid etiam oblato suæ vitæ discrimine, obuiam in lupos procedere

Obseruatio doctrinæ.

procedere deberent? Sic quippe magnus ille martyr Babylas Anthiochenus Episcopus, venientem in Ecclesiam suā Numerianum præfectū Gentilem repulit, se prouirili affirmans non commissurum, vt ad gregem lupum ingredientem intueatur. Nicepho. lib. 10. c. 28. Proinde in nulla vtique tribulatione Ecclesia ab Episcopo deserēda est. (ait d. Athana. in Apolog. ad Constant.) ne lupis gregis inuadendi occasio detur. Hoc Christus docet, simúlque officium suorum requirit, cùm ait, Potestis bibere? &c. vt sicut ille fecit, ita Episcopi faciant.

Interpretat. & obseruat. morum.

sostomus. His vtique verbis apertè docuit Christus, probandas illius vires qui Ecclesiasticis officiis destinandus est, ne sub onere decidat. Nunc verò hæc flocci fiunt: proinde desunt Ecclesiæ speculatores vigiles. Lubet hîc verba Gregorij Nāzanzeni, quæ orat. 8. funebri pro Basilio habentur, inferere. Hāc nequaquam (inquit) rerum & ordinis apud nos laudo confusionem, cùm aliquādo peruerse à quibusdā præsidetur in gradibus. Siquidem non omnes accusare audeo, neq; visum est: obiter tamen legem laudo nautarum, quæ prius gubernatori remum in manus dat, indéque in proram deducit, & vlteriora concredit: tandē verò super gubernacula, cùm multa maris experientia & ventorū statuit cognitione. Pariter & in rebus solet fieri bellicis: miles sub initium quis efficitur, deinde ordines regit, tandem etiam in ducem euadit. Nunc autem sanctissimus apud nos periclitatur ordo, ne præ rebus cunctis sit ridiculosissimus. Non enim ex virtute magis quàm malitia oritur præsidentia: neque digniorum, sed potentiorum sunt throni. Samuel inter Prophetas futura præuidens: sed & Saül abiectus; Roboam Salomonis filius inter reges, quin & Hieroboam seruus & desertor. At nec medicus aut pictor vllus est, qui non potius ægrotantium cōsiderat naturas, aut colores temperat, multas & delineat figuras. Cathedra verò etiam sine vllo acquiritur labore. Non secus ac cùm fabulæ gigantes fingunt. Vnius diei sapientes esse iubemus, eos qui nulla præditi sunt sapientia, & qui nil ad gradum, præterquam velle afferunt. Et hîc quidem inferiorem amat locum, & humilis consistit, cùm dignus sit sublimi, ac multum in literis exercitatus diuinis. Hæc Theologus intonat Gregorius. Excan-

Interpretatio & obseruatio morum.

descerent forsan nonnulli ex his, si hæc meo marte cudissem: quod tantum apud illos literati viri fauorem assecuti sint: vt & ipsæ literæ apud nonnullos disperiisse videantur. Solus fautor Deus. Solus enim tristes hac tempestate camœnas respicit. Quomodo ergo tanto oneri satisfaciunt, qui doctrinam, illiúsq; studiosos à se abdicarunt? Esai. 5. d. Captiuus olim ductus est populus eo quod scientiam non habuerit. Si enim sal doctrinæ & conuersationis prælatorum euanuerit, in quo salietur? Marc. 9. b. Luc. 14. G.

Interpretat. & obseruat. morum.

Sedere autem ad dexteram meam aut ad sinistram, non est meum dare vobis: sed quibus paratum est à Patre meo.

Vis facienda est in dictione (vobis.) Nam Christi est cōferre sedes cælestes, vt & postmodum insinuat dicens: sed quibus, &c. Quasi dicat. Meum quidē est beatitudinis participes efficere, sed nō vobis: at his tantum quibus illa præparata est. Nec ab omni tempore aut sub vno nunc æternitatis, dictio (vobis) sumenda est: sed sub vno nunc temporis. Nimirum ac si dixerit. Non meū est dare vobis, quales nunc estis superbi & ambitiosi: sed tamē vobis, quales futuri estis, humiles, abiecti fideles: quibus eo sensu paratum est regnum à Patre meo. Quem sensum D. Remigius, Druthmarus, Anselmus & Thomas sequuntur. Quippe (ait Theophylactus) luctātibus tantum coronæ sunt præparatæ. Quemadmodū cursus certamine pro-

Obseruatio doctrinæ.

Ex hoc loco argumentati sunt Arriani, quod non sit æqualis dignitas Patris & filij: At vt Hieronymus in Matthæum interpretatur, intendebat Christus docere se cum Patre regnum dare cæleste. Quasi dicat, Non meum est, vt homo, nisi per meritū: at meum est cum Patre per supremam maiestatem. Hic enim loquebatur qui eum & eius regnum, more humano attendebant. Æqualis est enim Christus Patri, ait Basilius lib. 4. Euersorio in Eunomium: Vnde & se iudicij dominum insinuat, Ioan. 5. & Matth. 28. Datam sibi omnem in cælo & terra potestatem

Obseruatio doctrinæ.

statē asserit. Et Matt. 16. Claues cælorum Petro promittit. Et Luc. 22. & Matth. 19. sedes duodecim Apostolis policetur. Porrò dixerit aliquis, Quinam à dextris Christi sessuri sunt: cùm ad nullū angelorū dixerit Deus, Psal. 109. sede à dextris meis? Verum quidem quod nullus ibi sessurus est. Hoc enim solius diuinæ naturę est. Verùm hoc dominus dixit iuxta illorum opinionem, qui sedis nomine, gloriam in eius regno non supremam, sed dependentē intelligebāt. Theophilactus. Nū dominari malum est, quòd Christus Gentiles, vt hac in parte corruptos adducit? Respōdetur, dominari sumi dupliciter, item & potestatem exercere: Primò quidem pro præesse, quo modo malum non est. Nā Rom. 13 omnis potestas a Deo, Itaque qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Hinc Petro; omnis (ait) creatura potestatibus sublimioribus subdita sit. 2. Pro ambi-

Interpretat. & obseruat. morum.

proposito, ac rege certaminis præside, si quispiam qui non certasset prodeat & dicat: Da mihi, stadium non ingresso, coronam, ô certaminis præses. Huic vtique respondere poterit ille. Non est meum dare ad gratiam coronam: sed quibus præparatum est: hoc est, qui cucurrerūt & vicerūt. Sic & hoc loco Christus tantum his qui laborauerunt, quibus vtique sedes parata est, eam dicit se collaturum.

Et audientes decē indignati sunt de duobus fratribus.

Non ad mulierem audaciam postulantis referūt Apostoli (ait Hiero.) sed ad filios, quod ignorantes mensuram suam, nō modica cupiditate exarserunt. Intellexerūt enim quòd hæc petitio discipulorum fuit, quādo eos dominus increpauit. Carnaliter tamen indignantur, vt obseruat Theophylactus, quòd aliquid sibi deperire putant, si isti exaltarentur.

Iesus autem vocauit eos ad se.

Qui apud semetipsos erant: hoc est, vt qui proprio & carnali marte ratiocinabantur & inuidebant, ad Christum accedentes, spirituali doctrina & cælesti imbuerentur. Et ait.

Scitis quia principes Gentium dominantur eorum: & qui maiores sunt potestatē exercent in eos.

Ambitionem detrectandam ab

Interpretat. & obseruat. morum.

Apostolis docet, quòd ex aduerso stare debeant Gentilibus idololatris, & promissioni spem non habẽtibus. Qui vt ambitiosi sunt, vt dominari appetunt, & tyrannicam in suos exercere potestatem: ita qui Christianis deputantur officiis, alterutrum prodesse, & inseruire cum humilitate debent. Ideo ait.

Non ita erit inter vos.

1. Seu ratione Christianismi, quo omnes ad alterutrum obligat, 2. seu ratione Ecclesiasticæ authoritatis, quam ego vobis collaturus sum. Hæc quippe potius seruitus dicenda est, qua vos omnibus omnia fieri, omnes lucrifacere, & vestris subditis tum verbum, tum sacramenta ministrare debetis. Vnde,

Quicunq; voluerit inter vos maior fieri, sit sicut minister.

Id est, qui consentiet ceu etiã desiderabit Episcopatum, ceu primatum alium in Ecclesia, & ad eũ proiectus fuerit, ministerio deputabitur, non dominio.

Obseruatio doctrinæ.

tiose & superbe, ceu tyrannice in subditos se gerere. Et sic dominari malum est: quo modo hic intelligitur. Luc. 16. Quanto enim maior es, tanto te humilia in omnibus. Hæc Orige. Thomas & Chrys. Rursus quæritur quomodo Christus dicat se non venisse ministrari, cùm angeli, & Martha ei ministrasse dicantur. Matth. 4. Luc. 7. Sed aliud est Christo ministratum fuisse, & Christum venisse vt ministraretur. Ministratus quidem ei fuit: non tamen ad hoc venit, sed vt ministraret. Sic & intentio prælati, semper esse debet omnium se seruum reddere, & si à suis dominus agnoscatur.

Et quicunque voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus. Vt enim serui est totum se domini sui obsequio impẽdere, sic prælati est totum se subditis deuouere. 1. Cor. 9. Cùm essem liber ex omnibus, omnium me seruum feci, ait Paulus. Et 2. Cor. 4. Nos serui vestri sumus, inquit per Iesum Christum. Quod Christus suo exemplo probat. Sicut filius hominis nõ venit ministrari sed ministrare, & dare animam suam in redemptionem pro multis. Et tamen ille caput totius Ecclesiæ est: illum Pater audiẽdũ de nube testatus est. Qui tamẽ in medio Apostolorũ fuit, sicut qui ministrat. Seruus vtiq; factus, & ratione officij, quia ministrauit: & ratione pretij, quia redemit.

FERIA QVINTA POST DOMINICAM secundam quadragesimæ.

Euangelium habetur *Luc. 16.*

Homo quidam erat diues, &c.

Introductio in Euang.

Qui in iuuẽta delicatius corp° suũ fouerit, nec multis laboribus lasciuientem ætatem refrenarit, grauem sentiet senectam. Proinde vt ait Horat. lib. de arte poet. Qui studet optatam cursu contingere metam: Multa tulit, fecitque puer, sudauit & alsit: Abstinuit Venere & Vino. Ita qui in fœlicitatem æternam contendit, hic non deliciis indulgere, sed afflictionibus corpus suum domare debet, vt in hodierno habetur Euangelio. Porrò hæc verba habita sunt à domino anno ipsius ætatis 33. Mense 2. die 3. & enarrata his qui eum comitabantur ab Heffrem in Hierusalem, antequam in Hiericho deuenisset. His intendebat

Interpretat. & obseruat. morum.

Homo quidam.

Quidam, ait, quia quasi vmbra præteriit Chrysost. hom. 15. tom. 6. Nõ effertur nomine: Quod hi qui in terris nomina sua faciunt, non proinde scripti sunt in libro vitæ, Matth. 25. Psal. 139. Luc. 10. Indigni enim sunt qui cũ iustis scribantur Psal. 68. quorum nomina sunt in lib. vitæ Philip. 4. Apoc. 3. 20. 21.

erat diues.

Diues affectu, vt qui opes concupisceret, & diues vocari affectaret.

Non omnino diuitiæ prohibentur, sed eorum abusus. Nimirum diuitiæ bona sunt ἀδιάφορα, siquidem his & benè vti, in hospitalitatem, vt Abraham, Genes. 18. Lotæ. Gene. 19. Raab. Iosue. 6. Iob. cap. 1. & vlt. aut abuti, vt Nabal ille carmeli 1. Reg. 25. possumus. Luc. 9. Quid verò prodest homini si omnem mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur?

qui induebatur purpura & bysso. Superfluus ille in victu & vestitu. At vestium quidẽ affluentiam dominus primùm cõdemnauit, cùm

Interpret. & obseruat. morum.

Adamum pellibus induit Genes. 3.

Vestitus honestus non prohibetur, sed superfluus & curiosus. Potest enim quis sub diuite ornatu cilicium gerere: vt Iudich. cap. 9. Et vt Imperator Theodosius apud Euseb. hist. Eccl. lib 11. ca 33. Curiositas autem prohibetur: vt Sophoc. 1. Distinct. 30. canon. Si qua mulièr. Et apud Cyrillum Hierosol. cate. 4.

& epulabatur quotidie splendide.

Non illi satis erat cibari. Si tantum diebus quibusdam, vt Assuero (Hester 1.) & filiis Iob. (Iob 1.) & Abrahã in die ablactationis Isaac, licuit: excusabilis foret. Porro superabũdãtibus epulis, pauperibus fame morientibus, quotidie excipiebatur. At verò Hieronim⁹ parte 2. tracta. epistol. 24. de statu viduali, docet abstinentiam à cibis delicatioribus carnem domare. Tertullianus quoque in Psychicos, ciborum redundantiam Israëlitis nocuisse, ex libro Numero. cap. 11. Exod. 32. Deuteronom. 32. testatur. Quid ergo nonnulli allegant ex Paulo Roma. 14. Regnum Dei escam & potum non esse, quasi nulla in his habenda sit regula? Nec enim in victu & deliciis est fœlicitas ait Seneca, epistola 120. Proinde nec epicureos, immò neque porcos etiam, nec istum epulonem beatum censemus, immò potius hoc ipso infœlicẽ, quòd porcinam fœlicitatem sibi delegerit.

Et erat

Introduct. in Euang.

Pharisæorum auaritiam detestari, & pauperum patientiam commendare.

Summa.

Duo ex aduerso statuuntur, dispares in vita & mercede post mortem. 1. Diues superfluus, 1. vestitu, 2. victu, 3. Impius in pauperes, & inhumanior canibus ipsis. 2. Pauper extremo affectus lãguore, 2. & inopia, 3. nõ magni cupidus, 4. à diuite despectus. 3. Mercespauperis post mortem, quòd 1. portatus ab angelis. 2. Cõsolationem adeptus est, in sinu Abrahæ. 4. Merces epulonis est, quod 1. inferni supplicis mancipatus, 2. quem contempserat pauperem vidit in sinu Abrahæ. 3. & extremis languoribus fuerit agitatus. 5. Oratio diuitis ad Abraham, 1. vt iuuetur ope Lazari, & paulum refrigerij assequatur. 2. Aut saltem fratres eius à rediuiuo Lazaro instruantur, 6. Responsio Abrahæ. 1. Impossibile esse opem ferri damnato. 2. nec necesse esse redi-

Obseruatio doctrinæ.

rediuiuum Lazarum quid fratribus illius cõtestari, cùm legem & prophetas habeãt.

Obseruatio doctrinæ.

Ireneus l. 4. in hæreses ca. 4. non parabolã esse ait. Abdias verò l. 5. hist. Apost. Historiam hãc contestatã fuisse veram etiam ab adolescente suscitato à domino recenset. Cyrillus libro 9. in Leuitic. rem gestam dicit esse. Tertullianus libro de resurrectione carnis exemplum vocat. Hylarius in Psalmũ 122. eam vt historiam citat. Ambrosius in Lucam, & Hieronymus ad Paulam de obitu Blesillæ, & ad Marcellinam de exitu Leæ, asserunt. Tertull. quidem diuitẽ hunc Herodi, & Lazarum Ioãni Baptistæ applicat l. 4. in Marcionẽ. Chrys. tom. 6. hom. 15. de diuite: In parabola inquit non sunt dicẽda nomina. Parabolæ illæ sunt vbi exemplũ ponitur, & tacẽtur nomina. Vbi autem Abrahã & Prophetæ & Lazar⁹ & Moyses. Si enim verus est Abraham

Interpretatio & obseruatio morum.

Et erat quidam mendicus.

1. Ex opposito diuitis, iste statuitur. Contraria enim iuxta se posita magis elucescunt. 2. Tum quod & in illum misericordiam cõferre potuisset, vt tandem sequitur.

nomine Lazarus.

Nomen pauperis exprimit: quia (Luc. 16.) quod hominibus abominandum est, altum est apud Deum. Fert autem Hebræorum traditio (ait Cyrillus & Theophilactus) Lazarum quendã per illud tempus extrema inopia & infirmitate laborasse.

Porrò Gentiles quidam, vt diuitias coluerunt, ita paupertatem abhorruerunt. Nimirum paupertatis templum extra vrbem statuerunt, quasi quid noxium esset: vt refert Alexander ab Alexandro lib. 2. genialium dierum cap. 4. At Christus & verbis & factis paupertatem cõmendauit. Nam in ea probatus est summe philosophus Lazarus: vt qui non in tantis malis blasphemauit: conuitiatus sit, &c. Vt Theophilactus in Lucam: & Chrysostomus tomo 6. homil. 50. Quòd nemo lædit nisi à seipso. Paupertas enim & fames illa abundantiam futurorum bonorum parabat. Nec ergo omnino diuitiæ laudandæ (ait Iustinus epistola ad Zenã & Serenũ) nec paupertas vituperanda. Nam illæ cõflãtur è dãnata quadã materia

Interpretat. & obseruat. morum.

quæ tandem perit, & consumitur à vermibus, incendiis, ruinis, tyrannis, atque prædonibus. At hæc relictis rebus secularibus, veritatē solā inquirit, nec ab vllis temporaneis distrahitur. Duæ tamen res sunt (ait Eucherius epistola præneretica ad Valerianum de mundi contemptu) quæ maxime homines in negotiis sęculi victos teneat: opū voluptas, & honorum dignitas: quarum prior non voluptas sed egestas, sequēs nō dignitas sed vanitas nūcupāda est.

qui iacebat ad ianuam diuitis.

1. Ne diues diceret: Non vidi, in angulo fuit, aspicere non potui, nemo mihi nunciabat. Videbat illum & exiens & reuertens. Chrysost. 2. Et vt crudelitatem diuitis in suo corpore demonstraret, ad ianuam erat. 3. Iacebat, vt qui stare non posset, adeo morbo infirmum illius corpus obruebatur.

Obseruatio doctrinæ.

verus est & Lazarus. Iustinus martyr tamen nec parabolam, nec historiam esse censet, sed manifestam narrationē, quæst. 60. ad orthod. Hæretici apostolici dicti, vt testis est Epiphanius: Manichæi quoque, vt August. epist. 19. ad Vvaldenses, Pauperēsque de Lugduno. vt Guaguinus Chronic. Franc. libro 6. asserunt, diuitias damnationis causam esse credebant. Sed nō animaduertebant Ioseph in Ægypto diuitem (Gen. 45.) Tres pueros in Babylone principes (Daniel 1.) Hester regio vestitu decoram. (Hester 5.) vt Hierony. 3. parte epistol. tract. 7. epist. 25. de obitu cuiusdam consolatoria docet. Sed tamen diuitibus præcipe (ait Paul. 1. Tim. 6.) non sublimè sapere, nec in incerto diuitiarum suarum, sed in Deo viuo sperare. Non enim sunt diaboli diuitiæ, aurum, argentum, sicut & nonnulli existimant. (ait Cyrillus Ierosoly. catech. 8.) Fidelis enim hominis vniuersæ diuitiæ mundi. Infidelis vero, ne nummus quidē. Diabolo quoq; nihil est infidelius. Quādo autē bono malè vteris, impie recipis illū in opificē.

Interpret. & obseruat. morum.

Vlceribus plenus.

Vt & Iob qui testa sanie radebat. Iob 1. Ægrotāt enim alij sed vlceribus carēt. Vnde & hoc illi ad maiorē

Obseruatio doctrinæ.

Antiqui patres in Lazaro patientiam & ieiuniū summè extollunt. Patientiam quòd vlceribus plenus, & fame

est

Obseruatio doctrinæ.

fame deficiēs: ieiunium quod ne micas quidem quibus recrearetur haberet, Tertull. lib. de cibis Iudaicis. Nam & Lazarus (inquit) in ipsa fame, ipsisque vlceribus, & canibus diuitis præferēs carnifices, salutis. ventrem & gulam coercebat exemplis. Et libro de ieiunio contra Psychicos, Sed nec (ait) apud inferos admonitio cessauit: de diuite epulone quidem conuiuia conciliantur, in paupere verò ieiunia recreātur, habentia præceptores Moysen & Prophetas. Basilius quoque homil. 1. de ieiunio. Quid (inquit) Lazarum in sinu Abrahæ requiescere fecit? Nonne ieiunium?

In diuites.

Miror vtique quomodo nō ipsam mortem diuites attendant, quæ saltem eos sui similis misereri doceat. Eucherius quidem ad Valerianum epistola in eos hæc proponit. Thesaurisat & ignorat diues, cui congreget ea Psalm. 38. Sed fac vt veniat hæres

Interpretat. & obseruat. morum.

est miseriam, quod vitæ comparandæ officio destitutus esset.

Cupiens saturari de micis quæ cadebant de mensa diuitis.

1. Non ferculis, non panibus integris, sed in catellorū morē (Matt. 15.) micis è mensa cadētibus, & pedibus accumbentium subiacētibus. Immò tātum cupiebat, non clamore fastidioso requirebat. 3. Et saturari optabat, qui tamen vlceribus vndique scatebat, quod illū fames grauius quàm infirmitas torqueret.

Expendit Christus omnes in hoc mendico miseriæ circunstantias, vt doceat eum Eleemosyna non abs re donandum fuisse. Aliqua enim huic faciundæ ratio adhibenda est: 1. Ne mari ipsi aquam inferre videamur: vt ad diaconissam Olympiadem Chrysostomus scripsit. Nicephor. l. 13. cap. 24. 2. Sed & eis maxime qui mendicare erubescūt: non qui ventrem ad nundinationem proponūt, benefaciēdum monuit Atticus Episcopus Constantinopolitanus, epistola ad Calliopium Nycenum presbyterum. Nec hi tātum à diuitibus pascendi sunt, qui gratiam referre possunt, vt docet Lactant. lib. 6. de vero cultu cap 11. Sed & pauperes, vt tibi Deus mercedem pendat.

& nemo illi dabat.

Neque enim serui diuitis domino suo mitiores erant. Sed & qui satur est, pleno laudat ieiunia ventre.

Prouerb. 29. Rex impius omnes

Interpret.& obseruat.morum.

ministros habet iniustos, Eccl.10. Secũdum iudicem populi, ita & ministri eius. Ambrosius in Lucam, diuites adeo sunt (inquit) propriè cõditionis immemores, vt pauperem irrideant, insultent egenti: & quorum misereri decet, ab his si quid habent, auferant.

Sed & canes veniebant & lingebant vlcera eius.

Adeo si intus hominem inspicias, varia animantium genera malitia vincit, ait Plutarchus lib. de morbis animi & corporis. Immò naturales perfectiones bruta ceteráque omnia magis quàm homines obseruãt, Ambros. Augustinus. Ambrosius 3. offic. c. 7. feræ non expellunt feras (inquit) & homo excludit hominẽ: canes ante mensam impastos esse non patimur, & homines extundimus? Vtar hîc verbis Lactantij lib. 6. de vero cultu cap. 11. Quid vt prãdiũ facias, personas eligis quæ tibi gratiã referre possunt? Quid membra inspicis? pro homine tibi habendus est, quisquis te ideo precatur quia te hominem putet. Largire cæcis, debilibus, claudis, destitutis, quibus nisi largiare, moriẽdum est. Inutiles sunt hominibus, sed vtiles Deo, qui eos retinet in vita. Qui succurrere perituro potest, si non succurrerit occidit. Demum docet eum qui suis parcit in pauperes, ea tãdem aut bello, igne, inglu-uie, prodigalitate aut alia fortuna perditurum.

Factum

Obseruatio doctrinæ.

ex voto. Nunquid non sæpe sensum hæres intercipit, opesq; cõgestas aut filius malè educatus, aut gener malè electus absumit? Sed enim multi sunt, dicis, in domo liberi. (Cyprian. serm. 1. de eleemosyna) & retardat te numerositas filiorũ, quominus largiter bonis operibus insistas: atqui hoc ipso operari amplius debes, quo multorũ pignorum pater es, plures sunt pro quibus depreceris. Multorum delicta redimẽda sunt: & vt in hac vita seculari alendis, sustinẽdisque pignoribus, quo maior est numerus, hic maior est & sumptus: & in vita spirituali atque cælesti, quo amplior fuerit pignorum copia, esse & operũ debet maior impensa: sic & Iob sacrificia numerosa pro liberis offerebat, &c. Iob. 1. Obiectabit & dues Epicuream vtique sententiã, fruamur bonis in vita: sicut & his de quo Christus Luc. 12. Fruere anima mea. Hæc enim tibi reposita sunt in

annos

Obseruatio doctrinæ.

annos plurimos. Responderi verò tibi potest Euangelicum domini verbum: Stulte, hac nocte repetam animã tuam à te. Quid (vt ipse commentatur Cyprianus loco supradicto) diuitiis tuis solus incubas? Quid in pœnam tuam patrimonij pondus exaggeras, vt quo locupletior fueris sæculo, pauperior Deo fias? Erras & falleris, quisquis te in sæculo diuitẽ credis. Audi in Apocalypsi domini tui vocẽ (Apoc. 3.) dicis (inqt) dives sum et ditatus sum, et nescis quia tu es miser et miserabilis & pauper et cæcus & nudus es. Audiamus quid Chrys. lib. 2. de reparatione lapsi te instruat. Quid profuit illis qui in luxuria corporis & præsentis vitæ voluptatibus vsque ad diem vltimum permanserunt? Intuere nũc sepulchra eorum, & intuere si est aliquod in eis iactantiæ suæ vestigium: si aliqua diuitiarum vel luxuriæ signa cognoue-

chrum ab hominibus, sed

Interpret.& obseruat.morum.

Factum est autem vt moreretur mendicus.

Exitum iam vtriusque, pauperis scilicet & diuitis pandere incipit. Pauperis quidem quòd mors eum à tantis malis eripuerit.

& portaretur ab angelis.

Qui dum viueret nullo stipatus hominum erat satellitio: tum angelos habuit portitores, vt Abacuc (Daniel. 14.) Sunt enim illi spiritus administratorij, Hebr. 1.

in sinum Abrahæ.

Vbi electi ante aduentum Christi erant: ab Abraham dicti: 1. quia ipse à fide sua commendatus est, vnde & multarum gentium, id est, fidelium pater nuncupatus est. 2. Quia ipsi benedictio repromissa est.

Mortuus est autem & dives.

1. Quòd omnibus statutũ sit mori, Heb. 13. 2. Nec auro & diuitiis mors remoretur & retardetur. O mors quàm amara est memoria tua homini pacem habenti in bonis & delitiis suis. Sic omnes vna manet nox. Et calcanda semel via læti.

& sepultus est in inferno.

Græcus contextus periodo concludit (& sepultus est) vt posteriorẽ sentẽtiam incipiat sic καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ ἐπάρας, id est. Et in inferno eleuans oculos. Eũdem periodi modum sequitur Chrys. Theophilact. & Oecumenius. Sepultũ tãtum esse dicit, quod ob diuitias elatus sit in sepulchro non in sinum Abrahæ ab Angelis.

Universidad de Navarra Biblioteca

Interpret.at.& obseru.at.morum.

Obiter quoque insinuans locum infimum eius animam sortitam fuisse, Theophilact. Diuitiæ igitur nihil illi ad fœlicitatem cõtulerunt. Proinde Hyppomachus quidam aliptes (ait Plutarchus libr. de cupiditate diuitiarum) quibusdam laude efferentibus prælongum quempiam, ac prælongis manibus hominem, tanquam ad pugilum certamẽ idoneũ, Sanè, inquit, si suspensa in alto corona foret detrahenda. Idem licebit dicere in hos qui pulchra prædia, qui amplas ædes, qui pecuniæ vim stupent, atque his in rebus fœlicitatem sitam esse ducunt: sanè siquidem venalis esset emenda fœlicitas.

Eleuans autem oculos suos, cùm esset in tormentis, vidit Abraham à longe, & Lazarum in sinu eius.

Vt enim dominus Adam è regione Paradysi statuerat, vt vnde cecidisset videret: sic & illum condemnauit in conspectu Lazari. (Theophilactus) vt eum videns torqueretur. Liberos in tormentis oculos habet, vt talpæ, in morte, qui dũ deliciaretur eos clauserat.

Et ipse clamans dixit, Pater Abraham.

1. Clamor testatur angustiam tormentorum. 2. Non rogat Lazarũ: eum suo scilicet metitur pede, vindicem eum putãs, si malorum prius, sibi ab eo illatorum reminiscatur. Theophilactus. 3. Aut ad Abrahã erigitur,

Obseruatio doctrinæ.

ris. Require nunc vbi vestes & ornamẽta peregrina, vbi spectaculorum voluptas, vbi asseclarum turbæ, conuiuiorum cessit opulentia, risus, iocus, & immoderata atque effrenata lætitia. Quo abijt? Quo recessit? Vbi nunc illa, & vbi ipsi? Quis finis vtrorumque? Intuere diligentius & accede propius ad singulorum sepulchra, vide cineres solos, & fœdas carnes, vermiúmque reliquias, & recordare hũc esse corporum finem, etiamsi in delitiis & lætitia transigerint vitam. Nunc autem conuerte oculos tuos ab his cineribus & sepulchris, & reuoca cogitationẽ tuã ad illud diuini iudicij tribunal horrẽdũ, quod ardẽs fluuius flãmeis ambit fluentis, vbi fletus & stridor dentium. Recordare parabolam Lazari, & diuitis illius qui opum tantarum dominus, qui purpura indutus & bysso, mortuus est & sepultus in inferno, & ne vna quidem guttam aquæ inuenire

Obseruatio doctrinæ.

nire potuit. Hæc Chrysostom. Quid igitur diuites mortem non aduertunt, vt ab auaritia & crudelitate temperẽt?

Quoniam Caluinus hîc negat sinum Abrahæ quenquam locum significare: & pro se esse sacros Ecclesiæ doctores, (etsi nullum in medium proferat) affirmat. Ideo paucas hîc patrum sententias adferam. Ireneus quidem circa finem l.5. in hæreses interpretatur id verbum Christi, Matth.12. Recumbent cum Abraham & Isaac, pro loco inferno: in quem Christus patres erepturus, statim vbi expirauit, descendit. Tertullian. l.4. contra Marcionem: sinum Abrahæ, locum eum esse animarum fidelium dicit, qui licet cælestis non sit, inferno tamen longe superior & altior est. D. Hilarius in Psalmum 110. locum esse dicit, quo animæ iustorum tantisper detinentur, donec illis ad regna cælorum detur ingressus. Eucherius Lugdunensis libro quæstionum noui testamẽti, infernum esse censet, sed tamen refrigerij locum, simúlque Abrahæ designare ab omnibus illius regionis quietem. Chrysost. tom.6. homil.15. de diuite & Lazaro, infernum esse dicit, in quo etiam paradysus est, quia & hîc congregatio electorum. Ambros. de obitu Valentiniani asserit, locum esse animarum beatificandarum, Gregor. Nyssenus in disputatio. de anima & resurrect. locum censet esse tanquã portum non obnoxium procellis, quem adeunt animæ sanctorum, cùm hinc soluerint: similitudine à sinu maris sumpta. Adeo omnes vno ore locum esse censent infernalem, sed paulo superiorem eo, in quo damnati sunt, quod scriptum sit de diuite: & eleuans oculos suos dum esset in tormentis. Nec pudet hîc Caluinum imponere primitiuæ Ecclesiæ patribus, quod locum esse non censuerint, etiam nullo adducto testimonio. Ceterum, vt Augustinus lib. de origine animæ

Interpret.& obseru.morum.

erigitur, vt cuius se antea filium, in Iudæorũ morem, Ioan.8. ostẽtarit.

Abraham patrem vocabat, à quo maximè desciuerat: fuerat enim ille charitatiuus, hic crudelis: ille sedens ante fores venabatur transeuntes, & in domum propriam ingerebat: hic vero & manentes intus auertebat.

Obseruatio doctrinæ.

docet, ne putes Abrahæ sinum, esse sinum corporis Abrahæ: sed sinum Abrahæ (inquit) intellige remotam sedem quietis atque secretam, vbi est Abraham: non quod istius tantum sit hic locus, sed quòd ipse multarũ gentium pater sit, qui ad imitandum fidei exemplum præpositus est. Quod eleuans oculos diues videt Abraham à longe, Christus cognitionem exprimit, quam animæ corporibus exutæ etiam damnatorũ habituræ sunt. Hinc enim discimus (ait Euthymius cap. 59. in Lucam, & Hugo Etherianus l. de regressu animar. ab inferis, cap. 10.) quod in futuro sæculo, non solum peccatores vident iustos et iusti peccatores, sed & agnoscunt: & peccatores quidem iustorum vident fruitiones, quo magis his priuati doleant: iusti autẽ vident supplicia, quo amplius gaudeant, intuentes quanta effugerint tormẽta. Cyrillus quoque Alexãd. l. 9. in Leuit. Hic locus profectò, inquit, quo & diues Lazarũ vidisse, etiã tãto chao interposito, & Abraham eius orationem audisse refertur, manifestam eorum cognitionẽ, quæ ad nos pertinẽt, in separatis animabus clarè ostẽdit: & tantam quidẽ, quãta sufficit ad beatitudinem, aut miseriam pro qualitate suorũ operũ statuẽdam. Hæc ille. Quod si id datur damnatis, cur non & sanctis? Si tam perspicax & visus diuiti, & auditus Abrahæ nondum cælo donato: num sancti (Deo dante) & nostras necessitates & nos orãtes audire possunt? Eucherius idcirco vbi Heliseũ absentem vidisse dicit Giezi & talenta & mutatoria vestimẽtorũ à Naaman accepisse, 4. reg. 5. hæc colligit lib. 4. in lib. reg. Absit ergo, vt dicamus sanctos in illa vita Deũ clausis oculis nõ visuros. Etenim hoc isti Prophetæ indultũ est: quãto magis in illo corpore spirituali videbunt sancti omnia, non solum si oculos claudant, verum etiã vnde sunt corpore absentes? Siquidẽ vt cum Iustino martyre q. ad Orthodoxos 76. concludam, vident animæ, tum seipsas, vbi corporibus exutæ fuerint, tũ ea quæ sub ipsis sunt, & præterea, & angelos & dæmones. Eucherius quæstionibus in nouum testamentũ duas quæst. emouet: prima est, quomodo diues in tormentis

Obseruatio doctrinæ.

tormentis fuerit ante iudicium: Et hæc quidem ratio perplexum de hac historia tenuit Iustinum q. 60. ad Orthodoxos. Soluit verò Eucherius: tormenta pro loco custodiæ, in quo erat accipi, quod reis ipsa custodia ante iudicium non sit absque tormentis. Euthymius verò cap. 59. in Lucã, futuras (inquit) retributiones quasi iã factas narrauit Christus. Sed malim Eucheriũ audire: siquidem etiã ante generale iudicium animæ corporibus exutæ aut torquẽtur aut lætantur. Vt Tertull. lib. de anima cap. vltimo docet, Et Chrysostom. hom. 2. in Lazarum. Altera quæstio est. quomodo digitus Lazari dicatur, & num quasi animæ membra habeant. Hæc autem omnia (ait Eucherius) secundum eos affectus loquitur, quos aliquando pro necessitate corporis gesserat. August. verò lib. de origine animæ, Quid causæ est (inquit) vt nomina ista membrorum, in Deo tibi corpus non faciãt, in anima faciant? Hinc concludit hæc tropice atque translate sumenda. Cuidam genti au-

Interpretat. & obseruat. morum.

Miserere mei. Misericordiam quærit qui misereri noluit. Sed (Iac. 2.) Iudiciũ sine misericordia fiet illi qui nõ fecerit misericordiã. Sic qui obturat autẽ suã ne audiat pauperẽ, clamabit ipse & non exaudietur.

Mitte Lazarum vt intingat extremum digiti sui in aquam, & refrigeret linguam meam: quia crucior in hac flamma.

Id est, mitte Lazarum, vt me pauxillo sui auxilij releuet: & hæc mihi tormenta mitiget. Sic enim Gregor. Nyssenus lib. de anima & resurrectione interpretatur. Priuatio bonorum (ait) flamma perurens est: quæ guttam aliquam ex pelago bonorum, quibus sancti affluunt & abundant, ad consolationem desiderat & nõ adipiscitur. Hoc est ergo, quasi Abraham oret, vt propter Lazari merita subleuetur, quem habet charissimum. Per digitum ergo, minimum auxilium & meritum Lazari: per guttam aquæ, pauxilum consolationis: per linguam arentem & sitientem, torturam qua languebat diues exprimit. Cyprianus lib. 1. epistol. 3. ad Cornelium obseruat inter omnes corporis partes magis os & linguam diuitis epulonis pœnas dare: quia plus scilicet lin-

Interpretat.& obseruat.morum.

gua sua,& ore peccauerat. Ceterum se cruciari dicit in flamma: ignis enim, sulphur, & spiritus procellarũ, pars calicis damnatorum. Atque vt affectiones corporis cõtingunt spiritum, quandiu corpori ille vnitus est, adeo vt tristetur de malis corporis,& illi compatiatur: sic & anima pœnis infernalibus afficitur. Atque vt Salamãdra igne non corrumpitur,& interit, etsi in eo viuat: ita nec deperit anima aut corrumpitur igne infernali, etsi eo perpetuò crucietur.

Obseruatio doctrinæ.

aurum ad vincla seruire traditur (ait Tertull. lib. de cultu fœminarũ) Sic & isti diuitiæ ad damnationem cõtulerunt. Non quòd iniustitiam commiserit, non quod quicquam à Lazaro per rapinam erepsisset, quippè qui nihil habuisset: sed quòd mollem & delicatam vitam egit, nec sui similis misertus est. Vt Georgius Alexãdrinus in vita Ioannis Chrysostomi & Basilius homil. 2. de ieiunio: necnon Gregorius Papa in homil. obseruant.

Dixit illi Abraham: Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua, Lazarus autẽ mala. Nũc autem hic consolatur, tu verò cruciaris.

Duplici ratione respõdet fieri non posse, vt è Lazaro auxilium habeat. Primo quidẽ ꝙ hæc sit retũ vicissitudo, vt qui hoc in sæculo bona receperit, mala tãdẽ assequatur. 2. Quod chaos inter vtrumq; positũ hanc opem impediat. Ceterũ ne te recipere bona pro assecutũ esse & fuisse diuitẽ intelligas. permulti enim diuites, vt diximus, fœlicitatẽ assecuti sunt: sed pro affectu & corde inhærebat bonis tẽporalibus, quæ nec illi denegata sunt. Quasi dicat Christus, Memento te toto cordis affectu terrena prosecutũ esse, in his oblectatum, eáque tibi nihil ad cælestia attendenti, porrecta: Hunc verò quòd terrena contemneret, mala fortunæ & corporis habuisse, adeo vt verè pauper spiritu fuerit, Matth. 5. Proinde consolatur hîc, tu verò cruciaris, Gregor. Nyssenus lib. de beatitud. paulo fusius hæc expendit his verbis, Memento (ait) quod receperis, &c. Conclusisti simul in munimentis diuitiarum misericordiam, & reliquisti super terram miserendi affectum. Non portasti ad hoc sæculum humanitatem. Non habes quod non habuisti. Non inuenis quod non deposuisti: non colligis quod non dispersisti, non metes quod non seminasti. Acerbitatem

Obseruatio doctrinæ.

Interpret.& obseruat.morum.

Quæret quispiam quomodo stare poterunt hæc, quod iste reprobus dicatur filius Abrahæ: & tamẽ Christus neget Iudæos reprobos filios Abrahæ esse. Sed facilè soluitur, si filij Abrahæ in duplici ratione cõsiderẽtur. Est enim filius Abrahæ per carnem, & est per spiritum. Iste quidem Abrahæ, secundum carnem, filius agnoscitur. Et eo sane modo Iudæi Abrahæ filij dici possunt. Sed nec Iudæi, nec iste, filij Abrahæ secundũ spiritum dici possunt, quod nec eius fidẽ, nec opera secuti fuerint. Obserua hoc loco (ait Theophil. in Lucam) cõtra Origenistas quod tempus erit, quo finientur impiorum supplicia, & peccatores iustis coniungentur: & sic omnia in omnibus erit Deus. Ecce enim audimus Abraham dicentem, quod hi qui volũt hinc ad vos, vel illinc ad nos transire, non possunt. Sicut igitur impossibile est ex cõsortio iustorum quempiam, transire in locũ peccatorum:

tem seminasti, collige manipulos: coluisti, immisericordiã, habe quod dilexisti. Non aspexisti quenquam condoleẽter, non aspicieris cum miseratione. Sic tristitia conuertitur in gaudium Lazaro, & gaudium in tristitiam diuiti. Interim tamen pium patris Abraham in diuitem epulonem affectum demirare, qui eum etiam filium nuncupet. Quo vtique nomine, corde contundi debuerat, & sese miserrimum profiteri, cùm à tanto patre natus exciderit, & tot suppliciis, inde addictus sit. Duabus ergo rationibus Abraham filiũ eum vocat. Primò, vt in se doceat nec electorum, nec Dei esse perditionem & ruinam impiorum. Nam & Esai. 33. b. Angeli pacis, amarè flebunt super condemnatione reproborum: & virtutes cælorum mouebuntur, Matth. 24. Illisque electi, immò & Christus ipse compatietur. Sicut & Matth. 23. Quoties volui congregare filios tuos, ô Hierusalem, exclamat. Et Luc. 19. super Hierusalem fleuit. Perditio igitur nostra nec Abraham est, quum nos semper paterno prosequatur affectu: nec ab electis, nec à Deo, cùm diligat omnia quæ sunt, & nihil oderit eorum quæ fecit, Sap. 11. Ideo quoque filium vocat, ne videatur abdicare patris nomen, quasi durior & seuerior, quo eum epulo euocarat. Nulla enim seueritas, sed neque vindicta est electis. Secundò, filium vocat, vt saltem nunc ad

Interpretat.& obseruat.morum.

reatus sui agnitionem deducat: cùm in sortem electorum, id est, fidelium Abrahæ filiorum vocatus fuerit, à qua tamen sponte & propria malitia exciderit.

Et in his omnibus magnum Chaos inter vos & nos firmatum est, vt hi qui volunt hinc transire ad vos non possint, neque inde huc transmeare.

Similitudine à Chao sumpta, quo loca distinguũtur sic ab inuicem, vt ab vno ad aliud pertingi nequeat, docet impossibile esse damnatis statum & meritum mutare, vt interpretatur Gregorius Nyssenus libr. de anima & resurrectione. Hugo Eheria. libr. de reg. anim. cap. 11. Ambrosius & Theophilact. in Lucam. Nam qui semel, ait Gregorius Nyssenus, quicquid in hac vita suaue ac iucundum est elegerit, nec pœnitentia ductus, stollidum ac temerarium suum consilium corrigit & emendat, inaccessum atque inuium sibi locum bonorum posthac efficit, quum hãc ineuitabilem, quæ transiri nõ possit necessitatem, tanquam barathrum quoddam vastum & inuium, qua transiri non possit aduersus sese perfoderit. In inferno enim nulla est redemptio. Sancti verò cum sediuinæ iustitiæ conforment, etsi quidem compati queant, non tamen sollicitare, iam æternis adiudicatos suppliciis.

& ait, Rogo te pater, vt mittas

Obseruatio doctrinæ.

ita impossibile est, vt nos docet Abraham, transire à loco pœnæ, in locum iustorum. D. Augustinus tom. 8. enarrat in Psalm. 108. hinc colligit mortuos rescire quid fiat circa viuos, pro ratione aut illorum pœnæ aut gloriæ. Sed vnde rescíant, determinat, Augustinus lib. de cura pro mortuis agenda cap. 15. Et tom. 3. lib. de spiritu & anima cap. 29. Possunt enim (ait) & ab Angelis qui rebus quæ hic aguntur præsto sunt, audire aliquid mortui. Nisi enim essent Angeli qui possint interesse, & viuorum & mortuorum locis, non dixisset dominus Iesus, Contigit autem mori inopem, & ferri ab Angelis. Possunt & rescire, spiritu Dei reuelante, quemadmodum & Prophetæ & absentia cognouerunt. Idem Augustin. in Psalm. 108. Si nulla esset (inquit) mortuis cura de viuis, non dixisset dominus de diuitis oratione, qui

Obseruatio doctrinæ.

qui tormenta apud inferos patiebatur. Habeo quinque fratres, &c. Proinde si tormenta non vetant, quin suorum sollicitus sit, quantominus gloria impediet sanctos, ne nostra curent: cùm gloria illa, Deus, scilicet, charitas sit? Discimus & ex hac historia à minori ad maius sanctos viuis patrocinari. Nam si iste in inferno pro suis orat, quanto magis & orare poterunt electi, & orabunt, qui perfectissima fulgent charitate? Diuus Athanasius quæst. 13. ad Antiochum soluit, cur Deus non permiserit animam alicuius defuncti ad nos redire, & enarrare qualisnam rerum apud inferos status sit, & necessitas. Multi enim apud nos (inquit) inde errores orirentur. Multi enim dæmones formas humanas induere, & in hominum de-mortuorum figuras transformari potuissent, ac dicere à mortuis sese resurrexisse

Interpretat.& obseruat.morum.

tas eum in domum patris mei. Habeo enim quinque fratres: vt testetur illis: ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum.

Non alium mitti postulat quàm ipsum Lazarum, vt eum gloria & incolumitate videant coronatum, quem viderant ante despectum. Et proinde rerum vicissitudines edisceant, & qui testes fuerunt paupertatis ipsius, & ipsi etiam gloriæ fiãt spectatores. De rebus ergo suis miser ille desperans, pro aliis supplicat. (inquit Theophilactus). Vide autem quomodo in suppliciis sensum alienę infœlicitatis capit. Nam & fratrum recordatur, & ne in hunc locum veniant metuit. Ceterum nõnulli hanc orationem quam pro fratribus fundit, non à charitate profectam dicunt, sed maioris pœnæ timore: ne si venerint in idẽ supplicium, ex societate mœror, suspiria, & tristitia augeatur.

Et ait illi Abraham, Habent Moysen & Prophetas, audiant illos.

His verbis docet Deum nunquam hominem destituisse præceptoribus, & his qui ad veritatis viam eum reducere possent, vt pulchrè deducit Greg. Nyssenus hom. in Basiliũ fratrem. Proinde nec ex inferis expectandos mortuos, cùm per homines etiam nunc Deus loquatur.

Universidad de Sevilla Biblioteca

Interpret.& obseru.morum. Obseruatio doctrinæ.

Ait ille dixit: Non, pater Abraham, sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitẽtiam agent.

Fratres suo metitur pede. Scit quàm despexerit Moysen & Prophetas: idem vitium fratribus familiare nouit. Alterum tamen dum viueret experti non erant: proinde ad insolitam mortuorum delegationẽ recurrit. Sed quid ei Abrahã?

atque inde multa falsa dogmata ementiri de his quæ ibi fiunt, idque ad seducendum nos & perdendum. Eadem ferme verba sunt Tertulliani lib.de anima, Titulo an demorentur hic animæ post mortem.

Si Moysen & Prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

Nam qui illudere assuerit patrem aut audebit, (ait Terentius in Adel.) tãto magis audebit ceteros. Si Moysi Dei amico: si Prophetis per quos Deus loquitur non credũt, quomodo nunc abijcient mortuorum apparitiones, & aut phantasticas & illusorias, aut à malignis spiritibus excitatas dicent? Proinde scripturæ & patribus adhæreamus, nec miracula expectemus. Alioquin si nec Moysi nec Prophetis credimus, si nec attendimus, vt fratrũ indigorum misereamur: Idem vtique nobis quod misero isti epuloni continget: Idem quod fratribus suis metuit. Ne igitur quenquam nostrum huius sæculi delitiæ & diuitiæ, ne honores & dignitates sic excæcent, vt non scripturas & verbi Dei præcones audiat, & inopum misereatur. Nimirum vt noster cecinit Helyades.

Æspice diues opum quæ te discrimina certo
Iure manent, nisi opes vertas pietatis in vsus.
Hunc etenim pridem vestiuit purpura, lautæ
Distendêre epulæ, mulsit caua buccina cantu:
At quoniam fletus non est miseratus egeni,
Delitiis fato ereptus fouet artubus ignes.

Discant diuites nec superbire, nec diuitiis abuti, sed pauperibus succurrere, & æquo animo aduersa ferre. Siquidem.

Pauperes vrgẽnsque fames, & magna malorum
Pars humanorum morbi, via tuta salutis.

Interpretatio & obseruatio morum.

Hac petiit cælum, quondam quem diues egenum
Spreuerat, & toto fœlix sit Lazarus æuo.

ORATIO.

DAigitur Deus optimus id amare quod præcipis, id detestari quod prohibes: Da in prosperis humilitatem, in aduersis patientiam: in omnibus ad audiendum verbum tuum, animum facilem: vt cùm egenorum miserti fuerimus & his succurrerimus, aut paupertatem & aduersitates irruentes æquo animo tulerimus: cùm egressa fuerit ab hoc mortali corpore anima, infernis libera suppliciis, ab Angelis suscipiatur, & miserationis simúlque patientiæ mercede donetur. Amen.

FERIA SEXTA POST SECVNDAM DOMINICAM QVADRAGESIMÆ.

Euangelium habetur Matth.21.d.Marc.12.a.Luc.20.b.

Homo quidã erat paterfamilias qui plantauit vineã, &c.

Introduct.in Euang.

SI quis quãto magis in amicitiam principis accitus fuerit, tanto se ingratum ostendat, immò proditoriè se gerat: maiore vtique pœna dignus erit, quàm inimicus, nusquam tanto fauore à Principe donatus. Sic & Iudæi & omnes fideles, si se in Deũ, qui eos vocauit, ingratos reddiderint, asperius quàm ceteri punientur: vt

Interpretat.& obseruat.morum.

DEus homo dicitur, 1. per antropopathiam quod & hominum misereatur & eos amet. Euthymius cap. 50. in Matth. Theophilactus, Chrysostomus, Hieronymus.

2. Quod se humanorum membrorum similitudine intelligendũ præbeat. Ne hic tamen cum Antropomorphitis hęreas. Dionysius Areopag. lib. de diuinis nominibus c.9. & Cyrill. Hierosolym catech.6.

3. Quódque filius patris verus Deus humanam formam acceperit. Hinc verbum caro factum est, Ioan.1. & Deus homo dictus est.

Interpret. & obseru. morum.

Dicitur & idem Paterfamilias. 1. Quod nos vt pater filios diligat. 2. Quod hoc illi vniuersum opificiũ sit, vt familia œconomo: cùm omnibus prouideat & omnia illi gloriam referant. Maximè verò quod fideles sibi in filios desponderit.

qui plantauit vineam.

Vinea Ecclesiam designat, Esai. 5. 1. Quod in ea Christus satus sit, vitis vera & Apostoli palmites: Pater verò agricola, Io. 11. Si quis volet vineam Ecclesiæ accommodare, legat lib. pastoris Hermie, similitudine 5. Chrysost. & Basilium in cap. 5. Esaiæ. 2. Quod vt vitis curuo quidem ligno, sed tamen maximè fructifero constat: ita & Ecclesia curuis mundo, id est, despectis, sed iustis Deo hominibus coalescat. 3. Vtque florens vinea à se buffones venenáque animalia repellit: ita florens Ecclesia Hæreseon, scismatúmque venena procul abigit.

Plantata dicitur à Deo.

Primo ne aut casu, fortuna, aut humano artificio, fatóve introducta videatur. 2. vt ei qui plantat & qui incrementum dat Deo, gloria reddatur. 3. Vt hinc eius vis & fortitudo agnoscatur, cùm quod à Deo est eradicari nequeat. Matth. 15. 4. Ne cùm de Ecclesia disserimus, minas, sanguinem, & cetera terreni ingenij machinaméta, sed toti zelum, pietatem & deuotionem: id est, cælum ipsum spiremus.

Et

Introduct. in Euang.

habetur in parabola. Dicta autem sunt hæc à domino cùm à Bethania reuersus, templum ingressus est: & stipantibus eum Pharisæis duorum filiorum (quorum vnus se vineam aditurum pollicitus, non adiit, alter qui se aditurum negauerat, adiit) similitudinem adduxit: concludens Publicanos & meretrices, præcessuras Pharisæos in regnò cælorum. Hanc enim parabolam subiunxit anno ætatis suæ 33. Mense 2. die 27. Martij verò 22. Martis die, ante paßionem.

Summa.

Sub typo vineæ, Ecclesiæ fundationem, & Iudæorum qui nec Prophetas nec eum receperunt, immò morte dãnarunt, reprobationem indicat Christus. Diuus Athanasius quæst. 48. per hominem, Deũ, vineam, mundum, turrim, fidem, agricolas, Iudæos, seruos, Prophetas & martyres intelligit.

Isidorus lib. allegoriarum hoc tantum variat, quod per vineam

Obseruatio doctrinæ.

vineam Hierusalem: turrim & torcular, templum & altare: sepem, Angelicam custodiam: colonos Israel, populum interpretatus est.

Porrò secutus sum, quæ Origenes hom. 19. in Matth. Chrysost. homil. 69. & oper. imperfecto in Matth. homil. 40. Necnõ Euthymius cap. 50. & Theophilact. in Matthæum Hieronym. Rupertus

Interpret. & obseuat. morum.

Et sepem circundedit ei.

Hæc est 1. aut Traditio, & scriptura, quas excedere non licet.

2. aut Angelica custodia, non Iudæis tantum, sed & gentibus, Esai. 62. Psalm. 99.

3. Pij viri etiam demortui: illi enim viuis patrocinantur, suísque se meritis insultibus aduersariorum opponunt: non minus quàm Aaron viuus, Num. 16. Iob. vlt. c. Moses, Exod. 32. Abraham suis precibus sepes se in vrgentia mala demonstrarunt, Gen. 18.

& Anselmus, simúlque alij plures interpretantur: vt Ambros. lib. 9. in Luc. cap. 81. Hilarius can. 22. in Matth. Beda in Matth. & Luc. Druthmarus, &c. Gregorius Nazian. monodia in magni Basilij vitam: vineam in scripturis Ecclesiam significare docet: inimicos autem omnes, vt & diabolum per apros significari, vineam depascentes. Vnde Basilium facit, velut sepem, quæ hæreticorum turmas, ne in ouile Christi grassarentur deterreret. Sic Babylas Numerianum, Nicephor. lib. 10. cap. 28. Athanasius Arrianos, Macedonianos. Idémque permulti suo tempore facitarunt. Sed & suis precibus Alexãder Arr. (Eusebius lib. 10. cap. 17.) Et Ambrosius Iustinæ & Valentiniano hæreticis obstiterunt, Euseb. lib. histor. Eccles. 11. cap. 16. Optima igitur sepes vir pius, cuius deprecatio tantum vigoris habet, Iacob. 5. Sed & Angelus pro Hierusalem. Zacha. 1. exorans, exauditur. Aliúsque ordinis, alij etiam Persis deputati, eorum quoque, solliciti sunt.

Porrò pios viros, qui hinc emigrarunt in sepem esse Ecclesiæ, irruentiúmque impetus debilitare fatebitur, quisquis & propter Dauidem vita functum, Deum misericordia vsum in Salomonem, 3. Reg. 11. Et ob memoriam demortuorum Abraham,

Obseruatio doctrinæ.

Isaac & Iacob placatum legit dominum, Exod. 32. adeo vt malum imminens Israeli repelleretur. Hinc est quod Chrysost. homil. 2. in Psalm. 50. O rem (inquit) admirandam! O ineffabilis clementia Dei! homo mortuus viuo patrocinatur. Sic ingruente à Nichanore Iudæis periculo, Hieremias Propheta Dei visus est, hactenus mortuus, orare pro populo. 2. Mach. 15. Adeo vt apri huic vineæ insidiantes, gladio omnes perempti sunt. Hæc sanctis est sollicitudo, vt suis meritis & precibus à nobis mala depellant. Sic refert Nicephorus Callistus histor. Eccles. lib. 7. cap. 33. Petrum & Paulum Constantino apparentes eundem ab infanticidio deterruisse. Eusebius quoque lib. 12. de præparat. Euang. & Chrysostom. homil. 2. in Psalm. 122. Necnon Paulus diaconus lib. 5. de gestis Romanor. Petrum Attilam adeo obtupefecisse recensent, vt licet iam Italiam vastaturus adesset, pedem retulerit. Hoc illud sanè est quod antiqui patres afflictione vrgente, ad sanctos conuertebantur. Sic enim Gregorius Nyssenus oratione in sanctum Theodorum martyrem pro vinea Ecclesia illum, vt sepem orat. Etiam si superasti sæculum (ait) ac nosti affectus, & vsus, necessitatésque humanæ conditionis. Sollicitus igitur esto ne hæreses sicut spinæ, vineæ succrescant, ne Zizanium editum suffocet triticum. Expectamus pericula: non longe absunt scelesti Scythæ.

Interpret. & obseruat. morum.

& fodit in ea torcular.

Hoc autē est, aut 1. Altare, quod non minus quod torcular vino, sanguine victimarū maduit. sic Chrysostom. in Esaiam cap. 5.

2. aut Legis regula, quæ vt torcular vinum à botro, ita bonum à malo discernit: malum enim non cognoui nisi per legem (ait Paulus.)

Obseruatio doctrinæ.

Hic potes agere de sacrificio nouæ legis, id est, de Missa, ab altaris ratione: cùm thysiasteriū, id est, altare sit ad thysiam, id est, sacrificium relatiuum. Christus vero ipse nouam legem instituens altaris meminerit dicēs: Mat. 5. Si re-

Obseruatio doctrinæ.

Si recordatus fueris quod frater tuus habet aliquid in te, relinque munus tuum ad altare. Paulus quoque eum qui seruit altari, de altari viuere debere docet 1. Corin. 10. Vtique quia iam etiā relinquitur ara sanctificata, in qua offerunt sacerdotes corpus & sanguinem Christi. secūdum ordinem Melchisedec. Martialis ad Burdegalen. Diony. cap: 3. Ecclesiast. Hierarch. Grego. Nyssen. sermone de baptismo. Ecclesiastica dignitas ædificata dicitur, sicut & in ædificium Ecclesiæ esse à Paulo describitur. Ephes. 4. adeo vt sicut columnis euulsis tectum & ædificium ruit: & ossibus à corpore datractis, massa illud carnea redditur: homo autem esse desinit: sic ablata Ecclesiastica cathedra & authoritate, Ecclesia ipsa ruat, & in brutalem vitam diffluamus. Quærit Hieronymus in Matth. quomodo Deus peregre abiisse dicatur, qui non potest non vbique esse? Non autem loci

Interpret. & obseruat. morum.

3. Aut Prophetæ in quos musti modo quædam vbertas spiritus sancti feruentis influeret. Hilarius can. 22. in Matth.

Sic enim semper. 1. simul cum Ecclesia. Deus sacrificandi ritum indulget, vt translato sacerdotio ad legem argumentemur. Heb. 7. Clemens Rom. lib. 6. constit. Apostol. cap. 22. & 23. 2. Semper quoq; fuit lex cum Ecclesia: & hæc aut naturalis, aut scripta, aut tradita. Tertu. lib. aduersus Iudæos. 3. Sed nec vnquam absque prophetico Spiritu Ecclesia. 1. Pet. 2. Ephes. 4.

Ædificauit in medio eius turrim.

Hæc est aut. 1. Fides ædificata supra petram & fundamentum Apostolorum & Prophetarum, Ephes. 2. Hæc enim in Ecclesia præeminet.

2. Ecclesiastica dignitas, omniū scilicet superior (Chryso. lib. 3. de sacerdotio) & à Deo instituta sub Mose: & per Christum, Ephesios 4. Matth. 23. Olim Mosis cathedra dicta: cùm & ea doctrinæ Ecclesiæ probandæ sint. Tertull. lib. in Marcionem.

3 Templum quod in medio Iudeæ dominus extrui voluit. Basyli⁹, Hieronymus, Theophilactus.

4. Eminentia legis quæ & in cælum ex solo egressa proueheret: & ex qua Christi aduentus speculari posset, Hilarius.

Hinc 1. Ecclesia fidelium cōgregata primùm in mōte Syō dicitur à

Interpretat. & obseruat. morum.

Cyrill. catech. 18. fide quoque à terrenis in cælestia etiam non apparẽtia eleuamur. Heb. 11. 2. Ecclesiæ quoque pastores Episcopi, id est superintendentes & speculatores vocantur, vt qui emineant cura & vigiliis. August. c. 19. lib. 19 de ciuitate Dei. & Hieron. epist. ad Euagriũ. 3. Ita primum in mõtibus, demum in tẽplo, nunc in dicatis Ecclesiis adoratur: vt per loci electionẽ Deus magis honoretur. 4. Nimirum diuina lex quæ sursum sunt sapiẽda docet, non quæ super terram.

Et locauit eam agricolis.

Coloni seu agricolæ sunt Ecclesiæ pastores quod eorũ sit. 1. Herbas nociuas, sentes, & doctrinæ, morúmq; deprauatorũ spinas euellere. Ierem. 1. 2. Vitem fodere, id est veritatẽ & scripturę mysteria perscrutari, vt vinea Ecclesia floreat. Deut. 17. 3. & palmites fideles charitate, certáque doctrinæ regula ligare. 4. Vuas fructúsque ab his bonorũ operum exposcere.

His locata est vinea. 1. Quod non eius supremi sed substituti possessores sint. 2. Quod proinde non sibi, sed domino illã colere debebãt.

& peregre profectus est.

1. Subtrahendo visiones & apparitiones, quas cùm vineam plantaret exibuit. 2. Dissimulando peccata, adeo vt lõge abiisse videretur. 3 Hominẽ in manu cõsilij sui relĩquẽdo. Nimirũ. 1. Dominus qui fuerat cum

Obseruatio doctrinæ.

mutatione hoc dictum est (inquit.) Nec enim Deus alicubi abesse potest, quo cõplentur omnia: sed abire videtur à vinea, vt vinitoribus liberum operandi arbitrium derelĩquat. Hinc enim liquet Deum hominẽ in manu consilij sui reliquisse: quod & si non volens iniquitatem est. Psal. 5. a. Et iusti sint oculi eius Eccl. 23. Patienter tamẽ agit cum peccatoribus. Ro. 2.

Quærit quispiã num Marco & Lucæ Matthæus aduersetur in numero emissorũ seruorum à Patre-familias. Marcus enim & Lucas tres missiones descripserunt, dicẽtes missos esse primò vnum seruum (Marc. 12. Luc. 20.) deinde alterum, postmodum tertium. Matthæus verò per duas missiones omnes cõprehendit: & similiter illi per tres. Sed Matthæus generalius, illi verò particularius, qui etiam per vnum seruum omnes significant. Hæc Euthymius in Matth. cap. 50.

Interpretatio & obseruatio morum.

Israële in nube diei & colũnæ ignis per noctẽ non sic tadẽ apparuit Orig. ho. 19. in Matth. 2. Nec adeo semper vindicauit scelera vt Sodomorum. Chore. Nume. 16. Gigantum Gen. 7.

Cùm autem tempus fructuum appropinquasset.

Hoc est. 1. omne tempus vitæ præsentis, quo fructus bonorũ operum & pœnitentiæ edere debemus. 2. Aduenientis Christi quo separare debuerant, vt Ioannes clamabat. Marc. 1.

misit seruos suos ad agricolas.

Serui illius sunt. 1. Omnes fideles. 2. sed maxime Prophetæ & verbi diuini præcones, vt Moses, Helyas Esayas, &c.

Missi illi. 1. Quomodo enim prædicabunt nisi mittãtur? Rom. 10. 2. Vt hinc à mittente eorum prodeat authoritas. 3. & in quem redundauerit illis factum opprobrium. 4. Et non sibi sed domino venisse eos conijciatur.

Ergo coloni sunt sacerdotes (ait Chrys. hom. 40. ope. imper. in Matth.) qui colentes populum quasi vineam cum acutissimo ferro sermonis, faciunt eos bonos fructus iustitiæ exibere. Hoc enim terra cordis durior emollitur. Hoc spinæ vitiorum de populo resecantur.

Obseruatio doctrinæ.

Admiranda vtique Dei in homines bonitas, qui non desinit nos & spiritu suo, qui auditur quidem sed non videtur. Ioan. 3. præuenire per ministros sui verbi, sibique demulcere. Adeo conuenientem ad cuiusque mundi ætatis morbum parauit medelam. Nunc Abrahamum: nũc Mosem, demum Samuelem. Postmodum deficiente à vero Dei cultu Israële, sub

Interpret. & obseruat. morum.

Et agricolæ apprehẽsis seruis eius,

alium ceciderunt, vt Ieremiam (Hierony.) alium occiderunt, vt Esayam & Prophetas sub Helya, & Abimelechium quinquaginta sacerdotibus.

Lapidauerũt. Aarõ ferè & Mosem, Naboth, Zachariam. Heb. 11. Sãcti ludibria & verbera experti insuper & vincula & carceres, lapidati sunt, tentati sunt, &c. Hoc Matt. 13. Sic Christus deplorat Hierusalẽ d. Hierusalem Hierusalẽ quæ occidis Prophetas & lapidas eos qui ad te missi sunt, Matt. 23. Et de vinea dñs cõqueritur p Esayã, d. Expectaui vt

Interpretat. & obseruat. morum.

faceret vuas & reddidit labruſcas Miche. 7. Væ mihi qa factus ſum ſicut qui colligit in autũno racemos vindemię. Non eſt botrus ad comedẽdũ. præcoquas ficus deſiderauit anima mea. Periit ſanctus de terra & rectus in omnibus non eſt, omnes in ſanguine inſidiantur.

Iterum miſit alios ſeruos plures prioribus.

1. Nam cùm primum Moſes & Aaron, demum 70. populo præfuerũt. 2. & cùm pauci eſſent maiores Prophetæ, minores illis vberiore numero ſucceſſerunt.

Vide quoque vt licet plurimi ex Apoſtolis, immò fere omnes, & antiquis illis Eccleſiæ luminibus ceſi ſint, aut à Tyrannis, aut ab Hæreticis, non deſierit tamen nobis Deus alios excitare Matt. 3. b. Luc. 3. An non ſcilicet poterit ex lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ?

Et fecerunt illis ſimiliter.

Nec enim perfidia & impietas abſque ſanguine eſt. Vtque feræ tigres nũquam poſuere furorem (ait Lucanus, 1. belli Pharſ.) Donec Altus ceſorum pauit cruor armentorum: ſic impios manet magna ſitis ſanguinis: immò maior quàm Cyrum. Iuſt. hiſt. lib. 1.

Proinde deteſtamur hodierni ſæculi mores, quibus magis blandientium oſcula inimicorum, quàm diligentium vulnera placeant. Hoc modo Micheas incarceratur. Helyas

Obſeruatio doctrinæ.

Achab, magnum illum Helyam Carmeli accolam mittendo, vt pulchrè Gregorius Nyſſenus in oratione de laudibus Baſilij declamat. Sed & idem quod noſter Helyas conqueri poſſumus 3. Reg. 19. Altaria enim tua Deus hæretici & omnes infideles deſtruxerunt: Prophetas tuos occiderunt gladio. Quod ſemel atque iterum dominus ſeruos ſuos mittit. Docet vtique nunquam deciſuram ſuã Eccleſiam. Reliquit enim qui non flectant genua ante Baal Rom. 11. Immò qui poſſunt Ære ciere viros, martémque accendere cantu. Quid ergo Gnoſtici noſtri à 40. tantum annis miſſos eſſe ſe iactant, qui verbum Dei annunciẽt? Num martyres? Num Athanaſius, Baſilius, Ireneus, Chryſoſtomus, Nyſſenus, Origenes, Clemens Alexandrinus, Cyrillus vterque Auguſtinus, Ambroſius, ceteriq; patres antiqui ſerui Dei fuerunt in vineam miſſi? Qui tamen aliud quàm Neochriſtiani depræ-

Obſeruatio doctrinæ.

deprædicarunt. At omnes hæretici antiquos patres abijciunt, vt ſua ſomnia ingerant. Sic Montanus Cherinthus. Hieronymus ex hoc loco obſeruat eandem reſolutionẽ adferendam, cùm ex ſcripturis videtur dici ignarus filius: vt cùm videtur hîc ignorare pater. Interrogemus (inquit) Arrium & Eucomiũ. Ecce pater dicitur ignorare. Quicquid pro parte reſpõderint, hoc intelligã de filio, qui ſe dicit ignorare conſummationis diẽ. Quæritur à nõnullis quomodo hîc Iudęi noſſe dicãtur hæredẽ, & proinde occidiſſe: cùm Petrus (Act. 2.) die Pentecoſtes aſſeruerit eos per ignorãtiã id feciſſe: Et Paulus Si dominum (inquit) gloriæ cognouiſſent, nunquam crucifixiſſent. Sed quæſtio facilè ſoluitur, ſi ſtatuamus principes quidem eum cognouiſſe, cùm & ex Michea adnotarint vbi Chriſtus naſceretur. Matt. 2. Miche. 5. Et Danielis hebdomadas impletas, Daniel. 9. & ablatũ ex Iu-

Interpretat. & obseruat. morum.

lyas fugit: Ioannes decollatur. Immo dum deprauatũ clerum arguũt Auidius & Porphirius flagris cedũtur: Epiphanius contra hæreſ. lib. 3. tom. 1. hæreſ. 70. Nicepho. lib hiſt. Eccleſ. 10. cap. 36.

Nouiſſime autem miſit ad eos filium ſuum.

1. Filius Patris & Agricolæ Chriſtus: Pater enim Agricola eſt. Et hîc conteſtatus eſt. Pſal. 2. Et in Iordanæ Matth. 3. Matth. 17. Et in monte quòd filius eius eſſet. 2. Nouiſſime miſſus, quia finis ille legis. Roman. 10. Et quia cùm locutus eſſet olim patribus in Prophetis, nunc effatus eſt in filio. Heb. 1. Vides igitur vt Deus mundum dilexerit, qui filium ſuum vnigenitum dedit. Ioan. 3. Quid illo charius?

dicens: Verebuntur filium meum.

1. Non quaſi ignorans hoc dicit, ſed vt liberam homini relictam voluntatẽ conteſtetur: vt docent Hieronimus, Oecumenius, Druthmarus, Chryſoſtomus. 2. Libera quippe hominis voluntas efficit, vt eius contingentes, non autem neceſſariæ actiones ſint. Gregor. Nyſſenus lib. 3. Philoſoph. cap. 3. & Damaſcenus libro de fide Orthodoxa 2. cap. 25. & 26. Debemus. ſcilicet filium vereri, non ſanguinẽ eius pollutum dicere. Hæretici tamen idipſum faciunt. 1. Aut ſacramentarii, dum corpus eius ſacroſanctum in

Interpretat. & obseruat. morum.

Obseruatio doctrinæ.

Eucharistia pedibus atterunt. 2. Dũ cum cum Iuda confundunt. Faciunt scilicet eum ducem homicidarum & siccariorum. 3. Aut cùm libertatem carnis à Christo præscriptam esse contendunt. Sed neq; fideles verentur filium. 1. Si corpus eius indigne accipiunt. 2. si acceptũ in peiora labentes contaminant. 3. Et si non sanctè viuentes sub eo militant. Agricolæ autem videtes filium, dixerunt inter se. Hinc patet eorum. 1. perfidia, quia viderunt, nec tamen reuerti sunt. Quid igitur si non vidissent? Hinc maius iudicium. Ioan. 15. 2. Malitia, Inierunt enim consilia in Christum dominum. Psal. 2. Ioan. 11. Gene. 39 in typo Ioseph.

dæ sceptrũ Gen. 49. miracula quoque ab Esaia prædicta per Iesum fieri: & ipsum digito à Ioanne demonstrari. Sed eos excæcauit sua malitia, vt videntes non viderent. Populus quoque omnino ignorabat: qui vtique si Iesum cognouisset, à suis principibus crucifigi non permisisset. Origenes Hieronymus Oecumenius.

Hic est hæres.

Cui debetur, Sacerdotium, Ecclesia, Legis perfectio, Sacrificij completio, Omnium reparatio.

Immò hic est quem constituit Deus hæredem vniuersorum. Heb. 1. per quem fecit & sæcula: cui apud Psaltem Psal. 2. Pater. Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam.

Venite occidamus eum.

Sic dixerunt. 1. Fratres Ioseph: Videamus quid sua illi prosint somnia. 2. Impij. Sapien. 2. d. Morte turpissima condemnemus eũ. 3. Ipsimet Iudæi, Ioan. 11. Expedit vt moriatur. Crucifigatur.

Adeo semper manus impiorum & Christi aduersariorum sanguine plenæ sunt, vt se non Dei sed diaboli homicidæ filios esse doceant. Proinde Moses Ægyptius consecrari ab hæretico Lucio recusauit, quòd fidem, id est, perfidiam illius presbyterorum exilia & cedes catholicorum satis testarentur. Nicephorus hist. Eccles. lib. 11. cap. 46.

Et apprehẽsum eiecerunt extra vineam, & occiderũt.

1. Christus enim extra Hierusalem tanquam extra vineam in sententiam damnationis abiectus est. Heb. 12. Hylarius.

2. Vel eiecerunt (ait Orige.) quantum ad se, quòd eum vinea & colonis indignum esse iudicauerunt.

Sed hoc

Interpretatio & obseruatio morum.

Sed hoc potius indicabat Christum & Iudæam relicturum, & hæc eum eiecisset, nósque mundum hunc vt inimicum à nobis abdicaturus. 2. Eo quoque indignos Iudæos, & fidelibus piisque indignum mundum.

Cùm ergo venerit dominus vineæ, quid faciet agricolis illis?

Hoc scisciatur non ignarus, sed vt respondentes Iudæi, suis ipsorũ verbis damnentur, Hyeronimus. Hoc vtique innuit Christus nostram omnium conscientiam nos in tremendo illo Iudicij die reos criminum patratorum facturam esse.

Aiunt illi, Malos malè perdet: & vineam suam locabit aliis agricolis, qui fructum ei reddant temporibus suis.

Hoc autem vaticinantur. 1. Nõ quòd veritas sit penes illos, sed causam ipsam. veritas enim ipsis violẽtiam fecit. Chrysost. hom. 40. in Matth. 2. Aut quod de progenie sacerdotum essent, vt Cayphas, prophetia donantur. Et vt Balaam ad honorandum cultum & sacerdotium.

Vt 1. Sole in nubibus constituto hoc quod est dies non est nubium permittentium ipsum apparere, sed solis virtus quæ reluctantes etiam nubes penetrat.

2. Statuam regis honorabilem habemus, nõ quod ex auro aut ligno, sed quia regis est.

Dicit illis Iesus, Nunquã legistis in scripturis (Psal. 117.) lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hîc factus est in caput anguli.

Athanasius lib. quæstionum ad Anthiocum principem, locum hunc psaltis, & cur Christus lapis dicatur aperit, quæst. 74.

1. Nimirum lapis Christus, quem & petra significauit ob firmitatem. Eucherius lib. formul. spir. cap. 4. lapis hîc excisus sine viri opere. Daniel. cap. 2.

2. Ædificantes Iudæi non templum solum materiale, sed & synagogæ, siue instituta.

3. Vt primum dum foderent fundamenta templi materialis, lapidem angularem eruere non curarunt: ita quoque reprobauerunt dominum in sua fide fundamentum ponere. Druthmarus in Matthæum.

Et tamen factus est in caput anguli. Quia sicut lapis in angulo

Interpretatio & obseruatio morum.

duos parietes ex diuerso venientes suscipit, sic Christus duo testamenta: & duos populos Iudæos & Gentes in se credere volentes: vt vna domus Ecclesia piis viris, vt viuis lapidibus, superedificetur. Ephes. 2. Arnobius in Psal 117. & Druthmarus.

A dño factũ est istud: éstq; mirabile in oculis nostris.

1. Facta est connexio. s. vtriusque testamenti & populi in vno Christo, vt non dissoluatur. Act. 4. 2. Et est mirabile sanè eos videre qui testamentorũ spem non habebãt, ea nunc donari Ephes. 2. Et lapidem hunc toum mundum replere, Daniel.

Ideo dico vobis quia auferetur à vobis regnum, & dabitur genti facienti fructus eius.

Regnum iam vsurparant Romani: sed de sacerdotio, templo, & Ecclesia simul & verbo Dei intelligit, quod est regnum spirituale, datum Gentibus.

Et qui ceciderit super lapidem istum, confringetur. Et super quem ceciderit, conteret eum.

Id est iuxta Hieronymum, 1. Peccator in illum credens, cadet quidem super lapidem & confringetur, non omnino conteretur: quia per patientiam ad salutem expectabitur. 2. Qui Christũ autem negauerit sic conteret eum, vt nec testa quidem remaneat in qua hauriatur aquæ pusillum.

Et cum audissent principes sacerdotum & Pharisæi parabolas eius, cognouerunt quod de ipsis diceret. Et quærentes eum tenere, timuerunt turbas: quoniam sicut Prophetam eum habebant.

ORATIO.

DOmine Deus Pater omnipotens, qui Ecclesiam tuam, vt Agricola vineam excolendam curasti, & in custodes, Angelos, Agricolas, prelatos, torcular, legem, turrim, Ecclesiasticam dignitatem, sepem, traditionem deputasti: adeóque homines dilexisti, vt licet Prophetæ, immò & filius tuus vnigenitus Iesus Christus à vineæ præfectis occisus sit, eam tamen eradicare tua bonitate nolueris, sed aliis tantũ eam agricolis locaris: Da quæsumus vt pios pœnitentiæ, fidei & bonorũ operum fructus edentes, tuæ legis torculari examinati, gloria cælesti frui valeamus: Per dominum nostrum, &c. Amen.

FERIA

SABBATO POST DOMINICAM SECVNDAM QUADRAGESIMÆ.

Euangelium habetur *Luc. 15.*

Homo quidam habuit duos filios.

Introductio in Euang.

QVemadmodũ gallinæ pulli si se ab alarum matris tegumẽto subduxerint, & latius fuerint diuagati, à Miluo accipiuntur & deuorantur: Ita si peccator à Deo longius recesserit, & eius oblitus fuerit, statim à dæmonibus rapitur, & eius obsequiis mancipatur, vt docet Christus. Hoc igitur Euangelio dominus Gentium vocationem, ex præcedente misericordia ad fidem: & Dei op. max. ad omnes peccatores pietatem sub parabola filij Prodigi pulchrè insinuat. Porrò hæc cum quibusdam aliis à domino adducta est, cùm è ciuitate Effrem in Hierusalem properaret: vt non abs re se peccatoribus & Publicanis benignum, adeo vt cum illis

Interpretat. & obseruat. morum.

Homo quidam.

DEus scilicet. Quod oscurè Christus implicat, vt sensum parabolæ ipsius rimandum relinquat.

habuit duos filios.

1. Aut angelos & homines. 2. aut Iudæos aut Gentiles. Hieron. par. 3. epist. 81. de filio prodigo. 3. Iustos & iniustos Athanasius li. quæst. q. 46.

Sic enim hoc in opificio boni & mali reperiuntur. Immò & in Ecclesia permixti vt pisces in sagena. Sic zizania cum tritico. Matth. 13. Necnon paleæ cũ frumẽto: & praui humores cum bonis in corpore. August. tract. 6. in Ioannem. Et tract. 5. in epist. Ioan. & libro de fide ad Petrum. ca. 43. Interim obserua parẽtum miseriam, qui & si vigilãtes sint & probi, liberos in pessimos quosq; mores degeneres habent. Adã, Cayna. Noë, Cham. Isaac, Esau. Iacob, vndecim. Ely filios duos. Dauid etiã celeberrimus, Amon. Absalon, Adoniam. Videant ergo ad patres, quomodo filios suos educent.

Et dixit adolescentior ex illis patri. Hic adolescẽtior, 1. Cui stul-

Interpretat.& obseruat.morum.

titia alligata est. Prouer.22.2. Procax est, & voluptatibus deditus. 3. Prodigus æris. 4. Periculorũ inexpertus, peccatorem designat, 1. Imprudentem, 2. carni addictũ. 3. prodigum temporis quo pœnitentiam & bonum faciat, 4. Nouissima non attendentem. Dixit, Quod in modũ loquentis se habeat, cùm 1. apud seipsum deliberat quid facturus sit, habet enim Deum vbiq; præsentẽ, sed & cordis intima perscrutãtem. 2. Quod enim peccator apud se cõcludit, idem ac si coram Deo illud edisserat. Vide igitur quid apud te disputes & perpendas, nimirum cogitationum inspector est Deus.

Pater, da mihi portionem substantiæ quæ me contingit.

Hîc velut in tabella adolescẽtum ingenia & mores qui magnas spes concipiunt, si suis fruantur, 1. Patrẽ vocat, cuius disciplinam reijcit. 2. Cui vt filius adherere renuit, 3. motus scilicet arrogantia qua se suáq; tanti facit, ac si ea à Patre non dependerẽt. 4. Sibíque dominium sui, & suorum regimen quasi ad hoc solus sufficiat, vendicare conatur. 5. Contingit autem ei substantia, nõ debetur. An non scilicet Deo licet quod vult facere? Eodẽ modo impij, 1. Deum quidem ore fatentur quem factis negãt: immò cuius ferulæ addici nolunt. 2. Hæretici à Deo & Ecclesia recedentes, omnésque peccatores, à via salutis: Deum tamen

Obseruatio doctrinæ.

bibat & manducet, doceat. Patrem filium excipientem, & conuiuio donantem inducit. Hæc anno ætatis eius 33. mense secundo, diebus tribus, vtpote, 23. Februarij.

Summa.

Duo nobis depinguntur. Pater nimirum optimus, & filius malè sibi cõsultus. 1. Vt qui portionem suæ substãtiæ solus regere voluerit. 2. Qui tamen eam longe à patre luxuriose viuendo profuderit. 3. Vnde in regione fame licet maximã inopiam tolerarit. 4. Adeo vt porcos pascere coactus sit, nec tamen vitam comparare sibi potuerit. 5. Proide hac miseria ad reatus sui agnitionem deductus, ad patrẽ redire & ab eo veniã exposcere, pponit. Cetera subsequẽte tabula declarabũtur.

Obseruatio doctrinæ.

Cùm Deus dicatur nosse tantum iustos, & pater vocetur credentium & bonorũ, quomodo filiũ habuit vnum iustum, alterũ iniustum? Pũ vnũ & alterum impiũ? Dicimus

Obseruatio doctrinæ.

cimus sanè omnes pios nimirum & impios filios esse Dei creatione. An scilicet nõ pater ille noster creauit & formauit nos? Nõ omnes tamen, sed tãtum iusti filij eius sunt gratia & iustificatione: quomodo apud Ioan. c. 1. dicitur: Qui non ex sanguinibus, sed ex Deo nati sunt. Et. 1. Ioan. 3. & 5. Qui natus est ex Deo, non peccat. Diuisitne Deus iustis & iniustis æquè omnia bona? Nõ quidem omnia, sed ea tantum quæ vocamus indifferẽtia, qualia sunt naturæ & formæ. Porrò ea quæ gratiæ sunt & gloriæ, non æque omnibus largitur, sed his vberius quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri imagini filij sui. Quomodo quis à Deo peregre proficiscitur cùm Deus vbiq; sit? Cùm non est Deus in cõspectu eius, inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore. Psal. 9. Regio itaque longua, obliuio Dei est. Sic Cayn exiisse à facie domini dicitur, vt docet Chrysostomus tomo 6. homil. 24.

Interpret.& obseruat.morum.

tamen patrem vocare non verẽtur. 3. Et gloriantur omnes in animi dotibus & corporis, quasi ea nõ à Deo accepissent. 2. Cor. 4. 4. Nec adhortationes Ecclesiæ admittunt, nec Presbyterorum monita, immò nec doctorũ disciplinas, quasi soli quæ sunt salutis sectari possint. Nec attendunt & sensu quidem eos Deum priuare posse, & desideriis carnis suæ tradere Rom. 1.

Et diuisit illis substantiã suam.

1. Iustis & peccatoribus diuisit dominus eloquia & mandata Dei.

2. Sapientiæ intellectum, scientiam boni ac mali. Nimirum portio substantiæ rationalis, æqualis cunctis nascentibus datur. Herony. parte 3. Epist. tractatu de Prodigo Theop.

Ceterùm, 1. facultates, si in his superbias, vnitatem scindunt, fraternitatem separant, cognationem spargunt, vt obseruat Petrus Chrysol. serm. 1. 2. Ne importunius petamus quod tandem obsit nobis. Sic filij Israël in malum sibimetipsis carnes petierunt & obtinuerunt. Numeri. 11.

Et non post multos dies cõgregatis omnibus.

scilicet naturæ bonis & fortunæ: quæ congregari dicuntur cùm ea à Deo separare, sibi verò omnia vendicare homo peccator nititur, vt in his glorietur: & abutatur creatura, relicto creatore. Augustinus lib. 2. quæstione Euangel. cap. 33.

Interpret.& obseruat.morum.

At verò qui non congregat mecũ dispergit, inquit Christus. Id vide in Babel ædificibus. Gen. 11. In his omnibus qui eleuantur aut diuitiis & honoribus, vt Anthiochus, 2. Machab. 9. Adonibezec Iudic. 1. Abimelech. Iudic. 9. Herode Act. 12. & his qui fauore, vt Aman: Qui scientia inflantur: vt omnes hæretici, in ventũ scilicet dispergũtur. 2. Pet. 2.

peregre profectus est in regionem longinquam.

Non localiter à Deo recedens (est enim vbique) sed affectu, ait Chrys. Via lõginqua, via est peccati, quia. 1. longe à Deo. 2. à gratia, 3. salute, 4. ratione. 5. præceptorum obseruatione. Siquidẽ 1. Psal. Qui elongant se à te peribunt: id est à Dei timore initio sapientiæ. 2. Sicut enim cremium aruerunt gratia peccatores Psal. 3. Longe à peccatoribus salus Psal. 4. Impij comparantur Iumentis insipientibus. Psal. Et Moses eos stultos vocat.

Introduct. in Euang.

Obserua istius prodigi exẽpla quatuor perditionis iuuenum causas esse, & econtra oppositas bonæ eorum indolis. 1. Disciplina & paternus timor cohibet effrenem iuuentutem. Terent. Sosia in Andria: & Mitio in Adelphis Prouerb. 23. Eccl. 30. Qui seponit disciplinam, in via est omnis spurcitiæ vt Heli filij. 2. Reg. 3. 2. Cui sumptus suppetũt. Multos enim perdidit aurum. Eccle. 31. & 8. 3. Libertas. Prouerb. 29. Puer qui dimittitur voluntati suæ, cõfundet patrem. 4. Impiorum societas. Prouerb. 19.

Interpretat.& obseruat.morum.

Et ibi dissipauit substantiam suam.

Gentilis dona naturæ. 1. vitam. 2. rationem. 3. memoriam. 4. arbitriũ liberum.

Peccator dona gratiæ. 1. Innocẽtiam baptismalem. 2. charitatem. 3. fidei meritum. 4. spem vitæ æternę.

Nimirum. 1. Vitam absque fructu petegit, non inuento eius loco. Psal. 2. traditus est in reprobum sensum, vt creaturæ magis q̃ creatori seruiret.

Obseruatio doctrinæ.

Obseruant antiqui patres Hieronymus Chrysost. hom. de Prodigo. August. l. 2. q. Euãgel. Oecumenius c. 57. in Lucam. Theophilactus, ex hoc loco liberum homini inditũ arbitrium, quod nec volentem recedere retinet, nec aliũ volentem manere cogit abscedere. Quódq; pro libito prodigus iste

Obseruatio doctrinæ.

iste sua expẽdit. Proinde Ireneus l. 4. in hæres. cap. 9. Homo rationalis (inquit) & liber in arbitrio factus, ipse sibi causa est, vt aliquãdo quidem frumentum, aliquando autem palea fiat. Nec enim hoc de natura hominum periisse peccato Adæ dicimus, ait August. li. 2 in Pelagia. cap. 5. Adeo vt per liberum arbitrium sit excepta captiuitas (vt huic prodigo miseria) & per liberum arbitriũ sit restituenda libertas. Vt docet Eusebius Emisso. hom. 11. de Pasca. Obserua Sathanã impios voluptate velut hamo expiscare, & in viam erroris deducere. Nam vt videatur esse discrimen aliquod falsi & veri, boni & mali, alia ducit luxuriosos, alia eos qui frugi appellãtur, alia doctos, alia inertes (ait Lactant. lib. de vero cultu 6. cap. 8. Et de falsa religione. l. 1. ca. 1.) Vitia enim voluptate cõdita sunt, vt ea deliniti, sub boni specie ferantur in præceps. 1. Hac esca Gentiles

Interpretat.& obseruat.morum.

ret. Rom. 1. 3. his se tãtum inuoluit, non Deo. 4. viam rectã abijciendo.

Dissipauit etiam dona gratiæ. 1. per conuersationem impuram. 2. per odium inimici & contemptum Dei. 3. per defectum bonorum operum quibus fides viuificaretur Cyril. catech. 4. 4. per voluptates mũdi huius in quibus suam fœlicitatem constituit. viuendo luxuriose. 1. Dei dona parui faciendo. 2. Hæc contra Dei regulam effundendo. 3. Voluptatibus se totũ implicãdo.

Obseruat Ambrosius lib. 7. c. 66. in Lucam, merito patrimoniũ prodigere eum qui ab Ecclesia recedit.

Obserua hîc quanta homini luxuria atq; ipsa voluptas damna adferat. Hac enim primo dissipantur bona fortunæ. Prouerb. 25. Qui scilicet nutrit scortũ, perdet substantiam suam. 2. Bona corporis, vt pulchritudo, vigor, fortitudo, sanitas. Prouer. 30. Insatiabile siquidem est os vuluæ. Sic vt 1. Cor. 6. qui fornicatur in corpus peccet Nam vt cum Persio satyra 5. luxuriosum depingere liceat: Ille. Inuenerẽ est putris, sed cùm lapidosa chyragra Fregerit articulos veteris ramalia fagi: Tum crasso trãsisse dies, lucémque palustrem, Et sibi iam seri vitam ingemuere relictã. Sed & 3. luxuria dissipatur fama Eccles. 46. Inclinasti femoralia tua mulieribus: fecisti maculam in gloria tua. Sic Salomonis nomen alioqui celeberrimum emarcuit. 4. Bona animi destruit:

Interpretat. & obseruat. morum.

cùm eamẽs hebescat & tardior sit. 5. Sed & frontem meretricis imbuit. Malach. 3. dissipando verecundiam. 6. à Deo cogitationes nostras distrahit. Osee 11. 7. Et in gehennã deijcit. Ephes. 5. fornicator & immundus & auarus non habent partẽ in regno Christi & Dei. Porrò vt non cadit capillus nisi Deo volente: ita neque tandem fames accidit nisi Dei permissu: vt luxus scilicet filij degeneris puniretur. Cùm enim hic in regionem longinquam venisset cum numerosissima pecunia, eam è cælo missam, nec quid sibi defuturũ putauit. Ita diuitem honore prosequebantur qui pauperem exclusissent. Ideo illi cum eo fame torquẽtur. Nam vt vnius merito salus cõtingit, ita demerito punitio. Proinde additur.

Et facta est fames valida in regione illa.

Indigẽtia verbi Dei. Hinc Amos 8. Mittam famem in terrã: nõ famẽ panis, aut sitim aquæ, sed audiendi verbũ domini. 1. Sic olim dominus ab Israële iustos & prophetas subtrahebat, quo eos se reprobare doceret. Vnde Psal. 73. b. Iam non est Propheta: & nos nõ cognoscet amplius. Sic Enoch & Helyam abstulit: vt & nunc timendum ne verbi diuini concionatores tollat. 2. Fames facta est, auiditas scilicet explendi se voluptatibus. Voluptas enim ægestas est, vt Euchetius epistol. paræenetica ad Valerianum docet.

Obseruatio doctrinæ.

in idololatria detinebat, dum Bacchanalia, lupercalia, veneris, & Hellespontiaci Dei sacra celebrarent: & mediis in sacrificiis ad imitationem Iouis ceterorúmque Deorum promiscue cum masculis atque fœminis volutarentur. Vt illis Iustinus martyr in Apolog. 1. pro Christianis: Theophilus lib. 3. ad Antolycum: & Arnobius lib. 8. adversus gentes exprobrant. 2. Sed hanc quoque Israëlitis mercedem pendebat, Moabitidarum scilicet mulierum congressus, si à Deo vero desciscere voluissent, Num. 28. vt doctè & fusè Origen. homil. 20. in Numer. 6. panit. 3. Monachos quoque & lubricos fideles hoc hamo ad hæreses pellicit: vt nubant, irrito voto, & in equorum morem lasciuiant. Tales Psychici à Tertulliano libro de Ieiunio: Gnostici à Clemente Alexandrino libro 4. Stromatum: Manichæi à Cyrillo Hierosolymitano in altari coëuntes catech. 6. Donatistæ ab

Obseruatio doctrinæ.

ab Optato lib. 2. in Parmenia. vt qui de castimonialibus, mulieres fecerint.

Interpretat. & obseruat. morum.

cet. Nec enim quis voluptates sibi emit, sed se illis vendit: Vt Seneca lib. de beata vita cap. 14. testis est. Hæ autem malum malo inducunt, vt qui imperiti sunt nauticæ, è periculo in periculum relabuntur: & ægri potui & cibo indulgentes, sibi morbũ adaugent: vt Tyrius Platonicus serm. 15. docet, & Petrus Chrisolog. sermo. 1.

Et ipse cœpit egere.

1. Donis naturæ quæ amiserat.
2. Dei patris auxilio, quod excluserat.
3. Verbo quo reducatur: sed ei non acquieuerat.

Videat igitur, 1. qui stat ne cadat. Si Deum dereliqueris, dereliquet te. Sic dereliquit Saulem, quem prius elegerat. 1. Reg. 13. Inuocate Deum dum prope est. 2. Discant & omnes omnia vanitatem esse. Eccles. 1. Transit enim mundus.

Et adhæsit vni ciuium regionis illius.

Hîc, 1. Aliquis aëreus princeps est ad militiam diaboli pertinens. August. lib. 2. quæst. Euangeli. cap. 33. 2. Sathanici enim spiritus, ciues sunt regionis peccati, seu mũdi huius, qui in maligno positus est, 1. Ioã. 5. d. cuius diabolus princeps à Christo vocatur.

Sic qui non sustinuerũt parere Deo humanissimo, seruiunt inhumanissimo dæmoni (inquit Euthemius.) Idem quoque hæreticis contingit & omnibus impiis: vt qui maternum Ecclesiæ sanctæ animum abiecerunt, credant sanguinolentę & homicidæ siccariorum & latronum sectæ, cui scilicet diabolus præest.

Obseruatio doctrinæ.

Propterea hanc parabolam dilatat Christus (vt Euthymius obseruat) & minutatim amplificat quæ calamitatis erant: vt discamus qualia patiantur hi qui à Dei præceptis recedunt, & suis voluptatibus gradiũtur.

Interpretat. & obseruat. morum.

Et misit illum in villam suam in agros.

Cùm, 1. cupiditatibus huius mundi subiugauit. Glossa.
2. à regno cælorum segregauit.
3. cùm in Ecclesiam malignãtium adduxit.

Vt

1. Diaboli seruitio insudemus.
2. Domestici eius reddamur.

Interpretat.& obseruat.morum.

3. caracterem bestiæ hæreseos accipiamus.

Vt pasceret porcos.

Nimirum vt 1. Gentilis placeret dæmonibus, qui se vt porci cœno, ita sanguini victimarum inuoluebãt. 2. Peccator ea, quibus immũdi spiritus gaudent, operaretur. Beda. 3. Hæreticus apostata, luxuriosis sordibus huius mundi addictis, gulosis, fædis, trucibus, grunientibus in Ecclesiam hominibus & omnia depascentibus, aliquid quod aures titillet annunciet.

Siquidem 1. Quot etiã humanas hostias dæmones ab Ethnicis acceperunt, vt fuse explicant Dionysius Alexandr. ad gentes. Theodoretus sermone de sacrificiis Arnob. lib.8.in Gentes.

2. Operibus carnis quæ sunt impudicitia, fornicatio, ebrietas, &c. Gal. 5 peccatoris totum se addicit. 3. Libertatem illis promittit cùm ipse seruus sit corruptionis. 2. Petr. Sic Nicolaitæ communes habuere mulieres.

Et cupiebat implere ventrem de siliquis quas porci mãducabant.

Sunt autem siliquæ 1. sermonum iactantia cum inani quadam Philosophiæ seductione & sonoro facundiæ plausu, quæ pompam magis, quàm vtilitatem demonstrant, nec multum perdurãt. Ambros. lib. 7. in Lucam.

2. Volu-

Obseruatio doctrinæ.

Siliqua, quam Lucas Græce vocat κεράτιον integumentum est, cui grana leguminum includuntur: aut quiduis leguminibus simile. Galli vocant Des escosses. Siliquæ sunt porcis maximè gratissimæ. Augent & in isto homine, & mystice in peccatore, omnes circunstantiæ, & status conditiones, dolorem. Quasi iste dicat. 1. Ego filius, illi mercenarij. 2. Ego in lõginqua patria, illi in domo patris. 3. Ego cupio saturari siliquis, illi pane. 4. Ego fame pereo, illi abundant. 5. fames autem genus est supplicij grauissimum. Si gladio, si furca, si rota perirem, breui dolor finiretur. Nunc autem toties mihi mortis dolores ferendi sunt, quoties præ fame mihi viscera crepant. Et vnde obsecro mihi tot mala acciderũt? Nimirum quòd patrem contempsi: & patrimonium luxu decoxi. Videãt hic iuuenes ne parentes aspernent. Sum enim & iuuenibus exemplum ad peccandum,

Obseruatio doctrinæ.

Interpretat.& obseruat.morum.

candum, sed ero ad reatus agnitionem. Surgam enim & ibo ad patrẽ meum.

2. Voluptates quæ & dulcescunt & constringũt cito, vt siliquæ, sed alio modo. Quibus 1. Et idololatria apud Gentiles viguit, coadiutoribus, scilicet, Poëtis, vt Nanzan. oratione in Iulianum docet: & hæresis munitur, Tertull. lib. de præscript. 2. & luctus Gehennæ conciliatur, Luc. 16. Immò tormenta senectutis.

Et nemo illi dabat, 1. ad satietatem. Manet enim insatiata libido. Quo plus sunt potæ, plus sitiũtur aquę. Huiusmodi nimirum dæmones (ait Euthymius) neminem sinunt satiari voluptatibus: ne citius à peccato quiescat: semper enim appetitum ac defatigationem excitant. 2. Nemo illi dabat denegando, quo in desperationem conijceretur. Sic 1. post longas voluptates Sardanapalus ab omnibus destitutus sese in ignem deiecit. Iustinus lib 1. Sic Cleopatra veneno peremit. Plutarch. Phædra quoque Hyppoliti nouerca, Sappho lesbia, Iphis puer, Phillis quoque quod nemo daret, quo amores suos explerent, laqueo fere sibi mortem consciuerunt. His technis consolatione destituit, quos superbia imbuerat: vt Annibalem, Asdrubalem, Brutum, Mithridatem Achitophelem, Neronem: permultósque, qui è fastigio dignitatum, ad ima redacti, seipsos enecarunt.

In se autem reuersus. Primò, per miseriæ agnitionem. 2. status sui contemplationem. 3. Peccati commissi cõsiderationem. Nimirum sola vexatio dat intellectum, Esai. 28. Multiplicasti infirmitates, &c. Psalm. In tribulatione inuocaui dominum in Psal. Sic Manasses carceri mancipatus, ad se reuertitur 2. Par. 23. Et Dauid peste grassante, 2. Reg. vlt. His vtique peccati notitia conciliatur, initium vtique salutis, Seneca epist. 28. lib. 3. epist.

Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus.

Sunt mercenari, aut 1. Cathecumeni nondum baptisati. 2. aut fideles quidam, sed qui temporali mercede inducti, aut panem verbi Dei tractant, aut quæstum arbitrantur pietatem.

Quibus 1. merces fidei datur, puta adoptio: panes verò doctrinæ animarum nutritiuæ. Hos cùm suspiciunt Gentiles, conuertuntur ad se. Euthymius 2. Merces commodorum præsentium

Interpretatio & obseruatio morum.

dantur, sed neque panes, scilicet sacræ conciones, quæ semper in Ecclesia fiunt denegantur, vt qui non sint à communione eiecti, sicut peccator, qui Deum omnino reliquisse videtur, & eius Ecclesiam. Et ego hîc fame pereo. Fame diuini verbi, & siti gratiæ. Vt qui posset dicere, Aruit tanquam testa virtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis: & ossa mea sicut cremium aruerunt. Quicquid enim agat peccator, eum multomagis famelicum reddit: nisi ad eum accedat, qui aquam porrigit, quam qui biberit non sitiet iterum, & gloriam communicat: in qua electi non esurient nec sitient iterum. Nos igitur hanc prodigi peccatoris miseriam attendẽtes, Deum optimum Patrem exoremus, vt ne nos inducat in tentationem, nec à se abijciat, & nostra in delitiis prodigere permittat, sed sub alarum suarum nos foueat & protegat: vt saltem velut mercenarij, si non vt filij, in eius Ecclesia viuere, & æternam sperare beatitudinem possimus.

Tabula secunda in reliquum eiusdem Euangelij.

Surgam & ibo ad patrem meum, Luc. 15.

Interpretat. & obseruat. morum.

HActenus lapsum prodigũ audiuimus, nũc eius pœnitẽtiam explicabimus. Surgam (inquit) 1. per bonum propositum, 2. & spem veniæ, & ibo ad patrẽ per opera pœnitentiæ, contritionem nimirum, confessionem & satisfactionem. Contritionem vtique quod me indignum sentiam filij tanti patris nomine: Cõfessionem palam edendo, delicti mei grauitatem: Satisfactionem verò, meme omni pœnæ & labori etiã quem mercenarii in domo patris sufferunt, submittendo.

Et dicam ei: Pater, peccaui in cælum & coram te.

Introduct. in Euang.

PRincipem vtique indulgentia, non crudelitas, liberalitas non parcitas decet: Deum quoque bonitas & misericordia. Proinde Dauid, miserationes (inquit) eius super omnia opera eius. Et harum vbertatem quidem Christus nobis ob oculos per parabolæ typum exibet, vt Deum nolle mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat concludat.

Summa.

Summa.

Porrò tres nobis inducit, 1. filiũ tristẽ et cõtritũ de commisso in patrẽ peccato. 2. Sperantem tamen, & delictum suamq; indignitatẽ cõfitentẽ. 3. Patrem 1. filio obuiã procedentem, 2. eundem osculo appetentem. 3. recentibus indumentis vestientem. 4. conuiuio & magna exultatione excipientem. 4. Seniorem filiũ ex agro reuersum 1. id interrogatione discentem, 2. hoc factũ ægrè ferentem. 3. à patre tamẽ increpatũ, vt fratre inuẽto & rediuiuo simul gaudeat & congratuletur.

Obseruatio doctrinæ.

August. Effrem. Gregorius Nyssenus. Chrysostomus permultique antiqui patres vno ore pœnitentiam celebrarũt. Immò et ipse Tertull. l. vno. Nimirũ quod Deus nõ despiciat peccatorẽ, si ad se reuertatur. Eũ qui venit ad me nõ eijciam foras (ait Christus.) Hoc in Manasse, Matthæo, Paulo, peccatrice, latrone, Petro docet, Chrysost. hom. 40.

Interpret. & obseru. morum.

Prius meditatur quid dicturus sit, quoniã non præcipitãter aut Deum orare, aut sua peccata confiteri debet peccator: sed prius apud se meditari eũ oportet quid dicturus sit, quid fecerit, quòd grauiter Deum offenderit. Et sic aspersus corda à conscientia mala ad Deũ accedere.

Porrò perfectissimam apud patrẽ edit iste supplicationis formam. Primò, patrem vocat, vt grauitatem peccati sui insinuet: vt qui in summum bonum, immò & hominum amantissimum peccauerit. 2. Vt doceat quãta fiducia ad eum accedat: nimirum quod velut pater filiorum misereatur Deus timẽtiũ se: quoniã ipse cognouit figmentum nostrum. Quippe hac dictione spẽ veniẽ post pœnitẽtiã superesse ostẽdit, vt istius exemplo prodigi docet Greg. Nyssenus lib. de oratione. Proinde cum Cyrillo Hierosolym. catech. mystica 5. exclamare licet: O maximã Dei benignitatẽ, his qui defecerãt ab illo, & in extrema inciderãt mala! tãtam præstitit malorũ obliuionẽ, & gratiæ participationẽ, vt patrẽ sese appellari voluerit. Adeo nõ vt Moses per montem caliginosum igneũ & terribilem ad Deum: sed directè nos Christus vt mediator, sed melior Mose, ad Deum vt patrem adducit, ait Gregor. Nyssenus lib. de oratione 2. Non occulit iniquitatẽ suam, sed eam pandit, dicens: Peccaui in cælum & coram te. delictum suum ita aggrauãs, vt cælum etiam sibi infensum agnoscat. Sic nos instruens, vt qui peccare non erubuimus, non erubescamus confiteri.

Interpret. & obseruat. morum.

Porrò non adiecturus erat confessioni suæ peccatum in cælum, ait Gregor. Nyssen. libr. de oratione, nisi persuasus sibi patriam esse cælum, quo relicto peccauerit. Quapropter confessionis eiusmodi meditatione, aditu facilē sibi Patrem efficit, adeò vt etiam accurrerit ad eum. In cælum peccasse dupliciter intelligitur. Primo sic, vt per cælum sancti & beati intelligantur: quemadmodum Genes. 1. per cælum Angeli significātur. 2. Aut cæli nomine domum maiestatis, in quem peccauit adnotetur: nimirum qui dicit, Esai. 66. Cęlum mihi sedes est: terra autem scabellum pedum meorum. Coram te, ait, Vt qui semper præsentem mente habuerit patrem: nec tamen hac meditatione à peccato reuocatus sit: sed eum contemnens in omne peccatum libere ruerit. 3. Aut qui tanti patris sit filius qui vbique sit, & cuius maiestate omnia plena sint, cui omnia nuda & aperta sint, Heb. 4. 4. Suiipsius iudex est cùm ait.

Obseruatio doctrinæ.

ad populum. Basilius homil. de pœnitentia, idem confirmat verbis ad Ionam facta occasione cucurbitæ exsiccatæ: vt doceretur illi non exquirere ruinam Niniuæ: Ionæ 3. Exemplo Achab 3. reg. 22. & Dauidis 2. reg. 11. & 12. quorū Deus misertus est. Immò adeò bonus est dominus, vt eos qui toto vitæ tempore impij fuerint, aliquādo conuersos excipiat: vt docet Chrysost. hom. de reparatione lapsi, exēplo Onesimi, qui ex fure factus est Pauli discipulus. Iuuenis siccariorum princip. quem Ioannes Apostolus ad viam salutis reduxit. Talis & Moses primum quidem furum princeps: deinde verò Abbas sanctissimus, vt testatur Nicephorus lib. 11. historiæ Ecclesiasticæ.

Iam non sum dignus vocari filius tuus.

Quasi dicat, dignus vtique eram tua gratia, tum cùm in domo tua essem, cùm Ecclesiæ sīminibus me continerem, cùm tuam voluntatem seruarem & te reuererer. Nunc verò cùm omnia mihi è contrario cesserint, non sum dignus tanto apud te nomine. Eius quoque exemplo nosmetipsos iudicare debemus, vt docet Paulus Rom. 2. Proinde dominus ipse Ezech. 18. & 33. Si fecerit, inquit, impius iudicium & iustitiam, vita viuet, & non morietur. Porrò quid est iudicium facere, nisi seipsum etiam condemnare, &

Interpretatio & obseruatio morum.

& suam indignitatem testari: dicat igitur vnusquisque: Si iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit?

Quæ me tellus, quæ me æquora possint accipere?

At tu Deus misereris omnium, quia omnia potes, & nihil odisti eorum, quæ fecisti. 5. Supplicat tamen nec omnino abijci, nec priorem, vt indignus, apud patrem gradum sortiri, sed medio loco reponi dicens.

Fac me sicut vnum de mercenariis tuis.

Id est, non statim in gratiam admitte: sed prius labore & pœna plecte me. Recipe me in domum, non vt filium, sed vt seruum. Omne onus perferam, quod mercenarij in domo tua. Et quidem peccator cùm iniquitatis suæ grauitatem perpendit, si se ex hac vita migrare contigerit, per mercenarios, eos, qui igne purgatorio post hanc vitam plectuntur: per filios, eos, qui statim in cęlum euolant intelligens. Parem cum hoc prodigo orationem fundet, fac me sicut vnum de mercenariis tuis. Id est, vt ipsemet Prudentius doctè supplicando obseruat in Hamartigenia.

Spem capio fore quicquid ago veniabile apud te,
Quamlibet indignum venia, faciámque loquárque:
Confiteor, dimitte lubens, & parce fatenti,
Omne malum merui, sed tu bonus arbiter aufer.
Quod merui, meliora fauens largire precanti
Esto cauernoso, quia sic pro labe necesse est
Corporea, tristis me torqueat ignis auerno.
Saltem mirificos incendia lenta vapores
Exhalent, æstúmque calor languente tepescat,
Lux immensa alios, & tempora vincta coronis
Glorificent, me flamma leuis clementer adurat,
Sic mihi tartarei satis est, si nulla ministri
Occurrat facies, auidæ nec flamma gehennæ
Deuoret hanc animam, mersam fornacibus imis.

Et surgens venit ad patrem.

Non satis est proponere, sed ipso effectu proposita implere oportet. Accedite ad dominum & illuminamini, & facies vestræ

Interpretatio & obseruatio morum.

non confundantur. Surrexit à peccato & inquinamentis, & venit per pœnitentiam ad patrem. Sic Ephes. 5. Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus, Ephes. 4. Deponite vos veterem hominem, & induite nouum, qui secundum Deum creatus est, Matth. 11. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, &c.

Cùm autem adhuc longe esset, vidit eum pater suus, & misericordia motus est.

1. A longe videt Deus, qui omnia vno intuitu prænouit antequam fierent: qui Petri pœnitentiam aspexit ante mundi constitutionem, Ephes. 2. & tum ei misericordiam & gratiam præparauit, Rom. 9. 2. Misericordia motus est, quoniam & nos omnes semper præuenit, & quod suũ est semper agnoscit. Hinc est quod per Esayam dicit (cap. 49.) Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit, tamen ego non obliuiscar tui. Et occurrit illi. Per misericordiam & gratiam præuenientem. Psal. Misericordia eius præueniet me. Deus enim 1. præuenit voluntatem, vt velit, 2. comitatur, vt possit, 3. cooperatur, vt perficiat, Philip. 2. Deus operatur in nobis & velle & perficere pro bona voluntate, Hebr. 12. tanquam filiis sese offert. Tardus ad puniendum est. Proinde cùm venire dicitur, vt supplicium inferat, non currere sed ambulare fertur. Sic Genes. 3 ambulabat in paradiso, &c. At currit misericordiam facturus, Psalm. 18. Exultauit vt gigas ad currendam viam, Cantic. 2. Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles. Iustinus martyr epistola ad Zenam & Serenum, Qui admonet fratrem, inquit, non iracundè id faciat, sed familiariter. Oportet enim vt ambo accommodentur sibi inuicem, & ad pacem contendant pariter. Quandoquidem etiam patrem illum videmus occurrisse pœnitenti filio, & non expectato aduentu obuiam excepisse eius pœnitentiam.

Et cecidit super collum eius, & osculatus est eum.

Similitudinarie vtique, pro eo quod est, suscepit eum paterno & compatiente affectu. Cecidit vtique super collum: quia & hoc humiliauit, quod prius fuerat elatum, Esai. 3. Porrò osculo collum pater appetit, ait Greg. Nyssenus lib. de oratione, quod rationale iugum significat per Euangelicam traditionem, homini qui

Interpretio & obseruatio morum.

qui primum præcepti iugum exuerat, legem custodem repudiauerat, per os iniectum.

dixitque filius patri: Pater, peccaui in cælum & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus.

Non tantum corde & meditatione, sed & ore hæc cõfessus est. Sic Ezechias, Esaiæ 38. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Domine, si sic viuitur, &c.

Dixit autem pater ad seruos: Cito proferte stolam primam & induite illum.

Serui concionatores verbi Dei sunt, & prælati Ecclesiæ. Hos pater Deus alloquitur, & illos iubet redeuntem peccatorem excipere, & absolutum veste iustitiæ circundare. Stolam enim primam (ait Gregorius Nyssenus lib. de oratione) hanc, scilicet, qua per inobedientiam homo nudatus erat. Vnde simul atque interdicta gustauit, nudum se esse conspexit. De pœnitẽtia distinct. 1. Sed nec Adam nudus erat, quem innocentia vestiebat. Hanc autem restituit nobis Christus, Galat. 3. Quotquot baptisati estis, Christum induistis, Ephes. 4. & Colos. 3. Induimini nouum hominem qui secundum Deum creatus est. Hoc vtique remissis nobis delictis.

& date annulum in manu eius.

Id est, vnionem fidei qua desponsamur Deo mente per iustificationem virginea, Osee 2. Desponsabo te mihi in fide. Ornatur annulus lapidibus preciosis, symbolum verò fidei, articulis. Annulus fertur in manu: fides quoque in operibus esse debet, quæ per manum iudicantur, vt & lumen in lampadibus requiritur, Matth. 25. Iac. 2. facere ergo debent prælati, vt hi quos stola puritatis per pœnitentiam induunt, tandem per fidem operentur.

& date calceamenta in pedes eius.

Id est, sanctorum his proponite conuersationem quam imitentur, Heb. 13. ne de cetero in peccata relabantur. Nam calceamenta, quibus ambulare oportet, conuersatio vitæ est, quæ aptatur pedibus, cùm quis secundum eam dirigitur. Hinc est quod in idem mysterium designandum olim agnum pascalem comessuri, calceati esse debebãt, Exod. 12. Greg. Nyssen. lib. de vita Moseos. Ne spinis, inquit, in hoc arduo viuendi itinere pedes lædantur,

Interpretatio & obseruatio morum.

non nudis pedibus, sed durioribus calceis communiti esse debemus. Spinæ autem peccata sunt: calcei, dura & austera vita, quam à patrum conuersatione discimus.

Interpretat. & obseru. morum.

Et adducite vitulum saginatum, & occidite, vt manducemus & epulemur.

Vitulus saginatus Christus est, & hic quidem pro nobis occisus, vt docet Eucherius Lugdunensis lib. 2 comment. in Genesim cap. 27. Saginatus gratia & gloria, Ioan. 1. Vidimus gloriam eius, &c. Vnde & per vitulum quem occidit & coxit Abraham Angelis, Gen. 18. & per vitulum sub lege Deo oblatum præsignatur. Et hîc quidem proponitur nobis in cibum & epulum in sacra Eucharistia. Caro enim mea verè est cibus, inquit, & sanguis meus verè est potus, Ioan. 6. Nam panis quem frangimus, nonne participatio corporis Christi est? Et calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? Porrò adducitur ille, 1. aut à prædicatoribus per verbum & memoriam, 2. aut à sacerdotibus per sacrificium & sacramentum. Eorum enim est tantum illud conficere, prout & Christi verba ad Apostolos sonant. Hoc facite, &c. Quod ergo Pater adducite (inquit) vitulum saginatum: tantum est ac si Deus Ecclesiæ prælato dicat, peccatorem hunc ad communionem Christi corporis & sacram mensam admitte: Quod & licere in lapsis perdoctè testatur Cyprianus sermone quem pro his edidit. 2. Quódque occidere iubet, sic interpretandum est, non quasi denuo occidatur Christus, sed quod quotidie in sacrificio incruento memoria cruenti illius, quod semel in cruce perfecit celebretur: prout & ille nos docuit, dicens, Hoc facite in meam commemorationem.

Quia hic filius meus mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus est.

Obseruatio doctrinæ.

Hesychius lib. 1. in Leuit. cap. 4. Quia vitulũ (inquit) oportet carnem domini accipere, ipse prodigi filij exponens parabolam docuit: quia patrem occidisse ei vitulum saginatum, & primam dedisse stolam, & annulum dicere. Per vitulum, sacrificium vnigeniti: per stolam, baptisma. per annulum, signans pignus spiritus.

Qui

Interpretatio & obseruatio morum.

Qui enim peccatis inuolutus est, mortuus est & perditus, & qui per pœnitentiam ad Deum redit, rediuiuus dicitur, Ephes. 2. Cùm mortui essetis, &c. Nam sicut mortuo nulla actio viuentis est, sic nec peccatori nullum meritum, nisi ad dominum redeat. Omni vtraque virtute & vita destituitur peccator, tamẽ Dei gratia per pœnitentiam viuificatur.

Et cœperunt epulari.

Id est, iam in gratiam tantam peccator admissus erat, vt eum sua mensa dignaretur pater opt. Max.

Erat autem frater eius senior in agro.

Porrò hîc mysticè designat. 1. aut Iudaicum populum, seniorem quidem, quod gratiam & promissionem ante Gentilem populum assecutus sit. Ager verò legem Mosaicam designat, in qua ille desudabat: aut Synagogam: quod iste, insipidæ literæ affixus, non nouisset quantum haberet gaudiorum Euangelicus spiritus. 2. Aut filius iste Christianus est in iustitia perseuerans, qui quòd nonnunquam remissior est, vel humanis mouetur rationibus, demiratur quomodo tam misericorditer Deus in peccatores se gerat. Hic autem adhuc in agro est, quia in militante Ecclesia: Quo enim Deo fruuntur, potius in Dei misericordia exultant.

Et cùm veniret & appropinquaret domui, audiuit symphoniam & chorum: & vocauit vnum de seruis, & interrogauit quid hæc essent. Isque dixit illi, Frater tuus venit, & occidit pater tuus vitulum saginatum, quia saluum illum recepit. 1. Appropinquauit Iudaicus populus Ecclesiæ Christi, quia in synagoga permansit, quam Christi Ecclesia immediate subsecuta est. 2. Audiuit symphoniam & chorum, die nimirum Pentecostes factum de cælo sonum adueniente spiritu sancto, Act. 2. & tandem etiam intellexerũt quòd in Gentes spiritussancti gratia effusa est. 3. Nam Petrus quasi ab his interrogatus, pro aliis respondit sic prædictum esse Spiritusancto & Iudæos & Gentiles imbuendos. Idem Act. 17. Oportuit (ait) primum vobis prædicari verbum Dei: sed quoniam contemnitis illud, ecce conuertimur ad Gentes. Et Act. 10. In omni Gente qui facit iustitiam, acceptus est illi. Audierunt igitur Iudæi pro Gentibus occisum vitulum Christum: quoniam & hæ assecutæ sunt eius misericordiã. Indignatus est autẽ & nolebat introire,

P

Interpretatio & obseruatio morum.

Sic Iudæi Petro indignati sunt, quod cum Gentibus communicasset, Act.10. Vnde noluit introire, id est, in Ecclesiam venire, quasi non sanum verbum Apostoli prædicarēt, admissis Gētibus.

Pater ergo illius egressus cœpit rogare illum.

Egressus est per Apostolos, rogauit per eosdem ne scandalizarentur, adeo semper amice se habuit Deus in homines.

At ille respondens dixit: Ecce tot annis seruio tibi.

Sub lege Mosaica: cuius iugum non leue vt Euangelicum, nec liberum, Ioan.8. sed seruile fuit.

& mandatum tuum nunquam præteriui.

Nam semper de mandatorum obseruatione gloriati sunt illi sicut & Pharisæi, decalogum in fronte gestantes, & is legisperitus, Luc.9. qui omnia dilectionis præcepta se à iuuentute obseruasse asserebat. Et Pharisæus qui Luc.16. Ieiuno bis in Sabbato, inquit, decimas do omnium quæ possideo: sed gloriabantur in obseruatione carnali, non in spirituali.

Et nunquam dedisti mihi hœdum, vt cum amicis meis epularer. Id est, ne minimum quidem epulum, huius respectu mihi indulsisti. Omnes enim epulæ si ad sacrosanctum illud conuiuium quo Christus sumitur conferantur, nihil sunt. Ne tu mihi esum agni Paschalis, ne lactucas agrestes, ne tu sacrificia de quibus pars sacerdoti in cibum reseruabatur sub lege: omnia hæc ne hœdi quidem nomen merentur, respectu vituli, Christum nobis indicantis. Cumulatissima igitur beneficia nobis contulit Christus, & vberiora sanè q̄ Iudæis. Sed postquam filius tuus hic (populus Gentilis, aut omnis peccator per pœnitentiam ad Deū reuersus) qui deuorauit substantiam suam (naturæ dona gratuita) cum meretricibus (huius mundi delitiis quæ deliniunt animam) venit (per veram cordis contritionem adductus, gratia prēueniēte, & verbi tui prædicatione) occidisti illi vitulum saginatum. Id est, participem eum effecisti gratiæ & gloriæ Christi saginati, qui pro peccatoribus mortuus est, Rom.5.1. Timo.1. eique victimam ipsam in epulum illi præparasti. Tāta illū gratia cumulasti, vt angelico eū exceperis cōuiuio.

At ille dixit illi: Fili, tu semper mecum es, & omnia mea

Interpretatio & obseruatio morum.

mea tua sunt. Id est, non est quod ô Iudee inuideas, siquidē tu primogenitus meus Israel: tu semper mecum per electionē & beneficentiā: semper mecū per spem & fidem: vt qui sub lege mecū perseueraris: & omnia mea tua sunt, id est, ea quæ tibi ex pmisso, nō autem ex debito cōtingunt. Tibi enim promissus est Messias: tibi salus & redēptio. Hinc est quod Psaltes: Ipse, inquit, redimet Israel ex omnib⁹ iniquitatibus eius, &c. & Esayas c.9. Puer (ait) datus est nobis, & filius natus est nobis, &c. Omnia igitur mea, id est, omnes meę promissiones, tuę sunt, id est, tibi factę, Matth. 15. Nō veni (ait Christus) nisi ad oues quæ perierūt domus Israel.

Epulari autem & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus est.

Non enim mortui neque omnes qui descendunt in infernum, dominum laudabunt. Proinde nec exultādum est in perditione, sed salute hominum. Habet emphasim quod peccator frater iusti & Iudæ dicatur: vt discamus quo affectu pro inuicē solliciti esse debemus. Ceterum, si hæc de quolibet iusto hac in vita interpreteris, is quidem cùm perpendat infinita hominum scelera, eos tamen Deum ad pœnitentiam euocare, etsi non propriè inuideat, nec murmuret, in modum tamen inuidentis se habet & murmurantis, quod reuersos cum tāta bonitate Deus eos excipiat. Hinc obstupescit, peccatorem indignum tanta indulgentia iudicans. Interim tamē edisce Dei bonitatem infinite vberiorem esse misericordia humana. Idque quasi Deo in ipso loquente, & spiritu carnali iudicio & affectu imperāte, vt se diuinæ regulæ non sensuali determinationi quæ vindictam spirat, submittat, & fratri redeunti congratuletur.

ORATIO.

PRoinde ô Deus omnipotens qui non vis mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat, excita ad te mētes nostras, vt corde contriti, asperſi corda à conscientia mala cōfessionem peccatorum nostrorum apud te edamus: neque à tua illa bonitate repellamur, sed remissis iniquitatibus nostris, pristinam innocentiæ stolam induti, fidei annulo muniti, & sanctitatis patrum beatorum imitatione calceati, sacrosancto Iesu Christi corpore satiari & diuino epulo excipi valeamus.

Universidad de Deusto Biblioteca

Euangelium habetur Luc.11.& Matth.12.

Erat Iesus eijciens dæmonium.

Interpret.& obseru.morum.

EX opposito igitur statuuntur, 1. Iesus, vt qui eijciat tortorem diabolum. Est enim saluator, Matth 1. Luc.1. qui venit vt opera diaboli dissoluat. Vnde olim dæmonia nomini eius cesserũt: & idola concionantibus Apostolis obmutuerunt Theodoretus affect.Græcarum serm.10.de Oraculis.

Hinc exorcismis in Ecclesia quæ vim à Christo habent, fugantur dæmones, & salus acquiritur: vt & flatu aurifabri ignem excitantes cùm aurum conflant, id quod quærunt inueniunt. Ait Cyrillus Hierosoly. catech. 1. Exorcismorum quoque meminit Dion[illegible]s Areopagita Ecclesia.Hierarch.cap.1.Chrysostom. homil. de Adam & Eua. August. de gratia & peccato originali cap. 60. 2. Dæmonium quoque velut è diametro Iesu perpenditur, cuius tanta est in hominem inuidia, vt è paradiso Adamum eiecerit, Gen.3.mortem induxerit, Sap.5. verum Dei cultum in idololatriam commutarit. Immò si præualeret, omnem hominem & omnem spiritum qui sub cælo est, subitò in ictu oculi perderet, vt docet Origenes lib.1.in Iob.

Dæmones sanè hominum torto-

Introduct. in Euang.

VT morbi nonnulli sunt, quibus si affectus homo fuerit, etiam si lautis foueatur cibis, macrescit tamen: adeo illi humores bonos corrumpunt, & digestioni sanæ officiunt. Sic & inuidus alterius rebus macrescit optimis: et quãto vberior est ĩ eo, cui inuidet laudis materia, tanto sibi videtur fertilius, vituperij trahere argumentum. Hoc in Iudæis experiri licet, etiam ex hodierno Euangelio. Nam quanto vberiora Christus signa edidit, tanto impudentius in eum blasphemarunt. Adeo vt videntes eum dæmonem ab obsesso eiecisse, etiã in Beelzebub id eum facere mentiti sunt. Porrò curatis duobus cæcis in domo, in qua vt cõijcitur, educatus & conceptus fuerat, dæmoniacum etiam

res

Introduct.in Euang.

etiam hunc surdum & mutũ sanauit. Anno suæ prædicationis primo, ætatis 31.in Nazareth Galileæ, vt Tatianus cap. 61.& Ammonius Alexandrinus cap. 5. harmoniæ Euangeliorum. Necnõ Victor Capuanus indice in 4. Euangelia obseruant.

Summa.

Quinque hoc Euangelium complectitur. 1. Dæmoniaci, surdi, cæci & muti miraculosa curatio. 2. Iudæorum in Christum blasphemia. 3. huius blasphemiæ refutatio. 4. futuri per Christum torphei & Iudæorum ruinæ prædictio. 5. mulieris in Christi laudes feruens deuotio.

Obseruatio doctrinæ.

Cur dæmones adeo sunt hominibus infensi? 1. Propter odium in creatorem (ait Albinus lib. quæst.in Genesim) 2. & inuidiã in hominem, 3. & desperationem suæ salutis. Basilius quoque concione quod Deus non est author malorum. Bellum ipsi

Interpretat.& obseruat.morum.

res sunt, quorum malitia simul cum ætatibus hominum extenditur, vt Gregorius Nyssen. oratione in Basil.fratrem: adeo vt etiam nunc visibiliter aliquando homines torqueant, vt liquet historia illa de Iuuene ex equestri ordine oriundo, eodem morbo laborante Lutetiæ, quem Fernelius medicus l.2. de abditis rerũ causis c.16.fuse deducit.

Et illud erat mutum.

κωφὸς etsi mutum frequenter insinuet, sumitur tamen aliquando & pro eo qui non audit. Propriè verò & qui nec audit, neque loquitur, vt Theophilactus in Lucam interpretatur. Proinde ne hic arbitrere mutum tantum significare, vt Luc.1. sed & surdum, vt Marc.7. Matthæus enim cap.12. Dæmonium quo possidebatur hic Christo oblatus, non mutum tantum, sed & surdum appellat. Dæmoniacus (inquit) oblatus est τυφλὸς καὶ κωφὸς, id est, cæcus, surdus & mutus. Tria igitur signa simul ĩ vno homine perpetrata sunt (ait Beda.) Cæcus videt, mutus loquitur, possessus à dæmone liberatur.

Et cùm eiecisset dæmonium, locutus est mutus.

1. Ab effectu ipso perfecta curatio dignoscitur: vt cùm Paralyticus grabatum tulit, Ioan. 5. Cæcus vidit, Ioan. 9. & mortuus resedit, Luc. 7. Sed neque nos aliquid in laudem eius loqui possumus, nisi ipse dede-

Interpretat. & obseru. morum.

rit. Iesum enim in Spiritu sancto ciemus, & in eo clamamus Abba Pater. Eo donante est fides, Ephes. 1. Immò ne cogitare aliquid sanè sine ipso valemus: Domine igitur, labia nostra aperi. Domine adauge nobis fidem. Aperi domine & oculos, & os, & aures eorum qui ab Ecclesia tua desciuerunt, vt cognoscant, videant, & fateantur quòd non est alia quàm tua hæc Ecclesia domine.

Et miratæ sunt turbæ.

Virtutem & potentiam Christi. Adeo mirabilia opera tua domine vt Psaltes ait, Et stupor erigit considerantes beneficia Dei. Mirati Ægyptij sunt, dicentes, Exod. 14. Fugiamus ab Israele. Mulieres cãtantes. 1. Reg. 18. Percussit Saul mille, & Dauid decem millia. Iudæi in Apostolis, Act. 2. Nonne omnes isti, qui locuntur Galilæi sunt? Act. 9. In Pauli conuersione. An non hic est, qui captiuos, &c.

Velint nolint tyranni omnes, Iudæi, Gentiles, Infideles, & hæretici Christianam fidem & religionem demirantur, quæ etsi tot assultus pertulerit, adhuc sana perseueret: & veritatem præ se ferre luce clarius agnoscatur. Et ob hoc sanè rumpebatur inuidia Iulianus, cùm ad Arsacium Idolorum Pontificem scriberet: vt Pharisæi in Iesum, Ioan. 11. Et in Apostolos Act. 4. & 5. Sic Marcus Imperator in epistola ad senatum Roman. Christianam. cogitur fateri pietatem. Iustinus in Apolog.

Obseruatio doctrinæ.

inquit aduersum nos est, quia receptaculum est omnis maliciei, suscepit etiam inuidiæ morbum, & inuidiæ nobis honorem.

Dæmonium mutum & surdum dicitur, non quod idipsum tale sit, sed quod mutos & surdos homines reddat. Porrò varia antiqui Patres hinc exerunt mysteria. D. Isidorus lib. Allegoriarum sacræ scripturæ, per dæmoniacum hunc elicit populum Gentilem, qui ex idololatria ad fidem conuersus est: primùm quidem pulso à corde dæmonum cultu: postmodum ad Dei laudem lingua resoluta, vbi lucem fidei aspicere potuit. Theophilactus in Lucam, per dæmoniacum, naturam humanam interpretatur, quæ à dæmonibus detẽta, non audire potest verbum Dei & minus eloqui, quæ tamen adueniente Christo & fugato dæmone restituuntur. Beda in Matthæum, dæmoniacum peccatoris typum gessisse

Obseruatio doctrinæ.

gessisse dicit, quod & is ad laudes Dei taceat, & per deuia peccatorum ambulet: verbo quoque auditum obturet. Istud porrò miraculum quotidie mysticè impletur, cùm fideles conuersi per pœnitentiam expulso dæmone fidei lumen aspiciunt, & eorum deinde ad laudes Dei tacentia prius ora laxantur, Augustinus lib. 1. quæstionum Euangelic. cap. 4. ad infideliũ curationem id traducit. Sic Druthmarus in Matthæum historiam expendit. Adeo sanè copiosus est scripturæ sensus, vt nec inepte etiam dicamus tum dæmoniacum curari, cùm hæreticus ad Ecclesiam redit. Nimirum vt olim ad idola Gentiles, sic nunc ad hæreses rapit diabolus fideles, vt doctè Cyprianus edisserit lib. de simplicitate prælatorum. Beelzebub idolum est Accharon: ad quod Ochosias misisse legitur. 4. Regum, Iustinus Martyr quæstion. 82. ad Orthodoxos hoc nomen cum ceteris dæmonum appellationibus dæ-

Interpretatio & obseruatio morum.

Apolog. 2. pro Christ. Idem sanè nõ apud se celebrare non possunt Ecclesiæ aduersarij.

Quidam autem ex eis dixerunt: In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia.

Hoc vtique dixerunt impurissimi Pharisæi, excandescentes ob mirabiles Christi Iesu virtutes. Et hoc vtique verè est peccatum in spiritũ sanctum, in virtutibus opera Dei videre, & tamen calumniari dæmonis opus esse. Hieronymus tract. 2. parte 2. epistolarum. Epistola. 22. ad Marcellam. Chrysostomus hom. 41. in 12. caput Matthæi, inuidiam Pharisęorum ex hoc loco obseruat. Quod alii quidem homines si animantes rationis expertes dilaniari viderint, aliquantulum commiserentur: Hi verò cernentes beneficium homini salutis conferri expalescant, & in ferocitatem cædendi benefactoris conspirent. Idem sanè in omnibus Dei, Christi & Ecclesiæ aduersariis colliges. Quæ enim pia & sancta sunt, impia dicere audent & prophana. Sic Appion apud Caium ereptorem Israelitici populi risit, eiectósque eos, quòd scabiosi essent, tum demum in solitudinem admissos cùm templum extruxissent pueros Græcos mactare solitos persuadere nixus est. Genmisisse legitur. 4. Regum, Iustinus Martyr quæstion. 82. ad Orthodoxos hoc nomen cum ceteris dæmonum appellationibus dæ-

Interpret. & obseruat. morum.

tiles quoque primum Christianis magiam, & infanticidium inculcabant: immò & adulteria & incestus, vt Tertullianus in Apologetico cõtra Gẽtiles cap. 9. Iustinus in Apol. 2. pro Christian. Clemens Alexandrinus orat. adhortat. ad Græcos. Irrisus etiã à Iuliano Christus filium fabri dicens per elusionem: sed mortis eius omen secutum est, Niceph. lib. 10. cap. 35. Vigilantius reliquiarum sacrarum venerationem, idololatriam vocabat: vt Hieronymus ad Riparium recẽset. Gnostici verò nostri, quæ non Ecclesiæ dogmata, traditiones, sacramenta, diabolo adscribunt?

Ipse autem vt vidit cogitationes eorum.

Chrysost. homil. 29. oper. imperf. in Matthæum hinc colligit Pharisæos nõ dixisse, sed cogitasse Christo improperandum quòd in Beelzebub eijceret dæmonia. Respondet ergo vt intelligant, quòd homo non sit, qui corda cognoscit: sed neque à Beelzebub adiutus. Is enim cordis occulta aspicere non potest, sed solus Deus.

dixit, Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur: & domus supra domum cadet.

Hoc axioma vt suę ratiocinationis fundamentum præmittit: quo 1. & eorum futuram ruinã & desolationem, (vt qui variè de ipso opinentur) concludat. 2. Et impossibile est, vt in

Obseruatio doctrinæ.

monibus ipsis doctoribus asserit innotuisse. Beelzebub verò interpretationem ad Hebraicorum nominum rationem, quam Origenes edidit, quam nunc iniuria temporum non habemus, remittit. Origenes quidem homil. 20. in Numer. 2. Beelphegor Deum Moabitarum speciem, seu idolum turpitudinis significare dicit, quod in eius sacrificiis Israelitæ infandæ se cum Moabitis puellis libidini miscuerunt. Beda tamẽ, Augustinus, Druthmarus, Hieronymus testantur Baal esse, sed qui zebub dicatur, id est, musca: aut quod idolum musca sit. Immò nihil: aut quod à cruore immolaticij cruoris in templo Baal muscæ abundarent. Vnde Baalis relligio. Porrò Baalis cultus videtur à Belo Ioue filio Nembroti, vt docet Berosius, originẽ trahere. Nembroto enim à iustis proceribus suis discerpto, vt & de Romulo demum factum est, in vulgus sparsum est ipsum à

Diis

Obseruatio doctrinæ.

diis assumptum, vt in varias antiquitates Ioannes Ammonius cõmentatus est. Quapropter hac opinione Iuppiter Belus delinitus patri Nẽbrot statuam erexit, ad quã confugientes etiam malefici, velut ad asylum in tuto essent. Successu demum temporis & statuæ illius cultus auctus est: & hæc Belo Ioui adscripta est, quod is eam condidisset: adeò vt Gentium alij Belum, Baal, Beelphegor, Beelzebub, Baalim: alij Iouẽ & Saturnum coluerint, hinc radice idololatriæ post diluuium sumpta. Belo enim vita finita, templum erexerunt Babylonij: vt Eusebius Cæsariensis in Chronicis, Adonis Viennensis in breuiario temporum Saturnum etiam dictum fuisse censent. Immò Suidas in Historicis Beelphegor locum esse dicit in quo Saturni colebatur idolum. Nec me terrebit quod adduci potest Bel solem significare: vnde & soli potius quàm Belo Ioui litatum esse ab Israele,

Interpret. & obseruat. morum.

vt in Beelzebub virtute, dæmonia eijciat consequatur. Regnum enim Iudæorum & ciuitas Hierusalẽ ob diuisiones in proximo erat desolãda: nec stare posset regnum diaboli, si in Beelzebub dæmonia eijcerentur. Vides igitur, 1. vt nisi cemẽto lapides in construenda domo vniãtur: nisi rectum parieti hęreat, omnia corruant: ita nisi charitate colligemur, desolamur. 2. Vnde corpus ruit nisi ab humorum redũdantia, & elementorum conflictu? 3. Si membra à membris diuiderentur, adeo vt pro inuicem sollicita esse nollent, num breui corpus, & membra ipsa interirent? Vt doctè Senator quidem apud popul. Rom. perorauit. 4. Si in vno exercitu tot fuerint Imperatores, quot legiones, quot cohortes, quot cunei: diuersitas vtique plus nocebit quàm proderit. 5. Hac Apologia patris senis ad filios referri potest, qua vt virgultum vnum facile, plura difficile simul iuncta effrangi possunt: cõcordia eos stare posse, & discordia labi admonebat. 1. Hæc Chrysostomus in quadam homil. 2. Aristote. lib. de interitu. 3. Plinius. 4. Lactãtius lib. 1. Instituti. diuinar. cap. 3. 5. Æsopus in fabulis, & Plutarchus lib. apophegmatum regum & Imperatorum de Sciluro ad 80. filios.

Si autẽ Sathanas in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum eius? quia dicitis in Beel-

Interpret. & obseruat. morum.

zebub me eijcere dæmonia?

En conclusio pendens ex præmissa: quasi sic ratiocinetur Christus. 1. Sathanas sibiipsi non repugnat, nec suis satellitibus nocet, sed potius statuit regnum suum. Si autem in Beelzebub eijcerem dæmonia, sathanas suis noceret, & proinde regnum suum destrueret. Nõ ergo in Beelzebub eijcio dæmonia. 2. Immò nec Beelzebub homini contra dæmonem auxiliabitur: nec hominẽ amare poterit, qui ab initio homicida est. 3. Interim occultè regni Sathanici diuisionẽ & in breui dissipationem indicat. 1. Tertullianus lib. 4. in Marcionem. 2. Euthymius cap. 22. in 12. cap. Matth. 3. Hilarius cap. 12. in Matth. Anselmus Druthmarus. Hoc sane expostulare potest Ecclesia à Vigilãtianis, Lutheranis, & Caluinistis, immò ab omnibus hæreticis. 1. Assurgit enim aliquis ex his, Eucharistiam nostrã Magiã vocans, vt Beszius, atqui ea securus natauit inter naufragia satyrus: vt Ambrosi' narrat. 2. ea accepta puella quædam Araba à dæmone obsessore liberatur. 3. nec cõpati ipsa potuit, cum idolotytis prius sumptis. 2. Missam alij diaboli commentum vocant: ea verò celebrata sub Augustino in fundo Subedi maligni spiritus abscesserunt. 3. Reliquiarũ sacrarum venerationem à diabolo repertam iactant. 5. cùm terra sepulchri D. Thomæ filium Mesdei appensa illius collo à dęmone liberarit. 6.

Obseruatio doctrinæ.

cùm (vt aliquando mecum Guillemus Postellus cõtendit) inuocatum fuisse nomen Baal à mane vsque ad meridiem 4. Reg. 20. referatur. Nihil enim impedit Belum se à sole denominasse, vt & Nembroth & Saturnus dictus est: ita tamen vt à Belo solis cult' oriretur, immò & ab ipsa Beli statua. Certum enim est plurimos deos Gentilium nominibus tantum variare, quòd ab vno fonte cadant. Iustinus in adhortatione ad Gentes, Iuppiter, & Pluto. Phebus Dionysius vnum est. Habes etiam de Crono & Belo apud Theophilum lib. 3. ad Antolycum. Quòd Iudæi Beelzebub principem dæmoniorum vocant, sequitur eorũ alia superiora, alia inferiora esse. Hierarchia enim quædã inter cacodæmones, vt & inter Eudæmones obseruatur. Id Cassianus collatione. 8. cap. 14. his verbis probat. Nõ enim dominationes, principatus aut potestates ab Apostolo dici possunt nisi habeant in quos

Obseruatio doctrinæ.

in quos hæc exerceant. Idem cõfirmat ex visione quadam dæmonum perspecta. cap. 16.

Exempla.

Obserua quæso exemplis si lubet quàm vera semper apparuerit hæc Christi sententia. 1. Quid victorem in Græcos hectora fecit ante Patrocli cædem, nisi Græcorum principum Achillis scilicet & Agamemnonis discordia? Rectè tum quidem dici poterat. 2. Quicquid delirant reges plectuntur Achiui. Ciuilia bella inter Pompeium & Iulium Cæsarem Romanã libertatem infirmarunt. Et vt de rebus diuinis quid inseram, vbi cultu diuisus est populus, ruit in captiuitatẽ. Sic Israël sub Nabuchodonosor 4. Reg. vlt. Teglatphalasar. 4. Reg. 16. 3. Quòd Iulianus contrarias Christo sectas admittit. 4. Quòd Valens Arrianis Ecclesias tradit, miserè moritur: immò Barbarorum suũ imperium prædæ subijcit. 5. Quòd Valentinianus & Iustina Ecclesiam

Interpretat. & obseruat. morum.

rit. 6. Et Chrysostomus ipse dicat ossa sanctorũ dæmonas sistere ac torquere. Quomodo ergo hæc dæmonum commenta sunt, quæ dæmones eijciunt? Testes horum sunt. 1. Ambrosius de obitu fratris sui satyri. 2. Prosper de dimidio temporis. c. 6.

Si autem in Beelzebub eijcio dæmonia, filij vestri in quo eijciũt? Alia argumẽtatio est. 1. Apud vos sunt exorcistæ qui exorcismis à Salomone inuẽtis, sæpe ab obsessis dæmonia eijciebãt. Hos quidẽ non in Beelzebub, sed Dei virtute dæmonia eijcere fatemini: cur non idẽ de me iudicatis? 2. Vel filiorũ nomine etiã Apostolos intelligit & alios qui in illius nomine dæmonia eijciebãt. Cur nõ igitur faciat ipse nõ mutuata virtute, quòd in suo nomine patrãt Apostoli? 1. Glosa, Anselm. Druthm. Tertull. l. 4. in Marcionẽ 2. Euthymius, Chrys. in vtroq; opere in Matth. Hilarius, Hieronymus.

Ideo iudices vestri erunt.

Scilicet aut 1. Exorcistæ, nõ potestate sed causa, qa Iudæi cũ de filio Dei dubitãt fateri, quod de exiguis hominibus profitẽtur, sententiã incurrũt. 2. Apostoli testes meæ virtutis & vestræ nequitiæ, sedebũt super sedes duodecim, &c. Luc. 22.

Nos per filios antiquos Ecclesiæ patres, quos vt filios hæretici corrigere volunt. Dicant igitur 1. num signo crucis vt & ceteris quæ dicta sunt, dæmonia eiecerunt?

Interpretat. & obseruat. morum.

2. Aut si filios Apostatas interpretamur, vnde baptisare, excommunicare, nubere, cenam facere, & cetera, si non à nobis didicerunt vt simię? sed tamen sua malitia corruperunt.

Si autem in digito Dei eijcio dæmonia, profecto peruenit in vos regnum Dei.

Vbi docuit se non in Beelzebub eijcere dæmonia, 1. subijcit se in spiritu & virtute Dei id fecisse. Quod enim Lucas digitum nuncupat, alij Euangelistæ spiritum vocant.

2. Admonet quoque Iudæos potius exultare & præparare se debere ad ipsum, per quem aditum ad patrẽ habemus (Ephes. 2.) recipiendum, quàm calumnias & blasphemias illi impingere. 3. Regnũ enim Dei, aduentus Christi est, qui nos fecit Deo nostro regnum Apocal. 1. Euthimius 2. & 3. Chrysost. hom. 42. in Matth. Iudices eorum erũt antiqui illi Ecclesiæ patres: immo & hæretici, qui & si ab Ecclesia desciuerint, ex his tamen alij missam: alij omnia sacramenta admiserunt: alij monasticen, & fere omnia nostra Ecclesiæ insignia summè laudarunt, in vno tantum deficientes.

Euocant sanè vos Prophetæ, Apostoli, antiqui Ecclesiæ omnes patres, ad regnum cælorum per pœnitẽtiam, cùm eorum doctrinã agnoscatis non à diabolo, sed ipso Deo institutam. Quod si à Deo eam esse fate-

Obseruatio doctrinæ.

oppugnabant, ab imperio fugantur. 6. Seditio Constantinopoli per Arrianos sub Eudoxia excitatur. 7. Adonatistis sub Iuliano. 8. A Lucio sub Valẽte. 9. Ab Anabaptistis rebellio apud Monasterium, sibi rege suffecto Rullio, & Ioanne Leidano. 10. A Zuinglianis inter Heluetios. 11. Ab Albigensibus arma gestata in regem Philippum Augustum. Et nuper à Caluinianis in principem Francorum. 1. Homerus Iliados a. 2. Lucanus. 1. Pharsaliæ. 3. Euseb. hist. Eccl. lib. 10. cap. 27. 4. Nicephorus histo. Eccles. lib. 11. cap. 50. 5. Eusebius hist. Eccle. lib. 1. cap. 16. 6. tripart. hist. lib. 10. cap. 8. 7. Optatus in Parmen. lib. 2. 8. Ruffinus hist. Eccles. lib. 2. cap. 3. 9. Ioannes Sleidanus de statu religionis. 10. Libro. 11. Fontanus. lib. 13. hist. catholicæ nostri temporis. 12. Annales Franciæ.

Dilemmate seu complexione vtrinque aduersarios carpit Christus: quod sic redi po-

Obseruatio doctrinæ.

di potest. Aut per Sathanã eijcio dæmonia, aut per Spiritum sanctum. Si per Sathanam, 1. aut igitur Sathanæ regnum ruit, cùm regnũ diuisum desoletur. 2. aut peruenit in vos regnum diaboli. Quod deflere potius quàm in blasphemias erumpere deberetis. 3. Etsi per Sathanam diabolus eijcitur, hæc inconuenientia sequuntur, 1. Quòd Sathan à suis diuisus sit, 2. Quòd homini benefaciat. 3. Quòd suis noceat. 4. Quòd exorcistæ vestri diaboli virtute dæmonia eijciant: idémque similiter faciant mei discipuli. Quòd si id per spiritũ sanctum operor, agnoscere igitur debetis me Meßiam, cùm nunc appropinquauerit regnum cælorum: quo diabolus est sua tyrannide spoliatus.

Obseruat Ambrosius lib. 7. in Lucam ca. 50. ex Christi verbis regnum ipsius esse æternum atque perpetuum. Et ideo (ait) qui non in Christo spem gerunt, sed in principe dæmoniorum, eijcere dæ-

Interpretat. & obseruat. morum.

fatemini, oportet igitur contraria ei dogmata obijcere.

Cùm fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia quæ possidet. Si autem fortiorem eo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet in quibus confidebat, & spolia eius distribuet.

1. Maiori robore confirmatur quod dictum est. Adeo inquit procul absum, vt socio, vt coadiutore diabolo vtar: quòd bellũ mihi perpetuum cum eo est: & vinctum vincio atque spolio: cuius rei certum illud vestigium est quod vasa eius direpta videtis. 2. Fortis armatus Sathan est, vt qui in homines perpetuo pugnet, & præualeat sæpius. 3. Atrium illius mundus, infernus, & conscientia impiorum. 4. Pax illi est, cùm non adest Dei gratia. 5. Fortior illo Christus. 6. Vasa electi, qui olim fuerant diabolo subditi. 7. Direpta hæc, quoniam à Diaboli laqueis eruta. 8. Arma diaboli ablata, chyrographum decreti nobis cõtrarium quod Christus in cruce deleuit. Collos. 9. Spolia distributa, electi ad varia Ecclesiæ munia delecti, in ædificationẽ corporis Christi. Ephes. aut variis cæli mansionibus deputati.

Qui non est mecum, aduersum me est: & qui non colligit mecum dispergit.

Interpretat. & obseruat. morum.

Quasi dicat pro 4. ratiocinatione, contraria à contrariis iuuari nõ possunt. Ego autem sum contrarius Sathanæ: hic quippè dissoluit, dissipat & dispergit: ego cõpono, reædificeo, & colligo: vniuersos ad Deũ reduco: vera illis virtutum trado documenta: Sathan à Deo abducit, & ad nephãda homines allicit. Chrys.

Verba Christi docent omnia dispergi quæ incentore dæmone fiũt. Nembroth dũ Deo præualere sperat, linguæ confunduntur Gen. 11. Pseudoprophetæ qui coram Achab cum Sedechia vaticinati fuerant, mendaces tandem agnoscuntur 3. Reg. 22. Baalini sacerdotes qui stare se putabant, dissipantur cõditione ab Helia accepta. Hecquid Herodes, Pharisæi, & Iudæi in Christũ præualuerũt? Dispersi sunt, nec potuerunt stare. 1. Fassus est Iulianus Christum victorem. 2. Idem Maximinus vindici morbo afflictus. 3. Immò omnes hæreses dispersæ sunt, vt nubes turbinibus exagitatæ. 2. Petr. 2. Quoniam & inuicem aduersantur vt vulpes Samsonis. 1. Nicephor. histo. Eccles. lib. 10. cap. 35. 2. Eusebius histor. Ecclesiast. lib. 9. cap. 10. 3. Origenes homil. 4. in cantica canticorum.

Vbi verò Christus repulit quam illi inurebant calumniam, in Iudæos retorquet quod illi exprobrabant. Dæmoniacos enim esse probat, vt qui hypocrisi, & peccatis

Obseruatio doctrinæ.

mones opinantur, eos regni negat esse perpetui, quòd spectat populum Iudæorũ. Quomodo enim eorum regnũ perpetuum esse potest, qui Christum negant & impugnãt? Quomodo digitus Dei dicitur cùm Deus incorporeus sit? Vt D. Dionysius Areopagita c. 15. cælestis Hierarchiæ figuratiuas imagines angelorũ vocat: quòd hi humana forma describuntur. Ita digitus non corporaliter sed per similitudinẽ in Antropomorphitas sumi debet. Tertull. lib. 4. in Marcionem, per digitum Dei modicam creatoris virtutem intelligit, summã tamen. Sic enim apud Pharaonẽ venefici virtutẽ Dei significarunt. Eucherius. l. formularum spiritualiũ rationẽ reddit quòd Spiritusancto lex in duabus tabulis lapideis scripta sit. Et sicut digitus cum manu, brachio & corpore vnum sunt in natura: ita Pater, filius & Spiritussanctus tres quidem personæ sunt, vna autẽ diuinitatis substãtia. D. August. lib.

Obseruatio doctrinæ.

lib. 2. q. Euãgelic. cap. 17. Dicitur (inquit) Spiritussanctus digit⁹ propter partitionẽ donorum, quæ in eo dãtur vnicuique propria, siue hominũ, siue angelorũ. In nullis enim membris magis apparet partitio quàm in digitis. Hic per transennam quædam de significatione imaginum affari potes. Ambrosius in Lucã ex hoc loco obseruat imperialem quendã & diuinã spiritussancti potestatẽ. Athanasius oratione, 2. cõtra Arrianos interpretatur hunc locũ sic vt Arrio non faueat, qui Christum Deum esse negabat, Patri consubstantialem, quòd eius impotentia aliquando in scripturis legatur. Nec verò distinguebat quæ hominis erant & carnis ab his quæ diuinæ naturæ. Quòd ait se in spiritu eijcere dæmonia (inquit Athanasius) hoc ratione carnis dictum est, quæ idonea non erat, vt per se sine præsidio Spiritussancti dæmonia eijceret.

Interpretat. & obseruat. morum.

tis omnibus scateant. Dicit enim quæ sequuntur.

Cùm immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida & inaquosa, quærens requiem. Et non inueniẽs dicit: Reuertar in domum meam vnde exiui. Et cùm venerit, inuenit eam scopis mundatam. Et tunc vadit, & assumit septem alios spiritus secum nequiores se: Et ingressi habitant ibi: & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus.

1. Hominis nomine populum Iudaicum & omnem pœnitentem intelligit. Isidorus lib. 2. Allegoriarum. Exiuit Dæmon à Iudæis cùm adoptati fuere in filios in typo Abrahæ, Gen. 12. aut cùm erepti ex Ægypto fuere Exod. 14. Apœnitente exit per contritionem, confessionem, & absolutionem. 3. Loca arida, animæ sunt humore gratiæ destitutę. 4. Requies dæmonis est aliquẽ seduxisse & possidere. 5. Domus vnde exiuit, anima est cui randẽ deputatus est: nobis enim bini sunt angeli, bon⁹ vnus, alter malus. Cassianus. 6. Scoparum mundicies hypocritica est, aut ciuilis honestas, seu iusticia, qualis erat Scribarum & Pharisæorum. 7. Spiritus septem nequiores, omnia vitiorum genera sunt. Anselmus in Matthæum.

Interpretatio & obseruatio morum.

8. Nouissima peiora prioribus, vita est multo tandem peior, & pernitiosior quàm fuerit antequam se iungeret Deo. Procopius Gazeus in Exodum. Beda in Lucam hunc locum examinans, potest (ait) hoc accipi de hæretico quolibet, schismatico, vel malo catholico, de quo tempore baptismatis spiritus exierat immundus: locáque inaquosa peragrat: id est corda fidelium quę à mollicie fluxæ cogitationis expurgata sunt. Huic Sathan insidiatur, & vt videt scopis ambitionis, filautiæ, hypocriseos, propriæ æstimationis nitentem: adeo vt se patribus sanctiorem putet: adducit septem spiritus, id est instigat in omne scelus, hæresim & scisma. Augustinus lib. 1. quæstionum Euangelicarum cap. 8. id de fidelibus interpretatur, qui per pœnitentiam abluti, vt canes ad vomitum & sus lota ad volutabrum reuertuntur: quibus pro septenario Dei spiritu, sunt septem nequissima dæmonia. Factum est autem, peroportunè ad confusionem Iudæorum, tot Christo blasphemias impingentium.

Cùm hæc diceret, id est verbis testaretur se ad diabolici regni subuersionem venisse, ecce mulier. Mira res ex omni circunstantia. 1. A tempore: tũ scilicet cùm excandescerent in Christum illius aduersarij. 2. A loco quia publicè: immò in conspectu Scribarum & Pharisæorum. 3. A persona, quia Mulier sexus vtique & timidus & ignarus: qui tamen viros confundit, & eos etiã qui se legis doctores esse ostentabant. Sed nec abs re 4. quædã, ait, vt non vulgo notissimam, nobilem & potentem eam fuisse arbitrere: vnde maior illi loquendi ratio coram populo. Quædã enim erat, id est simplex & ignota: quæ vt olim maxilla asini Samson Philistæos peremit, ita sua confessione Scribarum & Pharisæorum duritiem obtundit. Proinde de turba addidit, vt magis inculcet eius humilem conditionem. Hæc tamen 5.

extollet vocem suam, in Christum fidem testatur. Nihil metuit, magnatos Christi inimicos: adeo libere loquitur, vt exclamet, quo eorum ora impudentia obtundat. Sic & olim etiam in tormentis exclamabant martyres vt Sebastianus, Laurẽtius. Immò & vt septem Machabæi. 2. Machab. 7. dixit illi:

Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti.

Non beatum illum tantum censet, sed & illius matrem. Sic implet quæ diua virgo cecinerat. Luc. 1. Beatam me dicent omnes

Dispersione

Obseruatio doctrinæ.

Dispersionem sathanicam hæreticorum Vincentius Lyrinensis l. quem aduersus hæreses edidit, maris procellis comparat, quod variis aquilonibus æstuat. Heu miseranda conditio, (inquit) quantis curarum turbinibus exagitãtur? Nunc etenim quà vẽtus impulerit incitato errore rapiũtur: nunc in semetipsos reuersi tanquam contrarij fluctus reliduntur: nunc temeraria præsumptione ea quæ videntur, approbant: nunc irrationali metu etiam quæ certa sunt expauescunt: incerti quà eant, quà redeant: quid appetant, quid fugiant, quid teneant, quid dimittãt. At fideles & qui Christi sunt non penduli aut dispersi vagantur, sed fide & vna Ecclesia congregãtur. Nixus vtique fuerat Theodosius Imperator Constantinopoli varias hæreticorum turmas, sibi cum catholicis reconciliare: sed disputando nihil profecit. Vnde vi, exilijs, & coercionibus agere coactus est. Nicephorus refert histor. Eccles. lib. 12. cap. 15.

Interpretat. & obseruat. morum.

generationes, quia fecit mihi magna qui potẽs est. Et laudem ex aduerso blasphemię statuit: Quẽ enim Iudæi dæmoniacum dixerant, ista adeo beatum censet, vt etiam beatitudinem matris prædicet.

At ille dixit: Quinimmo.

Id est, non est adeo quòd matrem meã laudes quòd me genuerit, sed quòd me gignere meruerit, & digna inuenta sit, quæ suo me virgineo vtero gestaret. Prius enim eam verbum audire & ei credere oportuit, quàm me conciperet. Vnde & ad eã Elizabeth, Beata (inquit) quæ credidisti, quoniam perficientur in te quæ dicta sunt tibi à dño, proinde.

Beati qui audiunt verbum Dei & custodiunt illud.

E quorum numero mater mea est: audiuit, credidit, seruauit omnia verba domini, ea conferens in corde suo. Luc 2. Hinc & beata est, & beati nuncupandi sunt omnes, non à parentum nobilitate, sed virtute, & parentum & sua. His igitur verbis docet Iudæos beatitudinem veram attendere: sed quæ non in generis Abrahæ ostentatione, sed virtute consistere: nimirum vt quis audiat verbum Dei, nec in Christum blasphemet: sed ipsum à Patre propositum doctorem & auscultet & obseruet: & quæcunque dixerit custodiat.

ORATIO.

EXpelle igitur optime Iesu à nobis dæmonia peccatorum: auerte ab Ecclesia tua omnes blasphemias: & semel eiectum spiritum malignum per sacrum baptisma, ne rursus in nos cum septem spiritibus malignioribus irruere permittas: sed in tantum animi candorem & feruorem promoue, vt cum hac muliere liberè te laudare, & aduersantium spirituum impudentiam confundere valeamus. Amen.

Universidad de Navarra Biblioteca

FERIA SECVNDA POST DOMINICAM tertiam quadragesimæ.

Euangelium habetur Luc. 4.

Dixit Iesus Pharisæis & Scribis: Vtique dicetis mihi hanc similitudinem, &c.

Interpretat. & obseruat. morum.

Vtique dicetis nubia hanc similitudinem: Medice cura teipsum.

1 ALludit ad verba Esaiæ, quæ Christum missum & vnctum asserebāt vt mederetur, c. 61. 2. Vnde si talis Iesus esset, maximè suis prodesse, curationibus debebat, vt & ouibus domus Israël. Matth. 15. 3. Docet autem se verum Deum, vt qui scrutetur renes & corda, necnō cor Nazarenorum intueatur.

Ceterùm per seipsum ne tu Christi personam intelligas cùm peccatum non fecerit Esai. 53. c. 1. Pet. 2. sed patriam illius quam occultè notat, vt non tantū mala corporis, sed & animæ ægritudine laborantem. Quid enim peius homicidio, inuidia,

Introductio in Euang.

MIlites qui se multis bellis deuouēt, non affectu patriæ sic moueri debent, vt lōge ab ea fieri egrè ferant. Siquidem omne solum, forti patria est, vt piscibus æquor & volucri vacuo qui patet orbe locus: Immò cùm sese in ducis exercitus ob sequium māciparit, non aliud dicet quàm quod Lelius Cæsar Lucani Pharsl. lib. 1. Duc age per Scythiæ populos per inhospita Syrtis Littora: per calidas lybies sitientis arenas, Iussa sequi tum posse mihi quam velle necesse

Introductio in Euangelium.

necesse est. Ita quoque Christianus omnis, maximè verò verbi diuini concionator, vt olim Ionas, limites patriæ excedere debet, nec eo ipso dolere. Nam ea de re permittit Deus nullum Prophetam acceptum esse in patria sua: vt in Christo ipso nunc probatur. Habita sunt autem hæc verba Christi in Nazareth, cùm à Sychem conuersa & docta Samaritide reuerteretur, prima Maij, quem dicunt Iudæi Sinan: anno suæ ætatis 31. Mense 4. diebus sex.

Summa.

Ingressus Iudæorum Synagogā, tradito sibi libro, cùm in caput Esaiæ 61. incidisset, & ea quæ Propheta prædixisset completa in oculis eorū testaretur, adeo vt omnes eū obstupescerent: nonnulli tamē in eum inuidia rumperētur, occurrere voluit quæstioni quam eos exerere velle videbat. Cui respondens, prædicationē aut miraculū nō carnali sed spirituali patrandū

Interpretatio & obseruatio morum.

dia, infidelitate, quæ omnia in Christum moliebantur?

Quanta audiuimus à te facta in Capharnaum.

Calliditatem ingenij Pharisaici explicat, quæ id quod sanctū & diuinū est, operationis nimirū miraculorū, noluit canibus dare, cùm ad iactantiā, aut risum, & curiositatem fieri signa expostulant. 1. Suadent quod audierint, quasi & eorū veritatem visu astuere velint. 2. Facta in Capharnaum fatentur multa, quòd ibidē omnes oblatos sibi, in synagoga docēs, curarit. Luc. 4. Videtur enim Origeni, hom. 33. in Luc. paucis moratus Christus apud Capernaitas. Necdū etiā Cēturionis seruū aut reguli filiū curarat. fac. 1. Imperant nō rogant, adeo superciliū Pharisaicū extollunt (Luc. 16. Matt. 23.) sed odibilis corā Deo est superbia. Eccl. 10. & hic. Iudices quoq; esse volunt operū Christi & censores: quasi hæ illorū examini subdātur. in patria tua: En prætextus, & fucus impiæ illorum postulationis. Quasi dicant: Patria tibi propinquior est ceteris regionibus: vt & parentes ceteris hominibus. Si vis igitur nos tibi credere vt peritissimo medico, fac ergo, ne dicas te omnes curare posse: cùm interim familiares tui, omni abs te destituantur auxilio.

Interpretat.& obseruat.morum.

D. Augustinus li.83.quæst.quæst. 79. distinguit miracula Dei, ab his quæ dæmoniorum sunt: quòd & si visibiliter similia quidem esse appareant, diuerso tamen fine & diuerso iure fiant. Nam sancti faciunt quærentes gloriam Dei: Impij quærentes gloriam suam. Et sancti quidem publica administratione iussu eius cui cuncta creatura subiecta est: impij autem quibusdam concessis in ordine suo, velut priuatis commerciis & veneficiis. Igitur dominus cũ videat istos nec gloriã Dei, si miracula faciant, quærere, nec salutem propriam, quæ pars est administrationis publicæ, signa facere denegat, vt coram Herode Luc.23. Idem postulantes fecit. Quæramus igitur in omnibus Dei laudem & nostram salutem, vt in nobis mirabilia sua operetur. Ambros. etiam in Lucam lib.4. cap. 16. Videntur verò nonnulli etiam è nostris, talem velle facere Christum & verbum eius, qualem eum censebant Pharisæi. Nam eum velut præstigiatorem, & oculos tantum pascentem proponunt quidam histriones: cùm passiones & acta Christi ludunt, quę seriò à verbi diuini præconibus audire deberent. Atqui hæc condemnantur. De consecrat. distinct.1. C. qui die solenni & 25.q.C. Si quis Ariolos.

Dixit eis Iesus: Amen dico vobis nemo Propheta acceptus est in patria sua.

Videtur sanè non tantum Nazareth

Obseruatio doctrinæ.

affectu docet: adeo vt Prophetarum exemplo & se & suos etiam à cognatis persecutiones mansuras cõfirmet.

Obseruatio doctrinæ.

Quod permittit Deus vilipendi suos in patria propria, altiore mysterio factum est. 1. Nimirum vt dulcedinem hanc qua nos ad se natale solum allicit fortitudine temperemus: Siquidem omne solum forti patria est: vt piscibus æquor, & volucri vacuo qui patet orbe locus. Ne nos igitur patria remouet, quin fideles nos domino milites exibeamus. Duc age (ô Deus) per Scithiæ populos, per inhospita Syrtis littora. Ecce enim nos cum Apostolis, reliquimus omnia, vt sequamur te. Nec enim hic ciuitatem habemus permanẽtẽ: vnde nec exules fieri à patria pro Christo timemus: vt doctè Basilius apud præfectũ Cæsareæ sub Valente respõdit (Niceph.l. 11.c.18.) Mamert ait Gregorius Nanzanzenus oratio. 26. cùm reuerteretur ex

Obseruatio doctrinæ.

ex agro: nisi tu peregrinus es & aduena timẽdum ne vera excidas patria, ad quam nostræ ciuitatis spem reponimus. 2. Optimè igitur à Monachis relicta est patria, & parentes, iuxta Christi consilium. Vnde cùm miserint manum ad aratrum, ne retro respiciant. Non enim proficient in patria, vt docet Hieron. 3. parte Epistol. tract.8. epistola 28. Nec sanctus Pior inter cognatos manere voluit. Nicephor. lib.11.c.37. immò nec apud sororem.

Interpretat.& obseruat.morum.

reth natasse nomine patriæ, sed omnem Iudæorum nationem (ait Origenes in Lucam.) Quem enim Prophetarum nõ sunt persecuti patres eorũ? (ait Stephanus act.7.) Ioseph à fratribus vẽditus regnat inter extraneos. Gen. 37.41. Moses expositus à suis Exod. 1. excipitur à filia Pharaonis. Num.12. Ridetur ille à sorore. Lapidandus à populo quæritur. Num.11. Dauid à fratribꝰ despicitur. 1. Reg. 17. Daniel ignotus inter Iudæos, apud Nabuchodonosar maximi ęstimatur, ca.2.3. & Micheas à rege suo despicitur, ab Iosaphat probatur. 3. Reg.22. Helyas ab Achab fugatur: ab exteris nationibus excipitur. Immò omnes Apostoli apud suos despecti erant. Dicebant enim omnes die Pẽtecostes. Nonne isti qui loquuntur Galilæi sunt? Qui tamen plurimi facti sunt apud Gentes.

Ex opposito Pseudoprophetæ benè in patria excepti sunt. Theodas enim & Iudas apud suos Gelilæos floruerunt, & ex his sectarios fecerunt. An non verò Arrius vna scintilla fuit in Alexandria (vt docet Hierony. in cap.5. ad Galat.) qui primum Alexandriam in Ecclesiam catholicam armauit? An non etiam primũ Manes honoratus est à Persis, licet Persa seruili genere oriũdus: adeo vt inter suos medici summi & viri pij nomine donaretur? (Cyrillus Hierosoly. Catech.6.) Et vt ad nostros veniam, vt Germani hæretici, Germaniam, & Boemi Boemiam: ita Vvaldo Lugdunensis Lugdunenses: Vvuicleph Anglus Anglos. Et nunc sacramentarii Galli Gallos corrumpunt. Adeo Pseudopropheta acceptus est in patria sua.

Obseruatio doctrinæ.

Cur verò dies Helyæ dicũtur ij in quibus fames in Is-

Interpretat.& obseruat.morum.

In veritate dico vobis.

Confirmaturus exẽplo sentẽtiam

Interpretat. & obseruat. morum.

iam dictã, prius sibi credi expostulat: etsi de re certissima, & Iudæis notissima sit locuturus. Erat mempe vtraq; & de Helya & de Helyseo historia in sacris Bibliis. Cur ergo hac assertione quod dicturus est muniat, nisi vt, eleuatis per hæc exempla Iudæorũ animis, cõfirmet (quod nunquam futurũ existimabãt) Gentes se, & Euangelium Iudæis repudiantibus illud suscepturas? Cur nõ etiam in veritate loquatur ipsemet veritas?

Multæ viduæ erant in diebus Helyæ in Israël, quando clausum est cælũ annis tribus, & mensibus sex: & cùm facta esset fames valida in omni terra. 1. Circunstantias facti adducit, etiam ad probationem quòd multæ in Israël essent viduæ: nimirum famem, qua non dubium quin multi perimerentur. Causa huius famis Idololatria fuit populo inuecta à Iesabel & Achab, vt plenius habetur. 3. Reg. 17. 18. Ob quam Helyas orauit, Iacob. 5. ne cælum pluueret & non pluit annis tribus & mensibus sex. Esay. 47. Nam sterilitatem & viduitatem vt summa mala Deus minatur. Prouer. 39. Leuit. 25. 3. reg. 8. fames immitti à Deo dicitur ob impietatem. Sic 2. Reg. 21. famẽ patitur Israël tribus annis ob violatã à Saule Gabaonitis fidẽ. Quãto magis igitur si infideles Deo fuerim°? Sit ista fames nobis exẽplo, quam

tribus

Obseruatio doctrinæ.

raël inualuit? Non quia Helyæ dies fuerunt (ait Ambr. l. 4. in Lucam) sed in quibus Helyas operat° est: Aut quia dies faciebat illis, qui in eius operibus lucẽ videbant gratiæ spiritualis, & cõuertebãtur ad dominum. Et ideo operabatur cælũ videtibus æterna & diuina mysteria: claudebatur quando fames erat, quia nulla erat cognoscendæ veritatis vbertas. Ab omnibus autẽ ferè primis patrib° examinatur hoc viduæ factum: quod in medium illud Iesus adduxit, quo beneficas in suos Gentes, reprobantibus illos Iudæis, exprimat. Origen. hom. 33. ĩ Lucã, Figuram (inquit) id futuræ rei explicabat. Quia occupante fame, nõ panis, neq; siti aquæ, sed fame audiendi sermonem Dei, venit ad viduã (Christus per suos): de qua & Propheta testatur dicens, Esay. 54. Multi filij desertæ, magis quàm eius quæ habet viru. Et cùm venisset, panẽ eius & alimẽta multiplicat. Demũ Sarep-

tanã

Obseruatio doctrinæ.

ptanã torquet ad Gentilẽ nationẽ, maximè cùm Sydon sit è cuius finibus Chananitis egressa, clamauit pro filia in typũ egressuri Gẽtilis populi ad Christũ pro suis deprecaturi. Hinc colligere est p Helyã Christũ: per famem, auiditatem verbi diuini audiendi: per viduam Sareptanam, populum Gentilem intelligendum, ad quem Christus per Apostolos suos venit, & panem verbi diuini, & oleũ diuinæ misericordiæ multiplicauit. Tres enim annos famis, vitam præsentem interpretatur: sicut tribus annis, (id est tempore vitæ huius) dominus fructum è ficulnea quæsiuit & non inuenit, Luc. 13. Viduam verò Ecclesiam significare, Esay. 54. Helyã, Christũ, qui cælum potest aperire: nec panem nec oleũ deficientẽ, perpetuitatem sacramẽtorũ & exultationis spiritualis gratiã præsagiisse docet. Adeo vt sicut Hely panẽ, & oleum Viduæ multiplicauit: ita Christus suæ

Interpretat. & obseruat. morum.

tribus annis & sex mensibus Israëlitę passi sunt. Perdurasset autẽ diutius nisi populus & Rex ad vni° Dei cultum per tauri cõflagrationẽ reducti essent. Possumus addere non fame tantum multos deperiisse, sed & continuis bellis inter domũ Israël & domum Iuda viduas multas factas esse. & ad nullam illarum missus est Helyas. Tertia est tribulatio Israëli ob infidelitatẽ immissa. Prima namq; viduitas. 2. fames. 3. est denegata viduis & pupillis consolatio. Esay. 9. Pupillorum eius & viduarum non miserebitur, quia omnis hypocrita est & nequã.

nisi in Sareptam Sydoniæ.

Prope Tyrum ciuitatem Gentilium, quò missus est Helyas siccato torrente Carith, quo vtebatur fame inualescente. 3. Reg. 17.

ad mulierem viduam.

Quæ laudatur ex multis circunstantiis de facta Prophetæ misericordia.

1 Quod intenta lignis colligendis, aquam tamen haurire non distulerit.

2. Quod licet parum farinæ haberet, non irascitur Helyæ panem petenti.

3. Fides illius commendatur, quæ in tanta necessitate credidit verbis Helyæ. 4 Ideo fecit sibi & puero, sed primum Helyæ subcinericium panem: nec (in præmium) defecit illi hydria farinę aut lechytus olei.

Interpret. & obseruat. morum.

1. Docet hoc exemplo dominus commẽdabilem viduitatem vt Ambrosius vno libro, & Hieronymus pluribus epistolis. Tertullianus libro de Monogamia, & ad vxorem. Augustinus lib. de statu viduali: & alii patres ostenderunt. Vnde Paulus eas honorandas docuit, quæ verè viduæ sunt, 1. ad Timoth. 5. quibus bonum est si sic permanserint. Eas sic honorarunt Apostoli, vt illarum ministerio diaconos instituerint. 2. Nec tãtum vidualem statum hîc laudat Christus, sed in maximis etiam necessitatibus illis primùm succurri à Deo: ideo nec nos illis deesse debere contestatur. Philo Iudæus de victimas offerẽtibus: pupillorum (inquit) viduarúmq; tutelã profitetur dominus: quia hæ maritis, illi parentibus orbati sunt: quibus humana ope destitutis, nullum præterea relinquitur auxilium. Tertullianus lib. in Marcionem: & Ambrosius lib. de Viduitate ex Psal. 145. & 131. necnon exemplo viduæ Sareptanæ, 3. Reg. 17. de qua hîc dominus, idem confirmant.

Id quoque Raab vidua erepta à ruina Iericho. Ios. 6. Iudith nimirum Holofernam obtruncans. Iudith. 14. Maria vidua soror Moysi tympanum pulsans, testari possunt. Adeo quoque primis illis patribus laus & subsidium placuit viduarum, vt illis annonam Constãtinus donarit, vt patet in Apolog. 2. sanctæ Synodi Alexandr. pro Athanas. Et apud Nicephorum lib. 10. c. 5. quarum tamen reditus Iulianus & Arriani auferre conati sunt. Porrò quemadmodum illæ Deo sunt commendabiles: ita piis se deuoueant obsequiis, 1. orationibus & ieiuniis: vt Anna Prophetissa. Luc. 2. perseuerent die ac nocte. 1. Tim. 5. vt ab omni contagione peccati in puritate cordis degant, per sanctam exercitationem (ait Basilius in cap. 1. Esaiæ) & vt orationibus suis Ecclesiam adiuuent (can. 103. conc. 4. Carthaginen.) 2. Hospitalem sectantur, & infirmis opem omnem impendant, vt obseruẽt dictũ Apostoli, 1. Tim. 5. Eligendam esse viduam quæ sanctorum pedes lauerit. Sũt enim mulieres huiusmodi obsequiis imprimis idoneæ: lectulum sternere, ac fouere ministerio. Hinc nimirum Raab à Deo laudem promeretur, & hæc vidua Sareptana.

Obseruatio doctrinæ.

Ecclesiæ sacramẽta, & exultationis gratiam in perpetuũ stabilierit. Eandem interpretationem sequitur Augustinus serm. 2. in dominicam 3. post festum sanctæ Trinitatis.

Et multi leprosi erant in Israël.

Non

Interpretatio & obseruatio morum.

Non dubium sanè cùm nec eximerentur à naturæ defectibus Israelitæ, adeo vt lepram non incurrerent: immò verò prẽter eos, etiam à Deo vindice pœnas lepræ subire possent: vt Mariæ sorori Moysi, Num. 12. & Osiæ Regi contigit. Quod minus Gentibus quàm Iudæis accidebat, ideo seuerior in filios quàm in extraneos.

Obseruatio doctrinæ.

Tertullianus l. 4. in Marcionem docet Naamam curatum à lepra, postquam lauit septies in Iordane, præsignasse nationes Gentium emundãdas in Lauachro Christi à septem maculis capitalium delictorũ. Idololatria, blasphemia, homicidio, adulterio, stupro, falso testimonio, fraude. Gregorius Nissenus lib. de sancto baptismate, hãc lotionem & curationem apertè præmonstrasse quod futurum erat dicit. Ex omnibus enim (inquit) solus Iordanis, cùm in se recepisset sanctificationis & benedictionis primitias, tanquam ex quodam fonte suæ figuræ, in totum mundum donum baptismatis, quasi per riuum & aquæ ductum transfudit. Optatus verò Mileuitanus lib. 5. in Donatistas ex

Interpret. & obseru. morum.

sub Helyseo Propheta.

Helyseum subdit Heliæ vt discipulum, sed tamen qui non minoris virtutis quàm Helyas fuerit: vt qui Helyæ duplicem spiritum accepe-rit 4. Reg. 2. eius pallio simul & miraculorum, Prophetiæq; gratia donatus sit. Adeo eos velut quoddam diuinum par ex omnibus Prophetis eligit, vt qui in monte Carmeli discipulos habuerint 4. reg. 2. & lib. de institut. monach. Ioannis Hierosolymitani & eidem vitæ instituto addicti fuerint. Sic vt Helyseus non minus quàm Helyas Christi figuram prætulerit. Vt docet Augustinus sermone 2. dominicæ 5. post Trinitatem. Multi sanè inter nos sunt leprosi corde, multi peccatores: adsunt & ministri Ecclesiæ permulti qui nõ minus quàm Helyseus lepram hanc expurgare valeãt. Nimirum quibus remittendorum peccatorum potestas tradita est. Sed sicut nec agricolatio per se sufficit ad cõuehendos fructus, nisi cælum & is qui cælũ gubernat opituletur, (ait Origenes in Matth cap. 13.) sic neque virtutũ operationes absque fide illorum qui sanãtur, perfectum opus præstat ad sanitatem cõferen-

Interpret. & obseruat. morum.

dam nec potestas sacerdotum sufficit, nisi & presbyteris (vt cum Tertulliano loquar lib. de pœnit.) adnoluamur.

& nemo eorum mũdatus est, nisi solus Naaman Syrus.

Cur istud? An non poterat nõ minus Israelitas Helyseus sanare, q̃ Syrum hunc? Cur nõ hos quatuor saltem curabat, qui in castra Syrorum irruperunt? At verò non dormientibus diuina beneficia, sed obseruantibus deferuntur. Et (inquit Ambrosius in Lucã) voluntatis est medicina, non Gentis: diuinúmque munus votis eligitur, non naturæ iure defertur. Quis autẽ fuerit hic Naaman Syrus copiose refertur 4. Reg. 5. Venit ille cum literis Regis Syrię ad regem Israel: stetit ad ostiũ Helysei: rogauit virũ Dei: morem gessit sermoni eius: lauit septies in Iordane, & caro eius redijt ad formam carnis pueri. Vnde Deum Israel confessus est.

Et repleti sunt omnes in Synagoga, ira, hæc audientes.

Intellexerũt quò hæc Christi verba tenderent, & quò hæc duo exempla: nimirum vt eos priuandos gratia, beneficiis & curationibus Messiæ ostenderet, eáque omnia extraneis impendẽda doceret. Sed qui his verbis ad viuum tangi, conteri & pœnitere debebant, inuidia rumpuntur, & ira Christum adoriuntur. Ceterum habet vim Synagogæ locus,

Obseruatio doctrinæ.

eo quòd non prius in aquis Syriæ Naaman lauit, nec denuo iussu Helysei curatus, lauisse, colligit in Parmenianũ vnum tatum esse baptisma: nec licere baptisatos denuo baptisare. Omnes in summa conueniunt quotquot locum hunc interpretati sunt, asserúntque Christum vocationem Gentium ad baptismũ etiã hoc exemplo prætexisse: quod Naaman Syrus leprosus, populũ Gentilem suis infectum vitiis: Helyseus, Christum: aqua Iordanis, aquam fontis baptismatis: caro pueri, candorem innocentiæ puerilis, de quo 1. Cor. 14. d. Malitia pueri estote, significet. Vnde sicut Naaman ad Helyseum, ita populus Gentilis ad Christum venturus esset: & sicut hic ad ostium Helysei priusquam lauaretur, sic ille ad introitum tantum staret Ecclesiæ, priusquã baptisaretur. Et sicut credens sermoni lauit septies, sic credens baptisaretur in virtute septenarij spiritus, vt septem capi-

Obseruatio doctrinæ.

capitalia peccata abluerentur. Adeo vt sicut huius facta est caro vt pueri, sic illius fieret anima vt innocentis, Ambr. l. 4. in Lucã c. 16.

Interpretat. & obseruat. morum.

cus, vt qui factus sit locus & sedes impietatis, qui debuerat esse azilum iudicij & veritatis. Idem accidit impiis quod hîc Iudæis. Non enim tãtum comminationes & verba Dei ministrorúmque Ecclesiæ ridẽt, sed & ĩ eos cũ dirissima rabie se eleuãt.

Et surrexerũt & eiecerũt extra ciuitatẽ. Et duxerũt eum in superciliũ mõtis, super quẽ ciuitas eorũ erat ædificata.

Indignum enim censebant quenquam morte dignum in ciuitate multari. Vnde extra castra lapidabant, vt & extra castra maledictis onustus hircus emittebatur. In figuram sanè eijciendi extra portã Christi, vt crucifigeretur. Atqui quod corpore gerũt, etiam se & mente acturos contestantur. Nam sicut eiecerunt corpore secum habitantem Christum, ita Euangelium & Apostolos eius post ascensionem à se longe repulerunt.

Ipse autem transiens per medium illorum ibat.

Aut iis sic excæcatis, vt eum non aduerterẽt: sicut & Sodomitis, & exercitui Synæ sub Helyseo contigit. 4. reg. 6. Dotes enim habuit corporis gloriosi quãdo voluit: quorum vnum est corporis subtilitas. Aut sic eorum virtute sopita vt ne hiscere quidem possent. Sic & cùm in horto prostrati sunt, hi qui eum quærebant. Certissima hinc nobis ansa est, eum inimicos suos habiturum sca bellum pedum suorum. Nec interim putandum cum Montano eum fantasticum corpus habuisse: nec enim immutatus est, sed mutata est quodammodo vis aspectus eorũ & corporis, qui eum comprehendere nitebantur.

ORATIO.

DOmine Iesu Christe lãguentis humanę naturæ medice pientissime, qui nec fauore, nec patriæ terreno affectu, nec humana gloria percitos ægrotos curasti, & velut olim Helyas & Helyseus etiam exteros, qui ad te simplici corde recurrerunt à labe interna & externa emundasti, cõterraneos verò quod in te liuore excandescerẽt, téque etiam è ruppe præcipitem dare vellent reliquisti: ne quęso hãc nobis ceu cõterraneis tuis ingratitudinis notam inuri permittas, sed omnino tibi deuotos ab interna lepra purifica, vt tandem æterna gloria donari possimus. Amen.

FERIA TERTIA POST TERTIAM DOMINICAM QVADRAGESIMÆ.

Euangelium habetur Matth.18.

Respiciens Iesus in discipulos,&c.

Interpret.& obseruat.morum.

HÆc prēludia non inserit Matthæus suo Euangelio:Sancta tamē hæc Ecclesia præmittit, quod Lucas ante hæc verba Christum discipulos vt sibi attenderēt monuerit: quod vtique nō dixit nisi in eos respiciens.Tum vt intelligatur quibus ligandi atque soluendi data sit potestas, de qua in subsequentibus acturi sumus.

dixit Symoni Petro.

Idem & ceteris, sed maximè Petro:quia 1. & princeps Apostolorū erat. 2. & Corypheus. Eorum qui Magistratus obeunt, est omne officium, tam priuatum, quàm publicum nosse. 1. Cyrillus Hierosolym. catech.1). 2. Dionysius Areopagita lib.de diuinis nominibus,cap.3.

Si peccauerit in te frater tuus.

1. Iniuria illata,aut 1. famæ per detractionem.
2. animæ per scandalum.
3. corpori per vim & læsionem.
4. fortunis, rapinam aut demolitionem.
2. scandalo quod emanat, aut à 1. verbo, 1. insolente,
2. lasciuo. 3. infidelitatem prodente.

2. opere,

Introduct.in Euang.

SI quod corporis membrum vlcere laborat, refocillationibus, frictionibus, et ceteris primùm lenibus, demùm acrioribus illud pristinæ sanitati restituere nitimur. Vbi verò nec leuiora nec acriora proficiunt,membrum ense recidendum est, ne pars sincera trahatur. Eadem quoque regula ad fratris errantis correctionē properandum est.Primùm enim vt leuioribus remediis inter te & ipsum solum aut duobus tribúsve testibus adhibitis,illum ad salutis portum reuocare contende. Vbi verò leuiora hæc nihil proficiunt, seueriora aggredere,Dic Ecclesiæ. Sic hoc illi remedium vanum est, vt abscissum et mortuum membrum desere: sitq; tibi velut Ethnicus & Publica-

Introduct.in Euang.

Publicanus. Hæc hodierno Euangelio docet Christus,habuitque verba hæc anno suæ prædicationis secundo: suæ verò ætatis trigesimo secundo,mense secundo,die decima quarta cùm ascenderet discipulis comitantibus ad diē festum Scenopegiæ: qui decima quinta Septembris celebrabatur. Prius enim Capernaum adiit: vbi statuto in medio plebis paruulo,cùm humilitatē docuisset,& mutuam omniū sollicitudinem: hæc verba addidit de correptione fraterna:die(vt coniicitur) septima mensis Augusti.

Summa.

Tria hac exhortatione cōcludit: 1. quæ debeat esse fraterna correctio. 2. Quæ sit Ecclesiastica iurisdictio. 3. Quæ beneuola iniuriarum remissio

Obseruatio doctrinæ.

Clemens Alexandrinus lib.2. stromatum, fratris nomine non tātum qui ab vno parente sunt intelligi docet,

Interpret.& obseruat.morum.

2. opere 1. Statum indecente,
2. rebelli. 3. infideli.
3. omissione eorum quæ vir pius exequi debet.

Triplex est correctio. 1. Aut enim iustitiē maiestati innititur:hæc rursus duplex. Aut enim politica est: & huic non verbis tantum, sed facto in corpus sæuire nō conceditur tantum,sed & præcipitur,Exod.22. maleficos non pati viuere. 2. Parap.19. Proinde videte iudices quid faciatis. 1. Pet.Principes enim missi sunt ad vindictam malefactorum, Rom.13. nec sine causa Magistratus gladium portat. Altera Ecclesiastica,quæ in animas sæuire potest.2. Est rursus correctio instructoria publica, quæ Pontifices & verbi Dei ministros, immò reges & magistratus politicos spectat.Ecclesiæ siquidem pēdagogo dicitur,Esa.58.Clama ne cesses,Ezech.33. Dedi te speculatorem domui Israel. Si nō annunciaueris impio impietatē suam, &c. 2. Tessal.5. Peccantes coram omnibus argue. Et 2. Timoth. Argue,obsecra,increpa. Hæc animas obstringere potest. 3. Est & fraterna ceu priuata correctio. Hæc primùm sacerdotes spectat,vt in notos deriuetur errantes,gratia. Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbā barbam Aaron. Quod descendit in oram vestimenti eius. 2. Parentibus hęc quoque iniungitur, filij tibi sunt,erudi illos. Nam & calamitas teterrima in domum Hely

Interpretat.& obseru.morum.

incidit.1.reg.3. Et schisma inter Adoniam & Salomonem quod patres correctione in filios non animaduerterẽt.3. Vnicuique demum Deus mandauit de proximo quòd & nos omnes fratres simus. Hæc depromi possunt ex Augustino, vt refertur 23. q.4.can. Duo ista ex eodem, epistola ad Bonifacium, Ambrosius lib.1. de officiis, Origen.lib.9.in caput 13 ad Rom. Correctionem Ecclesiasticam confirmat Augustinus trac.61. in Ioannem Chrysost. lib. 2. de sacerdotio c. 4. Et idem lib. 3.c.5. d. Fraternam correctionem examinãt quæ sacerdotes deceat, etiam priuatè, Tripart.histor.c.25. Tertull.lib. de pœnitentia, quæ parentes Augustinus in epistola ad Iulianum comitem, idem & Psalm.54. Necessitatem fraternæ correctionis D. Basilius lib. quæst. breuiorum q. 47. tantã esse admonet, vt Ionæ, Acham & Hely exẽplis nos in peccatis proximorum periclitari demonstret. Chrysost.homil.24. ad populum etiam cùm vitæ dispendio, & vulneris accipiendi periculo rixantes simul, simúlque pugnãtes disiungendos: quod vulnus si quod in nos eo facto inciderit, martyrij titulũ præ se ferat. Episcopis quoque idem quod hîc Petro & discipulis à domino præcipitur. His enim maxime ex munere incumbit etiam Reges & Imperatores arguere. Sic Helyas Achab 3.reg.18. Ioannes Herodem. Mar. 6. Maris Episcopus Iulianum

Apostatam.

Obseruatio doctrinæ.

sed & omnes fideles. Quanto enim dignius (ait Tertull. in Apolog.aduersus Gentes cap. 39.) fratres & dicuntur & habentur, qui vnum patrem Deum agnouerunt: qui vnũ spiritum sanctitatis biberunt, &c. Hinc fratrum nomine Christianos insinuat lib.de corona militis. Quòd si quis obstrepat inimicitias fraternitatis huius vinculum dissoluere, Gregorius Nyssenus in enarratione vitæ Moseos è contrà stabit. Nonnulli enim fratres (inquit) sunt, qui quasi alieni ac inimici nobis aduersantur. Sed neque lex Christiana inimicitias approbat aut fouet. Fratres igitur non caro, non diuitiæ, nõ magistratus, sed vna simplex fidei professio facit. Vnde & Reges & sacerdotes semota gradus ratione, fratres nostri sunt: iíque errantes saltem priuatim corripiendi.

An hæretici fratres sint; & num à nobis corripi debeant.

Hæresis

Obseruatio doctrinæ.

Hæresis ab opinione dicitur, vt docet Tertullianus libro de præfa. in hæreticos: quod suæ opinioni pertinaciter quis innitatur. Iam vbi pertinacia est, nec aue dicendum, vt Ioannes ait: nec cum eo habitandum est. Vbi verò spes quædam est, affectu charitatis, & frater noster habendus est, & ita nuncupandus. Sic enim Optatus lib.1.in Donatistas, Parmenianum fratrem: immò & eius sectatores fratres vocat. Eodem nomine August. Pelagianos donat serm.14. de verbis Apostoli: qui & sermo. vndecimo de verbis domini pro eis orare censet. Eos autẽ corripiendos docet Paulus 2. Timoth.2. Vt correptio suo fiat ordine, tria supponenda sunt in ratione peccati.

Peccatum esse, vel commissum, aut certum. Vnde Christus si peccauerit.

vel priuatum. in te frater tuus.

Nec enim leuia iudicia ap-

Interpretat.& obseru.morum.

Apostatam. Isaacius monachus Valẽtem Arrianum, Ambrosius Theodosium, in cuius facto se tacere non posse asseuerat. Chrysostomus Eudoxiam Imperatricem. D. Martinus Maximum Imperatorem: & iniuriosus Clotharium regem audacter increparunt. Hæ leguntur apud Nicephorũ hist. Eccl. lib.10. c.20. Eundẽ lib.11.cap.50. Eusebius Cæsarien. histor.Ecclesiast.lib. Et Ambros. epist. 28. Georgium Alexandrinum in vitam Chrysostom. Seuerum Sulpitium lib. 1. de vita S. Martini. & Gregorium Turonensem lib.4. histor francorum. Alioquin Episcopi canes impudici vocantur 83. q. cap. Nemo & grauiter offendunt; vt legitur 11.q.3.c. Si is qui. & 23.q.5.can. Qui vitiis.

Vade, recede ab omni vindictæ affectu: ne corripias quia te læsit, aut quod ei notam scãdali inurere nitare. Vade: exue te his affectibus. 12.quæst.2.can.fraternitas.

Corripe eum. Correctio fit factis, correptio verbis. Quasi ergo dicat, Nolo ego vt tu percutias, sed admoneas & corripias: non vt inimicum qui non corripitur, sed persequitur & fugatur, & affligitur, sed vt fratrem cui medearis. 86. distinction.cap.odio. Et 23.quæst.4.can. Ita planè.

inter te & ipsum solum.

Hæc prima tibi sit correptionis regula: non statim prodendus, ne

Interpret.& obseru.morum.

si semel pudorem & verecundiam amiserit, ī peccato permaneat. Hieronymus in Matt. Sic enim Nathan Dauid 2.reg.12. Christus Samaritidem, Ioan.5. & Abia vxorem Ieroboam.3.reg. seorsum increparunt. Sic quoque Ioseph occultè dimittere vxorem volebat, Matt.2. Alioquin non es correptor, sed proditor fraterni criminis, August.homil.de pœnitent. & 2.q.1.c. Si peccauerit. & 2.q.7.c. Accusator. Atqui nec traditorem Iudam Christus etiam resilientem prodidit, Ioan.13.

Cùm asperitas nimiæ increpationis, nec correctionem recipiat nec sautem, vt habetur 45. distinct.can. Cùm beatus: & cap.disciplina: omnia vero suo ordine fieri debeant, vt docet Apostolus 1. Cor.14. Christus tres correptionis gradus assignat. Primus est inter te & illum, fratrem corripere: secundus adhibitis duobus aut tribus testib⁹: tertius coram Ecclesia. Vides enim vt leuiora primum remedia, demũ addantur morbis purgãdis acriora. Leuior sit prima correptio: postrema sit. velut cauterium. Publicam enim correctionẽ admonitio præcedat: vt docet Tertull.libr.de pœnitent. & c.2.q.7.c. accusator. Ceterum calumniis agendum non est: hoc enim ancilla vna ex molendino facere potest: & aliquis ex Rabbulis forẽsibus, cuius lingua ad omne cõuicium exacuta est, ait d. Basilius lib.epistola. epist.75. ad Neocæsarenses

Obseruatio doctrinæ.

probanda sunt: nec procaciter delatoribus credẽdum est. 2.Cor.2. Deus enim verax: omnis autem homo mendax, Prouerb.24. Ne quæras ergo impietatem in domo iusti, & non vastes requiem eius: sed prius expecta donec tibi certo innotuerit illũ peccasse, ne forsan delatori credens, illi imponere videare, & dilectionem offendere. Demum quod priuatũ esse necesse est, hoc vtique quia publicum publica eget commonitione. Quod si publicũ quidem sit, sed tibi soli manifestum, statim illum prodere non debes, ne neget: tu verò in talionis pœnam detrudare: sed occulte his quorum interest, vt magistratibus & prælatis significandum est, vt vigilent: sibique cauentes sensim, & q.nihil scientes, aut conuincere & deprehendere nitantur. Sic Genes.37. Ioseph. accusauit fratres apud patrẽ de crimine peßimo. In ratione quoque personæ conuictæ videndum primò num incorri-

Obseruatio doctrinæ.

incorrigibilis sit. Nam vt qui oleum in ignem mittit, hunc viuaciorem reddit: sic & qui obstinatum corrigit. Concitabit enim rixas et iurgia: aut teipsum forsan occidet, Prouerb.18. Stultus nõ recipit verba prudentiæ, Prouerb.6. Noli arguere derisorem, ne fortè oderit te. Demum habenda est ratio temporis, quo melius habeat, & admonitionem audiat: ne tu furentem sed pacatum: ne feruẽte sanguine rabientem, sed frigido quietum admoneas. Sic 1.reg. 25. Abigail virum suum Nabal ebriosum non arguit, sed distulit in diem crastinum. Obserua in Neochristianos quantis Deus homines sua liberalitate dignetur priuilegiis. Nam & amicos vocat, Ioan.14. Deos.

Fratres, Marc.16. Immò & saluatores eos Christus nuncupat, vt qui lucrentur animas. Sic Iac.5. Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit ani-

Interpret.& obseruat.morum.

renses. 2. Sed & primum opus est cauere ne trabs in oculo nostro sit, cùm fratrem de festuca arguimus, Luc.6. Ne nobis dicatur (Luc.4.) medice cura teipsum. Sic enim Episcopo præcipitur prius seipsum, quàm alios corrigere 3.q.7.c. Si modo. & cap. duobus can.2.25.distinct.c. Primum & 81.distinct.cap. Nemo.

Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum.

Hæc tibi merces erit, quam sibi summam Christus æstimauit, pro qua & incarnatus & crucifixus est. Nónne vides quanto nautæ studio delatos in naufragium eruunt? ait Chrysostom. hom.24.ad populum. Erue tu animã fratris pro qua Christus mortuus est, Rom.14. Prouerb. 28. Qui corripit hominem, postea gratiam inuenit. Vnde Paulus. Omnia sustineo propter electos, vt & ipsi salutem consequãtur. 2.Tim.3. Et omnibus (ait) omnia factus sum, vt omnes lucrifacerem. 1.Cor.9.

Quanto igitur dignos supplicio censebimus qui è contra falsis imposturis fratres perdere nituntur, quos lucrari deberent? Quidã enim (ait Basil.epist.8. ad Eustatium) vt lupus olim agno crimina objicere fingitur, ne citra causam eum à quo nulla prius in re læsus fuerat, occidere videretur, adeo vt quanuis agnus omnem calumniam dissolueret, lupus tamen dentibus vinceret: & imponunt & obiectãt multa fra-

tribus, sed vt aut perdant, aut spoliant, aut vindictã accipiant. Quod peccatum vindicem Deum è terra accersit. Obseruã subinde non parum esse in hominẽ peccare, cùm eo facto anima perditionem incurrat.

Si autem te non audierit, adhibe tecum vnum vel duos testes, vt in ore duorũ vel trium testium stet omne verbum.

Hic secũdus est correptionis gradus: vbi primus minus proficere videbitur. Vides vt refugienti ægroto medici etiam pharmaca porrigant? Nitere & tu etiam reluctantem lucrari fratrẽ. Sic recalcitrantem Paulum Christus ad se colligit. Chrysostomus. Ceterum duo aut tres adhibeantur, vel corrigẽdi studio: vt sc. vel admonitione aut pudore corrigatur: vel cõueniẽdi sub testibus, inquit Hieronymus, vt si dixerit hoc nõ esse peccatum, quod egit, tibi testimoniũ reddãt. Glossa. facit enim ad reddendum & stabiliendum testimonium lex à Christo allata quę scribitur. Testes sanè deligendi sunt, vel parẽtes vel amici: ne si tu inimicos aut suspectos, aut ignotos euocares, & eis scandalum ingereres, & in eũ, quẽ arguis odiũ: ipse quoque te vt inimicũ iudicet.

Quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ.

Tertius hic & vltimus est gradus correptionis fraternæ de quo Paulus

Obseruat. doctrinæ.

mam eius à morte: & operit multitudinẽ peccatorũ suorũ. Admittãt igitur Hagiomachi vel inuiti, hac in parte distinctionem. Vnum dicunt esse mediatorem: & tamen Moses medius vocatur et sequester, Deut. 5. Vnum bonum & sanctum: vnum Deum, dominum & regem: Et tamen multi & domini & boni & sancti & reges. Vnum quoque saluatorem: & tamen Moses, Iosue, permultiq; alij saluatores. Quomodo ergo plures, cùm vnus tantum sit? Plures quidem substrati, dependentes, subalterni: vnus summus. Christus lucratur animas, lucrãtur & eas homines & saluant, si ad salutis portum reducãt. Sed lucratur Christus redemptione: lucrantur alij commonitione. Lucratur ille efficiens in eis salutem & eos purgans: lucrãtur illi ad Christum adducentes.

In Lutherum militãt hæc Christi verba, dic Ecclesiæ. Nam si nõ esset Ecclesia visibilis

sibilis, vt vult Lutherus: quomodo & eam alloqui, & audire possemus? Quomodo à prælatis regeretur, vt docuit Paulus Act. 20. En filius Dei visibilis factus est, vt Ecclesiam sibi desponsaret, & non erit Ecclesia eius sponsa visibilis? Caput visibile est: cur non & membra? Sensibile factum est Dei verbum, prædicatum, & aure acceptum: sensibilia sacramenta & visibilia, visibiles omnes Ecclesiæ ministri, Apostoli, pastores, doctores, Euangelistæ: & non erit Ecclesia visibilis?

De excommunicatione.

Excommunicatio duplex est: vna maior, altera minor. Minorem autem dicimus eam quam sibi peccator infligit per peccatum: adeo vt licet adhuc vnitus sit Ecclesiæ, & mystico Christi corpori coniunctus, sese habeat vt membrũ aridum: Priuatur autem communione nõ extrinseca, nec suffragiis Ecclesiæ, sed intrinseca.

lus agit 1. Timoth. 5. Peccantes, inquiens, coram omnibus argue. Per Ecclesiã autem prælatos intellige, vt Basilius c. 30. constit. monast. interpretatur, Euthim quoque Theophilact. & Druthmarus. Basilius c. 39. Constitut. Apostolica testatur olim peccatores corã omnibus argui solitos. Sosomenus quoque lib. 6. histor. Eccles. cap. 25. & Niceph. Callistus lib. 11. c. 12. idem referunt, etiam & ante Nectarij tempora publicam fuisse in Ecclesiis Orientalibus confessionem, quæ demũ presbytero seruanti secretum fieri demandata sit, anno 38. iuxta formam Occidentalium Ecclesiarum: vt colligitur ex historia tripartita lib. 9. cap. 36. Proinde Tertull. in Apologetico aduersus Gentes cap. 39. inter ea quæ in Ecclesiis Christianorum fiunt, exhortationes, castigationes, & censuras diuinas, & excommunicationes recenset. Incumbit igitur prælatis ex munere vultum pecoris sui agnoscere, vt dicitur, Prouerb. 27. d. & Act. 20. Paul' eos monet attẽdere sibi & vniuerso gregi.

Obsecra, argue, increpa: oportune, importune: modò cum lenitate, modò cum seueritate. Sic Flamianus palam traduxit hæresim Massalianorum, maxima etiam industria Adephium decrepitum coram omni Ecclesia allocutus. Nicephorus libr. 11. histor. Ecclesiast. cap. 14.

Interpret.& obseru.morum.

Si Ecclesiã nõ audierit, sit tibi velut Ethnicus & Publicanus.

Ipso enim facto excommunicatus est, recisus ab Ecclesia, in qua sola est salutis via. Qui vos audit, me audit, inquit Christus, Luc. 10. Qui spernit prælatum, non hominem spernit sed Deum. 1. Tessal. 4. Hunc ergo notate, & non comminisceamini cũ illo 2. ad Tessal. 3. Sic olim quidem nolens obedire sacerdotis imperio, morte moriebatur, Deut. 18. Ethnicos autem qui & Gentiles simúlque Publicanos in exemplum adducit: quòd eos pertinacissime Iudæi abijcerent, & fugerent. Quod & omnibus modis consortium eius qui Ecclesiam contemnit, fugere debeamus. 1. Cor. 5. ad Titum 3. 2. Ioan. 1.

Amen dico vobis, quodcunque ligaueritis super terram, erit ligatũ & in cælis. Et quodcũque solueritis super terram, erit solutum & in cælis.

Potestatem iurisdictionis prælatorum Ecclesiasticorum confirmat, quo non abs re doceat fugiendum eum qui Episcopos & pastores Ecclesiæ contempserit. Hęc autem eorum potestas his duobus maximè innititur: remittendis scilicet & retinendis peccatis, demum congregandis conciliis. Vtrúmque hoc in contextu demonstrat. Quid enim apertius dici possit vt remittendorum & retinendorum peccatorum autho-

Obseruat. doctrinæ.

Triplex est enim communicatio.

1. *Extrinseca, qua simul orare & diuinis licet interesse officiis.* 2. *Qua charitate vniuntur membra Christi capiti Christo, per fidem formatam, & eius membris reliquis.* 3. *Suffragia Ecclesiæ & charitas sanctorum.*

At verò maiorem incurrit excommunicationem, qui sententia lata ab Ecclesia tãquam membrum aridum rescinditur, omnique capitis nostri Christi influxu, membrorúmque sympatia priuatur: ita vt iam diabolo tradatur. Hanc promulgãt Ecclesiæ prælati, quibus ligandi & soluendi autoritas tradita est. Si Paulus 1. Timoth. 1. dicit se Hymeneum & Alexandrum tradidisse Sathanæ: vt discerent nõ blasphemare. Et 1. Cor. 15. huius celebritatem sentẽtiæ pandit dicens: Ego quidem absens corpore, præsens autẽ spiritu, iudicaui, vt præsens eũ qui sic operatus est, in nomine domini

Obseruat. doctrinæ.

mini nostri Iesu Christi congregatis vobis tradere huiusmodi Sathanæ, in interitum carnis. Hoc enim (ait Augustinus, in Deuter. c. 37.) nunc agit in Ecclesia excommunicatio, quod in veteri testamento interfectio. Tunc ait Cyprianus l. 1. Epist. epistol. 11. gladio occidebantur, quando adhuc & circuncisio carnalis manebat. Nunc autem quia circuncisio spiritualis ad fideles Dei seruos esse cœpit, spirituali gaudio superbi & contumaces merentur, dum ab Ecclesia eijciuntur: Neque enim viuere foris possunt, cùm domus Dei vna sit, & nemini salus esse, nisi in Ecclesia poßit.

Interpret.& obseru.morum.

authoritatem creditam Apostolis demonstraret? Ceterum nota metaphoram in verbis ligare & soluere sumptam ab his qui reos vinciunt aut soluunt, vt expendit Chrysost. c. 5. l. 3. de sacerdotio. Vnde sicut reges soluere corpora & vincire, sic sacerdotes animas ligare & soluere possunt. Habent autem vim dictiones relatiuæ, super terram, & in cælis: ne tu quos visibiles & mortales ministros cernis, non cælestem & spiritualem authoritatem consideres. Christus præmisit monitiones, velut facti informationes: quod leuiter excommunicari non debeat aliquis. Sic nec rex sine testibus, & rei ipsius examine aliquem morti addicit: aut chirurgus inconsultè brachium abscindit. Hinc est quod 11. q. 3. can. Nemo. hęc verba habentur. Nemo Episcoporum aliquem priuet communione Ecclesiastica, nisi vnde canonica docet authoritas. Idem sonat canon. Nullus sacerdotum. Extra de solutionibus cap. Odoardus dicitur ille qui non habet vnde creditori satisfaciat, absoluendus. Examinet ergo Episcopus & factum & personas, cæterásque conditiones. Nam vt docet Augustinus 11. q. 3. c. Illud planè dixerim, non teneat, quod si quisquam fidelium fuerit anathematisatus iniustè, potius ei oberit qui facit, quàm qui hanc patitur iniuriam.

Iterum dico vobis quia si duo ex vobis consenserint super terram de omni re, quam petierint, fiet illis à Patre meo qui est in cælis.

Alteram iurisdictionis partem quæ ad ineunda concilia se habet, examinat & confirmat. Fiunt autem hæc, ait Athanasius lib. de Synodis Arimini & Selonciæ, non vt fidei alia confessio inno-

Interpretatio & obseruatio morum.

uetur, sed vt hæreses damnatæ & reprobi mores reformẽtur: necnon si quod difficile & ambiguum fuerit, dissoluatur. Quæ quoniam humanas vires exuperant, admonet Christus præmittendas conciliis ad Patrem cælestem orationes: & seipsum etiam affuturum pollicetur dicens. Vbi enim duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, in medio illorum sum.

Porrò iactabunt omnes hæretici se in nomine domini congregatos: proinde in medio illorum Christum esse. Sed congregantur tantum hi in nomine domini, qui vnius veræ Ecclesiæ fide colligantur. Qui enim dixerint, hic aut illic est Christus, mentientur, Matth. 24. cùm in vna sit Ecclesia per gratiam. Quæ enim pars fideli cum infideli? Christo ad Belial? 2. Cor. 6. Quæ pars templo Dei cum idolis? Porrò omnes hæreses idola sunt, vt docet Vincentius Lirinensis in Hæreseum nouationes. Arbitrantur siccarij nostri Caluinistæ Christum sibi affuturum, qui nobis ignem charitatis commẽdauit, quem illi sulphureo igne & mortifero suffocant. Quoties enim concilia ineunt, nulla thesis melior præfigitur, quàm quomodo vrbes occupandæ, templa dispolienda, seditiones excitandæ, igne, veneno, & ferro primates perimendi, ciues etiam incauti è laribus suis domesticis eijciendi, omnia dilapidanda. En hi status illorũ conciliis. Quis verò adeo blasphemabit, vt Christum cum Sathanicis hisce ministris adesse arbitretur? Quis puros nostros latices, & impolluta concilia relinquet, vt turbidas & dissipatas impurissimorum hæreticorum cisternas & conciliabula sectetur? Habent enim illi suas speluncas, quas Consistoria vocant, superscriptis hoc tenore verbis: Ne quis huc ingrediatur nisi discendi gratia: Vtique vt omnem ingressus ediscat impietatem: & velut Basilici aspectu, aut aspidis morsu, aut pestis contagione percussus, omni spiritualis sanctitatis vbertate priuetur. Congregari ergo in nomine dñi, multa amplectitur, quæ non reperias in hæreticis. Congregari enim, est fide primùm colligatos conuenire. In nomine autem domini, intentionem piam & humilem, quæ Christi Iesu honori & gloriæ innitatur, serium quoque negotium designat. Potest & hæc promissio ad vnumquemque nostrum pertinere, vt d. Athanasius q. 60. ad Antiochum principem, interpretatur. Hoc enim idem erit ac si Christus dicat: De quacunque re conuenerint animæ cum corpore, de pio nimirum & serio negotio, ibi Deus erit in medio

Interpretatio & obseruatio morum.

dio eorum, sicut cum Helia in monte, & in fouea cum Daniele egit, ipsorum adimplens petitiones.

Tunc accedens ad eum Petrus dixit: Domine, quoties peccabit in me frater meus & dimittam ei? An vsque septies?

Ad praxim præceptum domini reducturus, prius hoc scisciatur, quod sciat sæpissime non in alterutrũ peccare. Porrò quemadmodum Dei bonitas infinita est, ita & hominis finita, vt ex his verbis Petri liquet. Nam septies dimittere fratri magnum arbitratur. Christus verò vt suum esse misereri doceret, non vsque septies ait, sed vsque septuagies septies. Hoc est, vt dicitur, Luc. 16. quoties pœnitentiam egerit, remitte illi. Numerus enim definitus est, pro indefinito. Qui in id pluradicere volet, legat Chrysostomi homiliam 76. ad populum Anthiochenũ, etiam in Nouatum, hæc directè militare obseruabit.

ORATIO.

DOmine Iesu Christe qui & facto & verbis toties in proximos charitatem commendasti, virtutem hanc quæso nostris insere pectoribus, vt ea ducti, omni vindicta abdicata, fratribus condonare, errantes ad salutis iter reducere, & vni Ecclesiæ adhærere valeamus. Da quoque vt reprobis & obstinatis hominibus sic fugiamus, vt & illi erubescant & verecundia ducti ad Ecclesiam reuertantur.

FERIA QVARTA POST TERTIAM DOMINICAM QVADRAGESIMÆ.

Euangelium habetur Matth. 15.

Tunc accesserunt ad Iesum ab Hierosolymis Scribæ & Pharisæi, &c.

Introduct. in Euang.

QVi viret in foliis venit à radicibus humor. Ita omne peccatum quod exterius pro-

Interpretat. & obseruat. morum.

TRia breuibus Euangelista complectitur: tempus, eos qui accesserint, & vnde accesserint. 1. Tunc, scilicet venerunt (vt Chry

Interpret.& obseru.morum.

Introduct.in Euang.

sostomus obseruat) quando plurima signa operatus est, quando infirmos solo fimbriæ tactu curabat: vt obduratam Scribarum indicet nequitiam. 2. Qui autem quæstionem Christo mouēt, Scribę & Pharisæi sunt, Genesareis indoctis credentibus: vt notat Rabanus, quod Deus mysteria sua sapientibus absconderit, & paruulis reuelarit, Matth. 11. 3. Accesserunt autem ab Hierosolymis: à loco sancto: omnibus tamen aliis peiores: vt interim perniciosa eorum ambitio & hypocrisis obseruetur, ait Remigius.

Videtis igitur, vt scientia sine charitate inflat. 1. Cor. 12. En Scribæ & Pharisæi legis sunt doctores: credentibus tamen idiotis, ipsi soli indurescunt. Nō enim cognouit mundus per sapientiam Deum, 1. Cor. 1. Infirma mūdi & stulta elegit Deus, vt confundat sapientes. Obserua quoque tria hæc peccatum aggrauare. Primò, si, qui peccat, aliter faciendū nouerit. Seruus enim sciens voluntatem domini & non faciens, vapulabit plagis multis. Hoc igitur peius est Scribarum in Christum delictum. 2. Si peccatum patretur luce gratiæ irradiente & reluctante: vt cùm Iudæi Christo etiam miracula facienti restiterunt. 3. Si, qui peccat, obsequiis & ministeriis sacris aut publicis deputatus sit: vt quo olim Hierosolymis præerant Pharisæi, & super Moseos cathedram sedebāt: tanto grauius offenderunt,

ditur, prius causam interiorem habet in corde & voluntate. Alioquin quod voluntarium non est, peccatum non est. Proinde cùm simplicitate quadā, non malitia, Apostoli manus non lauissent, eos hac de re non arguendos Christus testatur.

In Genesareth hoc Christi colloquium habitum est, cum pauisset 5000. hominum in solitudine, & remigantes discipulos consolatus fuisset. Genesarei quoque eum sibi regem constituere vellent: anno ipsius ætatis 32. Mense 3. die 22. quæ fuit Aprilis quintadecima.

Summa.

Duo exequitur hoc in Euangelio. 1. Occasione sumpta à reprehensione Pharisæorum, eorum traditiones impias arguit, & hypocrisim detegit: quæ penitus eradicanda pollicetur.

2. Exemplo à cibo ducto externa non polluere docet, nisi ab interius causam immundiciei hauriant.

Obser-

Obseruatio doctrinæ.

Interpretat.& obseruat.morum.

Lotio alia ciuilis, alia mystica, alia sacramentalis, & alia superstitiosa. 1. Ciuilis, qualis Susannæ (Daniel. 13.) et Bersabeæ se in fonte abluētium. Hæc olim etiam Christianis trita fuit, cùm Tertull. lib. de corona militis inter cetera lauacra numeret. & Ireneus referat D. Ioannem Euangelistam Ephesi lauisse. 2. Mystica lotio est qualis filiorum Israël quibus Deus præcipit lauare vestimenta sua. Exod. 19. & pedes manúsque sacrificia oblaturos eluere, & Apostolorū in cœna. 3. Sacramentalis, qualis baptismi, qua mundamur ab omnibus inquinamentis nostris. 4. Superstitiosa, qualis Gentilium qui lotam paruo reuocant alcinone Cybellem. Et vt Persius ait Satyra. 1. Tyberino in flumine mergunt, Mane caput, bis térque & noctem flumine purgant. Talis est Turcarum, necnō istorum Pharisæorum. Nisi enim crebro lauēt manus, non manducant (Marc.

derunt, Christum non agnoscentes: qui lux esse mundi debuerant.

dicentes: Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum?

Hæ quæ fuerint Marcus cap. 7. explicat: Iudæi scilicet omnes, nisi crebro lauent manus non manducant. Hoc autem hauserunt ex scripturæ cōtextu, sed malè intellecto. Quòd enim Esa. 1. dicitur: Lauamini, mundi estote: Isti solam spectantes literam, corporis lotionem intelligebant: cùm tamen satis Propheta in subsequētibus explicet, se de interna lotione locutum. Addit enim: Auferte malum cogitationū vestrarum. At vt sepulchra dealbata erant, ita externam tantum probabant munditiem: cùm interim, vt inquit Hieronymus, manus id est opera, non corporis sed animæ lauandę sint, vt fiat in illis verbū Dei. Hęc Hieronymus, Beda, Remigius, Thomas, Druthmarus.

Nō enim lauant manus cùm panem manducent.

1. Forsan enim Apostoli manus pro trito & consueto more lauerāt, sed nō superstitioso, quo Pharisæi, vt ait Remigius. 2. Vel nihil eos nō lauisse obstat, cùm iam superflua despicerent: ea solum quæ necessaria sunt attendentes, ait Chrysostomus. Qui enim ipsum etiam cibum contemnebant, quomodo huic su-

Interpretat.& obseruat.moum.r

mendo studium impēdissent. Quædam sunt quæ prima sui fronte honestatem quandam præ se ferunt: quæ si ad Deum referas adiaphora dicuntur. Et si interim aut in dextrā aut in sinistram reflectas, aut pietatis aut ambitionis, aut cuiusuis erroris notam incurrant. Sic honesto esse habitu probat in mulieribus Paulus 1.ad Timoth. 2. cap. Dissolutum tamen intortis crinibus & auro improbat. Idem quoq; Esayas cap.3. Regi parere, eúmque honorificare docet Petrus, 1.Pet.2.c. Cùm interim limitem figat, scilicet propter Deum: vt ne dum hominem vereris, Dei timorem abijciendum putes. Tum enim exclamare licebit. Si Deo magis quàm hominibus parendū. Tale etiam est manus abluere: Hoc vtique honestum & commendabile est: sed cùm nec cetera ad salutem necessaria omittuntur: nec sic illis arrogas, vt cateris magis necessariis deroges, mundiciei scilicet interiori.

Obseruatio doctrinæ.

7. & Luc.11.) cùm interim scateant dolo & rapina. Matth.23.

De traditionibus.

Tarditionum eadem est ratio quæ & scripturarum, & legum, & interpretationum. Nam vt scripturæ, leges & interpretationes nonnullæ dissonæ sunt pietati & fidei: immò honesto: sicut lex de exponendis publice in cistris adulteris, quàm Theodosius Romæ euertit: vt Nicepho.lib.10.hist. Ecclesiast. testatur: consuetudo Heliopolitarum de constuprandis & prostituēdis virginib⁹, quam Constantius ille magnus euul sit, vt idem Niceph.habet.

Ipse autem respondens ait illis: Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram?

Hoc ipso enim traditio abijcienda est, si Dei verbum offendat. Interim tamen traditionem hanc non vituperat Christus, sed Pharisæorum in ea superstionem: qui dum ignorant Dei iustitiā, suam quærunt statuere. Rom.10.

Nam Deus dixit: Honora patrem tuum & matrem tuam. (Exod.20.)

Reuerendo eos. Sic Christus matrem & Ioseph. Luc. 2. Obediendo illis in domino. Ephes.6. Sic Isaac. Genes. 22. Eis subueniendo in vicem. 1. Timoth. 5. Sic Ioseph. Gen.39. Dauid: cùm patrem

Interpretat.& obseruat.morum.

trem Regi Moab commendauit. 1.Reg.27. Sic Christus in cruce matris sollicitus. Ioan.19.

Et qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Leuitic.20. Hoc scilicet Deut.20. exprimitur, vt rebellem filiū parentes lapidandum à populo proferant. Oculum enim qui subsannat patrem effodiēt corui. Prouerb.30. Quoniam parentibus inobedientes digni sunt morte. Rom.1.

Obseruatio doctrinæ.

Scripturæ & interpretationes ab hæreticis excussæ, fidei & religioni repugnant, cùm interim quæ catholicæ sunt, nos ad fœlicitatem erigant. Ita traditiones quædā impie sunt, vt hæ quas auaritia & hypocrisis Pharisæorū inuexit: Aliæ sanctæ & piæ quas si sustuleris, religionem etiam ipsam euelles, de quibus Tertull. libro de corona militis. S. Basilius lib. de Spiritusancto cap. 27. Epiphanius in Ærium. Ireneus. l.3. in hærese. cap.1.3. & 4. Vt & quas Paulus obseruare docuit, confirmās Ecclesias per Syriam & Ciliciā. Act. 15. quas idem tenere & in quibus stare admonet. 2. Tessalonisen. 2. d. & à quibus Proclus fidei vnitatem

Interpret.& obseruat.morum.

Vos autem dicitis: Munus quodcumq; est ex me tibi proderit, & non honorificabit patrem suum aut matrem suam.

Hoc est, vt habet Glossa, quòd ego offero Deo & mihi & tibi proderit? & ideo tu qui pater meus es, non debes sumere res meas in tuos vsus, sed pati vt Deo ea offerā. Hoc scilicet fieri posse docuerant Pharisæi, vt si quis ea quæ parentibus offerenda sunt, Deo voluerit soluere, qui verus est pater, & in templum inferre: oblatio domini præponatur parentum muneribus (ait Hieronymus) id vtique non quod pietatis, sed sui lucri studiosi essent.

Et irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram.

Siquidem vt habetur Prouerb. 18. Qui subtrahit aliquid à patre suo & à matre, & non dicit hoc esse peccatum, particeps homicidæ est. Sed neq; dona iniquorum probat dominus.

Interpret.& obserrum.morum.

Multa igitur olim templo inferebantur. Quædam scilicet iure diuino, vt decimæ, de quibus Exod. 33. & Malach. 3. Quædam sponte tantum, & voluntaria pietate: quæ sane cum ea discretione offerenda sunt, vt interim parẽtes & famelicos alamus. Osæe 6. Misericordiam volo (ait dominus) 1.Reg.15. Vult quippè vt obediatur voci eius, vt in Saule docuit. Et qui offert de substantia pauperum, quasi qui victimat filiũ in conspectu patris. Eccl.34. Immò necessitate vrgente parentes & pauperes bonis omnibus Ecclesiæ alẽdi sunt: sicut Dauid propositionum panibus pastus est, 1. Reg.21. quod Christus approbat Marc.2.

Obseruatio doctrinæ.

Hypocritæ benè prophetauit de vobis Esayas (cap.2.) Populus hic labiis me honorat: cor autem eorũ longe est à me.

Vbi ratione clauum clauo retudit, idem agit authoritate, vt cõuincẽdos magis Pharisęos, quàm Apostolos doceat. Præuidit enim Esayas simulationes Iudæorũ (ait Rabanus) qui dum se Dei cultores esse iactarent, filium inhonorarunt: dũ decalogum in frontibus gestarent, eundem peruerterunt: dum Christũ magistrum dicerent, eius tamen disciplinam non admiserunt.

Non omnis qui dixerit, domine, domine, intrabit in regnum cælorũ (ait Christus Matth. 6.) Sic Harmonius hæreticus canticis & modula-

depromit, Epi. ad Armenos. Quas qui abiecit, etiam & religionem pessundat. Proinde Ireneus lib.4. in Valentinianos cap. 27. hunc locum examinans: arguit (ait) Christus non legem Mosis, nõ traditiones simpliciter, sed Scribas & Pharisæos, quia Dei legem fraudabant. Traditiones enim obseruandæ sunt, vt amplè docet Cyrillus Hierosolymitanus Catech. 5. Ridiculum quoque esset & abominabile, vt traditiones quas antiquitus à patribus accepimus infringi patiamur: vt habetur distinct. 12. Ridiculum. Sed & hæreticis est peruium eas euertere, vt docet D. Basilius epistola 61. ad Episcopos Occidentales. Hæreticis enim præualentibus, contempta sunt patrum dogmata (inquit.) Apostolicæ traditiones annihilatæ sunt: nouorum hominum inuentæ in Ecclesiis regnant. Neque tamen nos qui catholici sumus, transgrediamur terminos quos posuerunt patres nostri:

Obseruatio doctrinæ.

stri: siue hi scripto, siue traditione constent. Quid verò est hoc dictum? (ait D. Thomas Aquinas in Matth.) Ieiunare est doctrina hominum, & canones sunt traditiones hominum. Nunquid qui hæc docent sine causa colunt Deum? Intelligendum est in præiudicium mandatorum Dei. Iob. 32. Deum homini non æquabo. Sed & hominum doctrina ea proprie est quam Deus homini non inspirauit: si enim secus sit, num homo de ea dicet sicut & Christus, mea doctrina nõ est mea? Spiritu enim sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines. Non quidem vt homines: non enim vos estis qui loquimini, ait Christus, Matt.10. sed Deus exortans per eos. In sarcophagos, quid sibi velint hæc: Non quod intrat in os, & alia quædam. Quòd hîc multum immorentur Sarcophagi hæretici, & ex hac domini sententia, triumphum sibi promittunt, pauca quæ-

Interpretat.& obseruat.morum.

dulaminibus suos allexit (ait Nicephor. lib.9. cap.16.) Et Apollinaris sectatores suos, vt idem refert lib. 11. Sic & Beszianì: cùm interim cor eorum à Deo longe fuerit.

sine causa colunt me, docentes doctrinas, & mandata hominum.

Hoc etiã ex Esaya præconio est: cui interpretando vis facienda in dictione hominum. Scilicet exprimit Propheta doctrinam ab hominibus inuentam, hominúmque vt hominum mandata, quæ nimirum à Deo inspirata non fuerint, sed à concupiscentia dictata, frustra ad Dei cultum assumi.

Et conuocatis ad se turbis dixit: Audite & intelligite.

1. Pharisæis ablegatis turbã accersit vt impleat quòd dixit cap. 11. Abscondisti hæc à sapientibus, & reuelasti paruulis. 2. Et vt indicet Publicanos & meretrices eos præcessuros in regno Dei. Matth. 23. Cæterum non tantum audite, ait, sed & intelligite: quod verbum Dei non in sono sit quod aure percipitur, aut in litera aut cortice, sed in sensu quòd intellectu concipitur. Item id ait, quasi dicat, istos quidẽ auscultastis Hypocritas: nũc æquũ est vos & audire & intelligere quæ dico.

Non quod intrat in os hoc coinquinat hominem.

Interpretat. & obseruat. morum.

Hoc est (ait Euthimius) non sordes manuum illotarum, quæ vna cũ escis in os ingrediuntur, cõtaminãt aut conspurcant hominem, quia nec tangunt animam: solum námq; peccatum fœdum est, quod animæ nocet.

sed quod procedit de ore, hoc coinquinat hominem.

Impurus nimirum sermo qui cor pro fonte habet, coinquinat hominem, cùm non sine peccato sit. Vnde Pharisæos occultè perstringit, vt quorum sermones, murmura, & cauilli ab inuidia & hypocrisi emanarent: cùm tamen quòd lotæ manus essent, se de munditia iactarent. Theophilactus.

Tunc accedẽtes discipuli eius, dixerunt ei: Scis quia Pharisæi audito hoc verbo scandalisati sunt?

1. Adhuc carnales sunt discipuli, vt qui magnatum grauitate terreãtur: Vnde & Christum mitiorem esse postulent. 2. At neque Christus scandali alicuius causa est, at Pharisæorum malitia: cùm Christus peccatum non fecerit, nec inuẽtus fuerit dolus in ore eius. Esay. 53.

Caue verò catholice lector, ne te Christi verbum offendat: ne ex eo rationem scandali educas. Beatus enim qui non fuerit scandalisatus in eo. Beatus qui docilem præbet aurem, nec quid Dei verbo im-

possibi-

Obseruatio doctrinæ.

dam ad eam explicandam patrum decreta adferam. Porrò omnes ad hoc nituntur vt probent cibos quidem natura sua non esse immundos, nec conscientiam polluere: vsum verò animam inquinare, si prohibitus sit. Non q. non creatura Dei bona sit, sed quia vsus creaturæ malus esse potest. Quis enim dubitat ebrium peccare? Non tamen id contingit quasi vinum non bona sit Dei creatura: vt mentiebantur Seueriani & Aquariani: sed quòd bono malè ebrio vtitur. Sic abuti potest quis vxore, escis, potestate, liberis, amicis, fructibus, seruis, & ceteris quibuscunque: abuti anima, & corpore, ratione, ingenio, fortunis: & si tamen hæc secundum se bona sint. Verùm vsus aliquando bonus aliquando malus est. Cibos igitur omnes Catholici patres bonos esse censent natura nec tamen eorum vsum semper licitum esse docent. Si enim ex eo quod cibus non

inqui-

Obseruatio doctrinæ.

inquinat hominem, eius vsus quouis tempore, quauis lege & consuetudine posita licitus est, etiam absque vllo peccato: cur Adam pomum comedendo mortem incurrit? Cur suilla carne Iudæi non vixerunt? Quare etiam Idolotytis non vescimur, quæ tamen Act. 15. prohibentur? Sed sciendum (ait Hierony.) omnem quidem cibum & Dei creaturam per se mundam esse, sed idolorum & dæmonum inuocatione immundam fieri: necnon rebellione in præceptum, aut scandalo. Proinde Paulus. 1. Cor. 9. Si esca (inquit) scãdalisat fratrẽ meum, carnem non manducabo in æternũ. Mala enim, vt & in cibis videre est, vsu vitioso mala sunt, non natura (ait Iustinus martyr quæst. 46. ad orthodo. Et Augustinus libro 31. contra Faustum capite secundo simul & Iunilius interrog. 12. in Genesim.) Cibus igitur

Interpretat. & obseruat. morum.

possibile credit: siue de Eucharistia, ceterísque sacramentis quæratur.

At ille respondens ait, Omnis plantatio quam non plantauerit Pater meus, eradicabitur.

Id est omnis doctrina aut traditio quæ Deo inspirante instituta non est, decidet. Metaphora igitur vtitur à plantis, & hortulano seu agricola, adeò perito, vt quod absque eius consilio plantatum est, firmas agere radices nequeat. Pater enim agricola est. Io. 15. & nos omniáque nostra, palmites, seu plantationes.

Ne tu hic cum Aquarianis & Seuerianis de quibus Epiphanius lib. 1. tom. 3. in hæreses, hæres. 45. plantationem quandam sic à Deo non esse arbitrere, vt quædam creatura à malo sit. Seueriani scilicet & Manichæi hoc sibi argumentum prætexerunt. Sed nõ naturam aut creationem alicuius intellige per plantationem: cùm omnis creatura Deũ factorem habeat: verum quæ à voluntatis institutione pendent, vt decreta, traditiones & similia.

Sinite illos, Cæci sunt, & duces cæcorum.

Interpret.& obseruat.morum.

Id est ne eorum vos scandalum remoretur, aut murmur offendat: immò nec eos timeatis aut vereamini: Cæci enim sunt, & ego lux mundi. Ioan. 7.

Obseruatio doctrinæ.

ex sua natura non inquinat hominem, sed vsus illius vitiosus. Hinc comessationes, ebrietates, & cetera huiusmodi peccata sunt: nec mensæ domini, & mensæ dæmoniorum participes effici nos posse dicit Paulus. 1. Cor. 10. Sed & quis Sarcophagus in nos obstrepet, munda omnia mũdis licere: vnde & mundos cibos nobis permitti. Vtique sanè si mũdi sint penes vsum. Mundus autem erit vsus, si non obfuerit præceptum, aut traditio, aut quoduis scandalum. Mundus denique erit is qui cibo vtitur, quem conscientia non remordet, qui in morem Ecclesiæ & cum scãdalo proximi non manducat: vnde nec illi ciborum alioquin natura mundorum licentia prohibetur. Et hac quidem ratione Christiani domandi corporis causa, inquit Augustinus lib. 30. in Faustum, & à vino & carnibus abstinent. Cyrillus Hierosolymitanus catech. 4. non quòd (ait) hæc tanquam abominationes oderint, sed vt sensibiles despicientes, spirituali deinceps & intellectuali mensa fruantur. Absit enim vt de eorum simus numero quos prædixit Apostolus abstinentiam ciborum prohibituros, quasi quid natura immundum sit, vt ibidem Cyrillus interpretatur. Hoc enim Entratitas, Marcionistas: omnémque illorum officinam spectat: vt docte in eundem locum Chrysosto. homil. in 1. ad Timot. commentatur: simul Patricianos & Manichæos eludit, ait Ambrosius, qui eo vsque impietatis deuenerunt, vt panem comesturi execrarentur, ait Cyrillus Catech. 6. Sed neque abstinentiam à vino, esu carnium, aut aliis huiusmodi similiter vt omnes hæretici, amplectitur Ecclesia, vt Theodoritus lib. diuin. decret. cap. de abstinentia catholicè sanxit. Immò verò vt dum carnem abstinentia maceramus, mens in Deum sit elatior. Alioquin reprobatur ab Ecclesia qui vt Manichæus à cibis abstinet: quemadmodum elicitur ex distinct. 30. cap. Si quis præsbyter. Quomodo non

Pauli

Obseruatio doctrinæ.

Pauli doctrina eradicabitur, si quod non plantat Pater eradicatur: cùm idem dicat 1. Cor. 4. Ego plantaui, Apollo rigauit? Dicimus vtique Paulum plantasse, sed negamus proinde Patrem non plantasse. Plantauit enim Deus vt principalis & supremus: Paulus vt minister. Quomodo sinere Pharisæos debuerant Apostoli? Nunquid non est curandum de scandalo? Soluit D. Thomas Aquinas, dupliciter contrahi scandalum: vel ex certa malitia: vel ex infirmitate. Quòd si ex infirmitate enascitur, curandum est: vt is qui scandalisatur instruatur: at sic non scandalisabantur Pharisæi, sed certa malitia. Vnde Christus cæcos eos dicit. Et de his curam gerere, laterem lauare est. Proinde hæreticum deuita, ait Paulus ad Timot. 3. Ne tu idem dicas quod Angeli Hieremiæ, cap. 51. Curauimus Babylonem & non est curata. Et sic Christus monet sinere Pharisæos.

Obseruatio doctrinæ.

D. Hieronymus lib. 2. in Iouinianum cap. 4. delectum ciborum & ieiunium ita approbat, vt qui illud abiecerint, à ratione aut præcepti, aut traditionis, aut consecutionis condemnentur. Hæc quippè exempla adfert. 1. Gene. 3. Adamum quandiu hoc obseruauit non esse prænaricatum. 2. Quòd non nisi post diluuium comedendarũ carnium licentia data sit. Gene. 6. 3. Et tum de immũdis animalibus vesci prohibitum. 4. Quòd Esau pro lẽ-

Interpretat.& obseruat.morum.

Si autem cæcus cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt.

Quasi dicat. Vt quid illos vobis in regulam præfigitis? An non intelligitis quòd via illorũ tenebræ & lubricum? Qui autem me sequitur in luce ambulat.

Hîc admonentur omnes qui se nota aliqua aut crimine conspurcatos censent, ne alios ad lumen fidei aut morum in quo cæcutiunt, hortentur.

Respondens autem Petrus dixit, Edissere nobis parabolam istam.

Petrus enim obseruantiis legalibus assuetus erat, quæ nonnulla quę in os intrant immunda censebant:

Interpretat. & obseruat. morum.

inde Christum non aperte legalia abrogare, sed parabolicωs putat: vt doctè commentatur Chrysost.

Siquidem vt olim Perseus saxificæ caput exitiale medusæ gerens, homines in saxa stupẽtes reddidit: ita Dei verbum rudes discipulos obstupefacit: adeo vt hæc illis omnia in parabolis dicta arbitrentur.

At ille dixit, Adhuc & vos sine intellectu estis:

Vt non attendatis hæc ad retundendam Pharisæorum hypocrisim dicta, non ad interdicendam à cibis abstinentiam, & lotionis commendationem quæ ad hoc tendit vt vitia abdicentur.

Non intelligitis quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in secessum emittitur?

Hoc à maiori parte intelligit, vt doctè Gultmundus lib. 1. contra Berengariũde veritate corporis Christi in Eucharistia docet. Nam vt Samonas in disputatione sua cum Archmed Sarraceno inquit, per guttur cibus & potus in ventriculũ demittũtur tanquã in ollam aliquã: & qd̃ crassum est deorsum abit: quod autẽ tenue in chylum mutatum innatat, quod singulis membris commutatur: Ossibus in os, carni in carnem, medullæ in medullam.

Nec enim Christus Phisices ignarus fuit, vt ex hoc loco quidam in-

Obseruatio doctrinæ.

te primogenita vendiderit. 5. Exod. 16. Israël pro carnibus murmurarit. 6. Idola satur erexerit Deutorono. 32. 7. Ieiunus in Amalech dimicarit, Exod. 17. 8. Item sub Iosue in quinque reges Iosue 10. 9. Idem à Saule celebratum sit. 1. Regum 24. Helya. 3. Reg. 19. Samuele. 1. Regum 7. Niniuitis, Ionæ. 2. Achab. 2. Reg. 12. Samsone. Iudic. 10. Samuele & sacerdotibus: filiis Ionadab parentibus præcepto patris. Ierem. 35. Et quod satur Propheta peremptus est. 3. Reg. 13. Habes & ferme eadem apud Tertullianum libro de ieiunio contra Psichicos. Et Basili. homil. 1. & 2. de ieiunio, & Athanas. de virginitate: qui & adhuc addunt Danielem à carne & vino abstinuisse. Daniel. 10. Ionatham in cibo præuaricatum. 1. Regum. Annam Prophetissam à ieiuniis commendatam Lucæ 2. Ioannem Baptistam vinum & siceram

Obseruatio doctrinæ.

ram non bibisse Marc. 1. Immò & olim sacra facturos Gentiles vino & carnibus pepercisse, vt docet Alexander ab Alexandro Genial. dierum libro 4. cap. 17. Quod etiam mandatum fuisse à Deo antiquis sacerdotibus scilicet vt abstemij essent probat Philo Iudæus libro 2. de Monarchia, & obseruatum à primis Christianis docet libro de vita supplicum. Hinc Sierophagiorum seu siccorum esus Christianis olim commendatissimus, vt Tertullianus libro de Ieiunio & Nicephorus historia Ecclesiast. libro 10. cap. 12. Hinc Paulus Roman. 14. Bonum est inquit carnem non manducare & vinum non bibere. Hinc Blaudina martyr Lugduni inter tormẽta exclamauit, multum errare Gentiles qui Christianis infanticidiũ improperaret qui ne mortuo-

Interpretat. & obseruat. morum.

telligere voluerunt, ait Hieronymus. Nam certum est & carnem in carnem demutari, & partem quandam vaporis per poros emitti sed ibi totum pro parte sumitur, Vt aliquando per Synecdochen pars pro toto, vt soluit D. Thomas in Matthæum.

Quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt.

Sed & multa ex ore procedunt quæ è corde non emanant: vt sputa, vomitiones & similia. Hoc dictum igitur intellige de his quæ voluntatis sunt indicia.

Sed & Augustinus libro 15. de trinitate & Thomas in Matth. duplex os obseruant, vnum mentis alterum corporis: adeo vt quæ è mentis ore procedunt, inquinent.

Et ea coinquinant hominem,

Id est animam: Possunt enim hominem inquinare cibi per os sumpti, si per hominem corpus intelligas. Nã & venenis inquinatur homo, & vomitu perfusus ex ore egresso fœdatur.

De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ. Hæ sunt quæ coinquinant hominem.

Interpretat. & obseruat. morum.

Sicut enim aqua transit per fistulam, ait D. Macharius homil. 15. ita peccatum per cor & cogitationes.

Obseruatio doctrinæ.

rum quidem animalium carnibus vterentur, ait Nicephorus lib. 4. cap. 17.

Non lotis autem manibus manducare, hoc non coinquinat hominem.

Scilicet vbi nihil hoc facto à corde procedit, quod condemnationem mereatur. Nimirum si quis Eucharistiam sumpturus, aut cibum, contemptu aut cibi aut Eucharistiæ manus nō lauat, hoc ipso peccat, quòd à corde emanat. Sic qui cibum sumit contemptu præcepti aut consuetudinis hoc ipso reprobatur & inquinatur: cùm circunstantiæ adiaphoras actiones circunscribant: vt in ieiunio docet Basilius lib. de virginitate.

ORATIO.

DOmine Iesu Christe cui Pharisaica hypocrisis, & traditio legi diuinæ aduersa displicet, cui cordis immundicies maximè ingrata est: auerte quæsumus ab omni fictione & impietate corda nostra, sanctis nos adstringe traditionibus, da vt ieiunio & abstinentia mortificati nec eradicemur, nec euellamur, sed velut nouellæ patris plantationes, ab hoc seculo in æternam illam gloriam transplantemur. Amen.

FERIA QVINTA POST 3. DOMINICAM quadragesimæ.

Euangelium scribitur Luc. 4. & Marc. 1.

Surgens Iesus de Synagoga introiuit in domum Symonis.

Interpretat. & obseruat. morum.

Surgens Iesus de Synagoga.

1 SYnagoga congregationem, vt & Ecclesia conuocationem. Hoc nomine non cœtus hominum

Introduct. in Euang.

Sol quidē iste mūdum perlustrans omnibus æquè se communicat: non magis

Introduct. in Euang.

magis regi quàm comiti, aut seruo aut sutori, & aëra hūc æque omnes hauriunt. Christus quoque sol iusticiæ & publice & priuatè curat, non viros tantum sed & mulieres, nimirum socrum Petri, vt refertur in hodierno Euāgelio, quo doceret se in omnes beneficum esse. Contigerunt hæc anno ætatis Christi. 31. prædicationis eius primo, vt notat Ammonius in harmonia, Mense quarto Maij die sexta: cùm è Nazareth in Capharnaum venisset. Tum enim synagogam ingressus dæmoniacum curauit, & surgens, domum Petri adiit, vbi socrum illius curauit. Intentio eius est palam facere se à Deo missum, & operibus testari se Messyam & saluatorem esse.

Summa.

Sex verò Euangelium complectitur. 1. Vt publice in Synagoga curato dæmoniaco sese vltro ad curationem socrus Petri eius domum adeūdo obtulerit. 2. Vt pro ea

Interpretat. & obseruat. morum.

num tantum, sed & locus quo verbum Dei audituri conueniebant, insinuabatur. Beda in Lucam. 2. Surgere dicitur ab Euāgelistis, cùm præsentaneum auxilium præstaturus est vt Matth. 8. surgens imperauit ventis. Et Ioan. 13. Surgit à cœna Sic Psal. 44. Exurge domine adiuua nos. Qui enim opem fert, exurgere dicitur. 3. Quod Synagogam reliquit corpore, etiam & miseratione se eam relicturum docuit: vt quæ indurasceret. Sic. 2. Paralip. 24. Dereliquistis dominum, vt derelinqueret vos. Hiere. 12. Reliqui domum meam.

introiuit in domum Symonis.

Domus hæc militantis Ecclesiæ Petro credita typum gessit. 1. Ecclesia quippè domus dicitur à Paulo.

2. Symon autem illi prælatus est, vt patet Matth. 16. & Ioan. 20. Chrysosto hom. 55. in Matth. c. 16. Hieronymus in Iouinia. Cyprian. lib. 4. Episto. 9. ad Florentium & Pupianum, Clemens epistola. 1. ad Iacobum fratrem domini.

3. Mysterium verò habet Simonis significatio. Simon enim obedientem designat: Epithetum vtique fideli proprium immò & omni Ecclesiæ, vt Christum caput suum æmuletur: qui Patri factus est obediens vsque ad mortem Philippen. 2. vt sequamur vestigia eius. 1. Petri 2. Econtra Iudæi semper rebelles, vt testatur Christus Matth. 23.

Interpret.& obseruat. morum.

& Stephanus Act.7.

1. Obseruabis ex Euangelico contextu Christum primo dæmoniacum curasse in Synagoga, deinum in domum Petri, quæ Gentium designat Ecclesiam, socrum eius sanasse: vt & Iudæis & Gentibus se venisse saluatorem testaretur.

2. Quòdque & publicè & priuatim tandem apud Petrum curat omnem retundere calumniam. Publice nimirum eijcit dæmonem, vt hinc omnes credant in eum. Priuatim, vt nec vanam gloriam sectari, nec sua ad ostentationem facere videatur.

3. Demum vt doceat parochum omnésque magistratus Ecclesiasticos non publicis tantum personis, sed & priuatis, immò & infimæ cõditionis hominibus curam adhibere. Proinde detestanda erit curionum auaritia, qui etiam sepulturã pauperibus negent, nisi numerata eis assignetur pecunia. Quòd decretum vetat 13. quæst. 2. can. Questa. Ex Gregorio epistola ad Ianuarium: & ex Hieronymo in Genes. cap. 23. Postquam precio. C. in Ecclesiastico, & can. percipiendum. Sed neque Iudices, aut Chirurgi, personarum acceptione, leges suæ disciplinæ infringant.

Socrus autem Petri tenebatur magnis febribus.

Obseruatio doctrinæ.

Apostoli deprecati sunt. 3. Eam imperio curarit. 4. Vt illa beneficiũ obsequio agnouerit. 5. Vt noctu Christus omnes ægros sanarit, & dæmonis silentium imposuerit 6. Et die facta in desertum locum abierit.

Hic igitur maximè obseruandum est, quòd Petrus coniugem habuisse dicitur, de quo occurrit dissoluenda quæstio: Liceat ne hinc sacerdotibus vxorem habere? Respondemus nihil ex Petri coniugio sequi in sacerdotes: cùm ille antequam ad Apostolatum vocaretur nupsisset: nõ autem postquam vocatus est. Vnde cùm vocatio illius sacerdotium eiusdẽ præcesserit, sequitur eum nupsisse non sacerdotem, sed omnino laicum. Et quidem olim etiam coniugati ad sacerdotia, ob paucitatem assumebantur: nunquam autem sacerdotes nuptui traditi sunt. Immò consilium dabatur vt quibus ante nupserant, sacerdotes

Obseruatio doctrinæ.

dotes facti, sibi interdicerent: Vt patet in concilio Niceno apud Soc. lib. 1. histor. Eccles. cap. 11. & Nicephor. libro 8. cap. 19. quòd etiam in posterum coniugatos ad sacerdotia eligi prohibuit. Hinc est quod Artemius quidã Treuerensis apud Auernos à sancto Nepotiano à febribus curatus, vxorem reliquit vt clericus fieret, ait Gregorius Turonensis libro 1. historiar. Franc. numero 46. Interim tamen iubetur 31. distinct. can. Omnino præsbyter aut Episcopus prouidere vxori quam ante sacerdotium acceperat: Nec prætexenda est circunductio vxorum, cuius Paulus meminit 1. cap. 9. a. cùm ea non de coitu & amplexu, sed vitæ lucro intelligantur. Quia deinceps inter Petrum & vxorem eius non fuit carnale coniugium, vt ibidem docet Leo 9. contra epistolam Nicetæ Abbatis. Quod & ab antiquis

Interpretat.& obseruat. morum.

1. Socrus vxoris aut mariti mater est. Magister historiæ Ecclesiasticæ dicit hanc Petro filiam vnicam nuptui tradidisse: eíque domum, omniáque sua contulisse.

2. Venit ergo Christus in domũ Petri, quasi labore prædicationis peracto cibum sumpturus, sed verè quidem hanc curaturus.

3. Porrò febrim norunt omnes frigore & calore innaturali sequẽte maxime hominem torquere. Calor enim hic extraneus in corde inflammatus per venas, arterias, spiritum & sanguinem procedit in totum corpus, adeo vt operationes omnes impediat.

4. Typum igitur socrus Petri gerit totius Gentilismi, ceu Gentilitatis, è qua ceu filia à matre secũdum carnem Ecclesia Christi Petro desponsata collecta est.

5. Porrò febris peccata indicat, quibus ea laborauit, adeo vt Christo libere deseruire non potuerit. qui enim febricitant, eo vsq; vecordes redduntur, vt nec quod illis vtile sit & cõmodum quærere queant, quemadmodũ in ipsa videre licet.

Quòd verò Petrus socrum suam domi ægram retinet, & illius sollicitus est, docet generos idem suis facere: & tanta in vxorem dilectione efferuescere, vt eos qui coniugis parentes sunt, velut suos & honoret & excipiat.

Universidad de Deusto Biblioteca

Interpret.& obseruat.morum.

Et rogauerunt illum pro ea.

1. Sat est rogare eum qui nullum precium expetit, sed sacrificium sibi vult fieri spiritus contribulati.

2. Et quidem oratione sua maximum precium offerunt Apostoli: quum ea se totos Christo addicãt.

3. Nouerant Christum plures sanasse, ideo rogant vt eius benè de se meritæ misereatur.

Et stans super eam imperauit febri, & dimisit illam.

1. Sta super ægram, qui etiam si non stetisset, febri imperare poterat: sed ceremoniis quibusdam vtitur, vt ad spiritalia animum efferat. Sic & olim Helyseus (4. Regum 4.) Incubuit super filium Sunamitidis, vt eum vitæ restitueret. Stare enim hîc Galli vertunt (se pancher) metaphora sumpta à gallina, quæ vt oua sua calefaciat & viuificet, alis ea obumbrat.

2. Quo febri imperat docet se non tantum rerum creatarum, sed & morborum pœnarúmque quæ homini accidunt, dominum esse, omniáque suo verbo cedere.

3. Mystice verò Christus fusis ab electis precibus suo verbo cùm à concionantibus Apostolis, tum ab his sacramenta administrantibus effuso, morbum infidelitatis & peccati abegit: sicque Gentilismum integro nitori restituit.

Quod

Obseruatio doctrinæ.

sacerdotibus obseruatum recenset Gregorius Turonensis lib. 1. histor. Francor. cap. 44. Et id quidem decretum Exuperij Tholosani Episcopi confirmat, vt refertur. 31. distin. cap. Eos. Hæc quippè illius verba sunt: Eos ad sacrificia admitti fas sit, sed qui vel cum vxore non exerceant opus carnale. Quanto igitur minus licebit sacerdotibus matrimonia contrahere, cùm eo contracto si ad sacerdotiũ promoueãtur, cõsulatur vxorum amplexus abdicare?

Proinde Canon. 27. Apostol. permittit tantum cantoribus & lectoribus sponsas assumere. Æquum enim est vt qui vxores habent, abstineant propter orationem. 1. Corin. 7. quanto magis ob sacrificium? En quanta vis sit patrocinij sanctorum. Nam si viuentes in carne potuerunt orare pro ceteris, ait Hieronymus epistola 2. ad Riparium, quando pro se debent esse solliciti: quãtomagis

post

Obseruatio doctrinæ.

post coronas, victorias & triumphos? Et hoc vtique Chrysost. homil. vlt. in epistolã ad Rom. argumentum est, quod magna nobis à sanctis, Romæ maximè à diuis Petro et Paulo etiam nunc promanet vtilitas. Si enim Paulus (inquit) cùm hîc esset, vsque adeo dilexit homines, vt cùm dissolui ex animi proposito, & cum Christo esse cuperet, elegerit hîc esse: multomagis illic feruentiorem amorem ostendet. Proinde vt verbis Ambrosii l. de Viduis vtar: non erubescamus sanctos intercessores nostræ infirmitatis adhibere quia ipsi infirmitatem corporis etiam cùm viuerent, agnouerũt, & pro ea supplicarũt. Curat Christus in domo Simonis etiam quotquot illi noctu oblati sunt, vt indicet suo exemplo quanta debeat esse prælatorum Ecclesiæ, cuius hæc domus typus erat, diligentia: sanandis & curandis infirmis, id est, peccatoribus. Nullum sc. tempus intermittere

Interpretat.& obseruat.morum.

Quod autem etiam febris Christo obedit & morem gerit, obserua durior esse homo omni creatura inanimata etiã & muta: immò & morbis ipsis crudelior. Mare enim efferuescens Dei verbo sedatur. Diuiditur per Mosen. Cęlum Christo moriente obtenebratur. Sol stat sub Iosue. Ignis de cælo descendit: Reddit Helyę & Helyseo infernus mortuos suos. Solus homo Dei verbum subsannat & ridet.

Et continuò surgens ministrabat illis.

1. Vim habet dictio (continuò) vt in momento Christum & eius verbum operari intelligas. 2. Quòd surrexerit integræ sanitati, restitutam fuisse docet, vt cui opus nõ fuerit sensim prostratas vires abacto morbo reficere. 3. Quod ministrarit gratitudinẽ eius insinuat, & beneficij agnitionem: vt quæ se Christi obsequio deuouerit. Nos quoque quoties à domino delictorum veniam, quæ vera animarum curatio est, assequimur, tãto ad eius obsequium feruentiores simus, quanto prius dum morbus peccati nos obsidebat, eramus tardiores.

Cúmque sol occidisset, omnes qui habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos ad eum.

1. Origenes occasum eos solis expectasse dicit, quòd timerent Pharisæos: vel arbitrarentur die Sabbati

Interpret.& obseru.morum.

illicitum esse sanitatem alicui conferre. 2. Quod autem die & nocte Christus ægrotos sanauit, docuit se omni tempore saluatorem esse: & quod illi noctu suos ad eum adducunt: facto testantur omni hora & tempore, eos qui spiritualiter sanari volent, apud eum accessum habere, Ezech. 18. En Christus nec priuatum ocium nec intempestiuam noctem prætexuit, quin ægris benefaceret: quo nos omni hora & tempore amico & fratri, aut corpore aut animo languenti curando totos impendamus.

At ille singulis imponens manus, curabat eos.

Hanc cæremoniam obseruat, vt doceat hanc curationem suę potentiæ adscribendam. Manus enim in scripturis potentiam indicat. Quòd ergo manus imponit, docet & potentia sua se illos sanare. Hinc impositio manuum vsitatissima in Ecclesia, in signum diuinæ potentiæ. Docuit & hac impositione carnem suam viuificam esse, vt obseruat Chrysostomus.

Exibant autem dæmonia clamantia & dicentia, Quia tu es filius Dei.

Hoc vtique clamabant, non quòd certa esset, esset ne Christus Messias, vt docet d. Maximus Taurinensis hom. 1. de ieiunio: sed quòd aliquā coniecturā huius rei haberent, dum se eius verbo adeo cogi perspicerent.

Obseruatio doctrinæ.

debere eos, quin id muneris perficiant. Maximè verò vt noctis intemperies eos nō excuset à visitatione infirmorum, cùm idē in Christo experiantur. Iacob. 5. Infirmatur quis in vobis, inducat præsbyteros, &c. Hoc illorū munus est. Proinde canones iubent eos omni hora Eucharistiam paratam habere propter infirmos, vt ex concilio Guarmacensi, & de consecr. dist. 2. can. Præsbyter. Immò & omnibus in morte pœnitentibus deferēda est, vt habetur 50. dist. c. pœnitentes. et 46. distinct. c. accusatores. Et 26. q. 6. Si quis de corpore. Proinde Serapion olim noctu etiā ad præsbyterū misit, vt Eucharistiā acciperet, vt refert Eusebius hist. Eccl. lib.

Quod Christus nō sinit dæmonia etiā verum dicentia loqui, suo docuit exemplo non permittēdas hæreticis Sathanæ filiis conciones, & verbi diuini interpretationes, etiāsi quandoque vera dicant: nec eorum libros legendos, licet nonnun-

Obseruatio doctrinæ.

nonnunquā vera implicent. Protagoræ vtique Abderitis libri Athenis pro cōcione combusti sunt, ait Lactant. l. 2. de natura Deorum, quod præfatus fuisset hæc de diis: sint nec ne, non habeo dicere: quod hoc in quæstionem adferre videretur. Quātomagis apud nos concremandi sunt hæreticorum libri? 2. Tim. 2. Sermo eorū serpit, vt cancer, ait Paulus, at quàm citius poterit cancro mederi oportet: & eius contagione membrū infectum abscindere.

-ne pars sincera trahatur.

Proinde Constantinus maximus decreto ad Episcopos & pop. misso, quod etiam refertur, hist. tripart. l. 2. c. 15. præcepit conscriptiones ab Arrio factas igni tradi, ne quæ possint illius remanere cōmenta. Sic Act. 19. pmulti q fuerāt curiosa sectati libros suos cōbusserūt. Arbor enim quæ non fert fructum, extingui debet, & in ignē mitti, ait Christus, Matth. 5. & 7.

Matth. 18. Sequamur Christum in simplicitate cordis, Sapient. 1.

Interpret.& obseru.morum.

rent. Nec enim, ait Paulus, aliquis principum huius sæculi mysterium hoc absconditum cognouit, vt in hunc locum Beda adnotat.

Et increpans non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum.

1. Ne veritati mēdacium immiscerent. 2. Ne verbis eorum authoritatem daret. 3. Quòd non speciosa sit laus in ore peccatoris, ait Theoph. 4. Ne Iudæorum inuidiam accenderet. 5. Ne diuina maiestate prędicata, passio differretur, Beda. 6. Ne gloriæ cupidus esse videatur. Facta autē die egressus ibat in desertum locum.

1. Sic nocte diéque pro nobis auxiliatorem se cōtestatur: Noctu enim ægrotos curarat: & nūc die illucescente ad orationē se cōfert. 2. Desertus autē locus orationi aptissimus est, vt aliquādo diximus. Porrò suo nos Christus, & oēs Ecclesiæ prælatos docebat exēplo, post collatā in alios beneficentiā, oportere secedere, ne premiū expectare videamur.

Et turbæ requirebant eum: & venerunt vsque ad ipsum.

1. Non Pharisæi, vt Chrysostomus obseruat: nō magnates, sed populus simplex. Adeo infirma mundi elegit Deus, vt fortia cōfunderet, 1. Cor. 1. 2. Imitemur & nos eos, & iuxta cōsilium Christi, efficiamur paruuli, vt intrare possimus in regnū cælorū,

Interpretatio & obseruatio morum.

Quod Christus non morem gerit turbę, docet neque ad ostentationem, neque ad plebis arbitrium edenda miracula, sed quatenus hominum salus ac Dei gloria ea requirit. Hoc enim ipso miracula Sathanæ à diuinis differũt, quòd aures populi captent, non autem illius salutem: immò detrimentum animæ attendant, & Dei gloriam auersentur.

Et detinebant eum ne discederet ab eis.

Adeo Christum amant, vt eius absentia carere vix possint. Sic in Canticis sponsa dilecti, c.3. ait, Tenui eum nec dimittam. Et Iacob. Genes. 32. Non dimittam te nisi benedixeris mihi. Tria igitur istius turbæ exemplo ad omne studiosum opus necessaria sunt. Inquisitio, assecutio, & perseuerantia. Nec enim satis est quærere, nisi id quod quærimus assequamur: & frustra assequimur quod non retinemus. Monet Esayas cap. 55. quærere dominum dum inueniri potest. Et quidem discipuli quidam, Ioan. 1. cùm inuenissent vbi Christus maneret, perseuerarunt apud eum.

Quibus ille ait: Quia & aliis ciuitatibus oportet me Euangelisare regnum Dei: quia ideo missus sum.

1. Nõ eos omnino ablegat, sed & alios se lucrari oportere docet. 2. Missionis nomine, incarnationem intelligit: necnon Patris beneplacitum qui misit filiũ suum in mundum, vt saluetur mundus per ipsum, Ioan. 3. 3. Euangelisare dicuntur qui gratiam per Christum factam prædicant: hoc enim bonum nuncium est, quod nobis non timoris, vt olim in Syna cùm lex daretur, Exod. 19., sed amoris spiritum conciliat. 4. Regnum Dei gratia est & veritas per Christum facta, ceu recõciliatio hominum cum Deo. Vnde & illius summam Christus complexus est, dicens, Ioan. 20. Oportuit prædicari in nomine Christi pœnitentiam in remissionem peccatorum. 5. Ciuitatum aliarum nomine etiam Gentiles implicat, quibus hæc gratia non minus quàm Iudæis annunciari debuerat.

Et erat prædicans in Synagogis Galilææ.

Adeo apertè docet se seductorem non esse, vt Iudæi improperabant: nec enim veritas quærit angulos: proinde publicè in Synagogis disputat & prædicat.

ORATIO.

OMnipotens æterne Deus, & pientiss. Iesu Christe, pulsa quęso & ingredere hostium cordis nostri: animásq; tot peccati febribus lacessitas rogantibus pro his sanctis tuis Apostolis, Prophetis, Patriarchis, cunctísque electis, tuo benignus releua auxilio: Impera, quæso, vt sanentur: quo tandem à fęcibus iniquitatum, quibus toties inuoluti fuimus, surgentes tibi ministrare, & cùm sol vitæ nostræ occiderit, silentio dæmonibus nobis inuidentibus impósito, mundi & immaculati ad te reuolare possimus. Amen.

FERIA SEXTA POST TERTIAM DOMINICAM QVADRAGES.

Euangelium, Ioan. 4.

Reliquit Iesus Iudæam, & abiit iterum in Galilæam.

Introduct. in Euang.

HAnnis vtique labor est laterẽ lauare, caput asini abluere, terram salsuginis sterilem arare, & semine aspergere. Proinde agricola fertiliora loca sectatur ne ei dicatur.

Quid arenæ semina mãdas? Non profecturus littora bobus aras.

Christus quoque quòd videret verbum suum malè audire apud Iudæos, iis velut sterilibus relictis in Samariã perrexit, vbi muliere, velut

Interpretat. & obseru. morum.

HOc vtique fecit, ait Ioannes, cùm cognouisset Pharisęos audiisse, quod plures discipulos faceret, quàm Ioannes, & baptisaret. Omnia enim nuda & aperta sunt oculis eius, Hebr. 4. Tunc enim regiones circa Hierosolymam vbi commorabatur cum discipulis suis, scilicet, Ennon, reliquit, & venit in Galilæam quò solitus fuerat se subtrahere, vt, 1. Nos non iniiciamus in tentationem temere, sed præstolemur, donec insania conquiescat. 2. Inimicis parcamus, ne quasi & oleum igni addentes, eis demus inuidiæ occasionem. 3. Verbum Dei ab ingratis subtrahamus, ne eo abutamur, Matth. 7. Nolite sanctum dare canibus.

Interpret. & obseru. morum.

4. Vt reprobationem Iudæorum, & Gentium vocationem prætexeret.

Oportuit autem eum transire per mediam Samariam.

Hęc causæ redditio est, ne tu Christum temere Samariam adiisse putes: cũ Apostolis prohibuerit (Matt. 10.) in viam Gẽtium abire: & ne ex verbo suo conuincatur, qui dixerit se non missum nisi ad oues Israel, Matth. 15. Hac enim iter illi fuit. Samaria verò metropolis est totius prouinciæ Samariæ, in monte Somer extructa: vnde & nomen assecuta est: sita inter Iudæã & Galilæã.

En Christus nisi necessitate quodammodo vrgente, sese non ingerit in Samariam: quomodo verò tu vermis & peccator in conuentum hæreticorum prodire audes? Nescis quod aduersarius noster diabolus circuit quærens quem deuoret, 1. Pet. 5. nec tentãdus dominus Deus? Matth. 4.

Venit ergo in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar.

Hæc etiam Sechem, ceu Sichem dicta est præcipua inter omnes Samariæ vrbes, vt testatur Iosephus. Hæc à Sichem Enæo dicta est, qui Dynam Iacob filiam constuprauit, Genes. 34.

iuxta prædium quod dedit Iacob Ioseph filio suo.

Quòd enim habitatores Sichem proximè interempti fuerant, Iacob reuersus Mesopotamiam emit partem

fertili terra reperta, sui verbi semen exeruit: adeo vt mulierem sensim ad sui reatus agnitionem deduxerit, vt hodierno panditur Euangelio, quod habetur, Ioã. 4. capite.

Porrò contigerunt hæc anno ætatis Christi trigesimo primo, Mense 4. die 2. nimirum 27. mẽsis Aprilis: postquã Christus eiectis vendentibus & emẽtibus, Paschali solennitate superueniente, Hierosolymam egressus, in Ennon discipulos baptisauit, vt docet Augustinus: & eorum ministerio ceteros tinxit. Orta enim demum inter Ioãnis discipulos in eum inuidia, quod baptisandi sibi authoritatem vẽdicaret, & prolato de eius diuinitate & supereminentia Ioannis testimonio, Iudæa relicta, Galilæam perrecturus necesse habuit pertransire Samariam: vbi quæ nunc explicaturi sumus peracta sunt. Eius autem intentio fuit hoc facto Gentium salutem, verúmque Dei cultum per orbem vniuer-

vniuersum celebrãdum prædicere: officium quoque Apostolorũ quàm illis fructuosum sit ostendere. Immò peccatricis animæ ad Deum cõuersionem, confessione facta, & laudum Dei celebrationem, simúlque Dei gratiæ vbertatem prætexere.

Summa.

At quoniam totius Euangelij seriem hodie interpretari non possumus, quatuor ad summum examinabimus. 1. Vt Christus Iudæa relicta, Samaria fatigatus venerit. 2. Vt occasione vltro data Samaritidem sensim instruxerit. 3. Vt eam de eius familiaritate obstupefactam, quibus modis gratia Dei assignanda sit, docuerit.

4. Vtq; aquæ sensibilis argumento, inuisibilis gratiæ thesaurum illi pollicitus sit.

Obseruatio doctrinæ.

Cyrillus Alexandrinus l. 2. in Ioan. cap. 78. Arrianos dicit ex eo quod Christus fatigatus ex itinere dicitur, imbecillem omnino & infir-

tem illius agri à filiis Emor, & ibi ædificauit altare, vt habetur Genes. 23. Quòd autem prædium hoc acquisierat arcu suo, vltra sortem hæreditatis paternæ dedit eum Ioseph, Genes. 48.

Erat autem ibi fons Iacob.

Vtique quem foderat Iacob: vt sibi suisque gregibus prouideret.

Obserua ex eo quod fons iste Iacob adhuc nomẽ retinebat ad eum vsque diem, quo Christus venit in Samariam 1730. annis post Iacob reseruatum diuina prouidentia fuisse. Hoc vtique vt in memoria æterna iustum esse (Chrys. in 2. Cor.) & venerabiles eorum reliquias discamus. Nam adhuc venerabilis hic fons ex memoria Iacob, & si minus sit, quàm os aut corpus ipsius Iacob. Basilius enim lib. 1. hom. 19. in Gordonium martyrem, quemadmodum (ait) ex igne naturaliter emicat splendor, ex vnguento quoque præstanti diffunditur odor, sic è sanctorum commemoratione gestorũ, ad omnes prouenit vtilitas. Nimirũ ex loco Deus sanctorum memorias honorari voluit, ait Euagrius lib. 1. histor. Eccles. c. 16. & Prudentius libro peristephanon, pluribus hymnis loca memoriis & reliquiis sanctorum illustrata dicit: vt hymno in sanctos fructuosum augurium & Eulogiũ. O triplex honor (inquit) ô triforme culmen, quo nostræ caput excitatur vrbis: cunctis vrbibus eminens Hiberis.

Interpret.& obseruat.morum.

Iesus autem fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem.

Iam incipiunt mysteria, ait Augustinus tract.15.in Ioanne. Non enim frustra fatigatur Iesus. 1. En vt à fastu & rerum abundãtia alienus: neque enim vtitur iumentis aut mulis phaleratis. 2. Vt laborum patiens, qui tantum iter pedester, immò & famelicus confecerat. 3. Sedebat autem illic, vt se dabat locus, non super sede, sed aut super pauimento, aut lapide. En ipsa per se vita (ait Basilius hom.13. in Psalm.48.) ipsa potentia defatigata est in hoc sæculo. Memor igitur sis Iob dicentis (Iob. 5.) homo nascitur ad laborẽ: & Apostoli, (1.Cor.15.) abundantius omnibus his laborãui. Et rursus 2. Cor.11. In laboribus abundantius. Qui igitur laboribus fatigatus est in hoc sæculo, hic viuet in finem. Qui verò in lauticie & deliciis degit, laborẽ fugiens nõ viuet, Luc.16.

Hora autem erat quasi sexta.

Sexta apud Iudæos hora, meridies nobis est duodecima. Circunstantia igitur temporis docet Christũ multum iter confecisse, & iam refectionis sumendæ horam adfuisse. Sed & ad intensiorem laborem ęstus calorem accessisse. Obserua verò (ait Cyrillus) vel in minimis non paruam veritatis curam Euangelistam habere, cùm non sexta hora dixerit, sed quasi sexta.

Discipuli autem eius abierãt, vt cibos emerent.

Ciuili-

Obseruatio doctrinæ.

mum esse astruxisse. Sed si homo factus nõ esset (inquit) si formã serui non accepisset, conturbari iure possemus, quando seruile aliquid de ipso dicitur. Sin vero firmiter credimus, quia verbum caro factum est & habitauit in nobis (Ioan.1.) cùm ea dixisse aut perpessus fuisse dicitur, quæ naturæ nostræ cõueniũt, humanitati hæc eius attribuas. Non enim poteramus aliter verbum Dei hominem factum esse cognoscere, nisi & locutus & perpessus aliqua vt homo fuisset. Diuus Augustinus in tract.15. obseruat per horam sextam ætatem qua venit Christus, vt Ecclesiam ex Gentibus congregaret. Sic vt, 1. sit ab Adam ad Noe. 2. A Noe ad Abraham. 3. ab Abraham vsque ad Dauid. 4. à Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis. 5. à transmigratione vsque ad baptismum Ioannis. Inde 6. tẽpore prædicationis Christi. Quæret aliquis vnde pecunias

Obseruatio doctrinæ.

cunias habuerint discipuli, cùm prius eis Christus dixerit, Matth.12. Neque aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris habeatis. Respondet Augustinus 12.q.1.c. Habebat dominus loculos, à fidelibus sibi oblata conseruans, & aliorum necessitatibus tribuens. Nihil ergo proprium habuit, qui ne quidem vbi caput reclinaret possedit, Luc.9. sed in commune quicquid habuit redegit. Idem quoque Apostoli, & primi sub iis Christiani fecerũt, vt scribitur Act.5. Idem quoque de prouentibus Ecclesiasticis faciendum esset, vt habetur 12.q.2.c.de redditibus. Cognouimus. Mos est. Et ex concilio Toletano c. Sanximus. Sed heu nunc qui Ecclesiæ redditus percipiunt, eos in ius patrimonij sibi vẽdicant. Obseruare hic poterit studiosus prædicator historiam, quæ legitur 4. reg. 17. quomodo Samariam Salmanasar occuparit, regem Oseæ sibi rebellentem carceri man-

Interpretat.& obseruat.morum.

Ciuilitatis & mansuetudinis exemplum præbet iis, quorum est alios corripere, vt peccatrici consulant solitudine. Nec enim diffamare eã voluit coram Apostolis, sed expectat donec abierint. Obserua ex eo quod Christus tabernas non adit, illud idem illicitũ esse clericis, nisi peregrinationis necessitate cogantur: vt habetur distinct.44.c. Clerici, ex concilio Carthaginensi 3. & 6. Synodo sub pœna depositionis ni cessent. vt habetur eadem distinctione. c. Nulli licet clerico. Et c. Non oportet. Proinde 12.quęst.1.c. Necessaria res est, vt iuxta Ecclesiã claustris constituantur, in quibus sit vnum clericis refectorium.

Venit mulier de Samaria haurire aquam.

Huiusmodi scilicet officio assueta erat: & tamen Dei nutu fit, vt absentibus discipulis accedat, ne quid erubescat sui sceleris fateri: adeo illi doctrinæ retia tetendit.

Dicit ei Iesus: Mulier, da mihi bibere.

En prior mulierẽ alloquitur, quod sciat nihil sibi cum illa sermonis futurum, nisi prior quid ab ea scisciterur. Adeo bonus dominus, vt mulierem prius alloqui non dedignetur. Et vt olim Abrahæ seruus Rebeccam filio domini sui deberi vxorem expertus est in fonte Genes. sic Christus hic sibi deberi Samaritidem. Agnosce igitur ex hoc loco,

Interpret.& obseruat.morum.

primò Dei gratiam qua nos nihil tale cogitantes præuenit: qui stat ad ostium & pulsat, Apocal.1.vt ad se erigat, de qua superioribus diebus egimus. Demum domini bonitatem qui personarum acceptor nõ sit, sed in omni gente qui facit iustitiam illi acceptus sit, Act.10.

Primum quoque Christum ab eo Eleemosynam petere videri, vt primum consequendæ veniæ opus misericordiam doceat.

Dixit ei mulier: Quomodò tu cùm Iudeus sis bibere à me petis, quę sum mulier Samaritana?

Antithesi vtitur: quasi dicat, Tu vir, ego mulier: minus autem colloquuntur hi duo sexus inuicem, nisi prior quædam necessitudo intercesserit. Tu quoque patria Iudæus, ego verò Samaritana. Hoc quippe illa agnouit & ex idiomate, & fimbriis, quibus Deus Iudæos distingui iussit à ceteris, Num.15. Vnde Matth. 14. rogabant infirmi vt vel fimbriã vestimenti Christi tangerent. Præcipitur quoque Iudæis, vt deferant habitum à Christianis distinctum. Extra de Iudæis.c. In nonnullis.

Hic præter habituũ discretionem vastit, tibi suppetit campus loquẽdi de vitando hæreticorum congressu: quem Paulus ad Titum 3. fugiendum docet. Illi enim Samaritanis persimiles. 1. Quòd templa nostra contemnant. 2. Quòd scripturas deprauent. 3. Vnius Dei cultui

Obseruatio doctrinæ.

ciparit, Israel in Assirios transtulerit, colonos in Samariam miserit: & vt eos leones irruentes occiderint, quod ignorarent legitima Dei: & misso sacerdote qui eos de lege instruxit, hæc plaga cessauerit. Quæ si copiosius effundere volet, duo docebit.

1. *Deum etiam per bruta animãtia peccata hominum vindicare. Sic enim vrsi duo 42. pueros Bethel deuorant, 4. reg. 2. Canes excitati in Iesabel (4.reg.9.)*

Leones statim deuorarunt eos, qui Danieli insidiati fuerant, Daniel 7.

2. *Vt sacerdote accepto cessat plaga in Samariam: ita excluso statu Ecclesiastico, multa imminere pericula: vt Dionysius Areop.ag. epistol. ad Demophilum, Osiæ, & Mariæ sororis Mosi probat. Vide quoque 6.q.1.can. Qui crimen, & Sacerdotes.*

Spiritus sanctus aqua dicitur, vt docet Cyrillus

Obseruatio doctrinæ.

lus Hierosolym.catech. 16.quod

1. *Vt aqua plantæ, ita Spiritusancto omnia consistant, Psal.32. Spiritu oris domini omnis virtus cælorum.*

2. *purificet, Ezech.36. Effundam, &c. & mundabimini, &c.* 3. *Refrigeret, Ioan. 7. Si quis sitit veniat ad me & bibat, Matth.11. Venite ad me omnes qui laboratis, &c.* 4. *fœcundet, Psalm. 1. Erit iustus tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, Hierem. 17. Benedictus vir, &c. Psalm.22. Super aquam refectionis, &c.*

5. *Quòd in typo aqua de petra fluens, gratiam effusam à Christo, ligno crucis percusso significarit, Num. 20. 1. Cor. 10. Bibebant autem omnes de spiritali consequente eos petra. Petra autem erat Christus, Hierem.2. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ.*

Quærite dominum dum inueniri potest.

Interpretat.& obseru.morum.

tui adulterinos Deos & doctrinas immisceant. 4. Populum Dei vt olim Samaritæ Israelem à suis sedibus profligant.

Non enim coïtuntur Iudæi Samaritanis.

1. Quòd in cultu differant, & idola adorent. 2. quòd olim eos Samaritæ è sua terra extruserint. 3. Et eorum hæreditatem vi possideant huc translati. 4.reg.17.

Respõdit Iesus, Mulier, si scires donum Dei, & quis est qui dicit tibi da mihi bibere, tu forsan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam.

1. A terrenis ad cælestia mulieris animum eleuat: hoc enim modo lucrandi sunt infideles: cum fidelibus verò scripturis agendum, minus autem argumẽtis à natura sumptis: vt docet Damascen.libr.1.de fide Orthod.cap 1. 2. Donum Dei spiritus est, & eius gratia quæ & aqua dicitur, Ezech.36. Hunc enim dare dicitur Pater: Luc.11. Dabit spiritum bonum petentibus se.

3. Forsan ait: non q.futuri ignarus, sed vt relictum homini petendi aut non petendi arbitrium insinuet.

4. Petisses, inquit, nam & orationis fune hæc aqua hauritur, Matth. 7. Petite & dabitur vobis, Esa.55.

5. Et dedisset, &c.

Interpretatio & obseruatio morum.

Vtique quia promptior est ad largiendum, quàm nos ad petendum. Qu. ergo dicat: parum est hæc aqua, quam hauris, ab ea quam habeo apud me. Tria verò docet requiri ad obtinendam aquam viuam. 1. Nosse donum Dei & spiritussancti virtutem: nimirum & ipsam à falsorum spirituum vmbris discernere, cùm Angelus Sathanæ transformet se in angelum lucis. Si enim hæretici spiritus discernere possent, nimirum qui per Ecclesiam & per suos loquuntur, aquam viuam haurirent. Sed vt olim Propheta domini à Pseudopropheta 3.reg.13.& Achab à Sedechia 3. reg.22.seductus est: quod donum Dei in Michea non nosset, ita & nunc permulti. 2. Nosse quis est qui dicit, da mihi bibere, id est, Christum. Nouimus autem eum, si in vna Ecclesia, fide, veritate, non in factionibus hîc aut illic, (Matth.24.) quæsiuerimus. Si bonum, si iustum, non si fautorem mali putemus. 3. Piis votis sequi, quod maximè sit per orationem: vnde ait, Petisses.

Dicit ei mulier, Domine, neque in quo haurias habes, & puteus altus est, vnde ergo habes aquam viuam? Nunquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis hũc puteum, & ipse ex eo bibit, & filij eius & pecora eius?

1. Paulatim proficit. Nam quem Iudæum quasi per contemptũ dixerat, nunc dominum vocat. 2. Errat tamen quia ratiocinatur à contemptibili elemẽto, ad gratiam diuinam & inestimabilem. 3. Item quod Iacob patrẽ suum esse dicat: cùm interim nec eius sit secundum carnem, nec spiritu eius fidem & sanctitatem imitetur. 4. Quod carnaliter hanc aquam intelligit. 5. & Christum Iacob comparat, quasi eo maior non sit. Eadem obserua in hæreticis. 1. Proficere incipiunt cùm fatentur Ecclesiam audiendam & dociles se eius doctrinæ reddunt: non autem se dominos Ecclesiæ faciunt & magistros. 2. Errant cùm à rebus naturalibus & Physicis in fidem ratiocinantur, ait Tertull. lib. de præscript. contra hæreticos. 3. Item cùm iactant Apostolorum se filios, immò Apostolos esse: cùm interim nec scintilla quidem pietatis primorum Ecclesiæ patrum in illis reluceat. 4. Cùm in verbis scripturarum Euangelium statuunt, & non in sensu: in cortice, & non in medulla. 5. Cùm de potentia Dei & Christi disputãt in Eucharistia, &c. quasi non sit maior quouis homine.

Obseruatio doctrinæ.

Sitis, quatuor modis sumitur.

1. *Aut pro desiderio rei tẽporalis nondum habitæ, quod nusquam impleri potest, Eccles. 5. Auarus non implebitur pecunia. Sic Luc. 12. Dives depingitur.*

2. *Aut pro ardenti futuræ gloriæ assequendæ affectu. Sic Psaltes, Sitiuit anima mea, &c. Et sitis hæc impletur in patria.* 3. *aut pro pleniori fruitione rei iam per gratiam habitæ, Eccles. 24. Qui edunt me, adhuc esurient.* 4. *Aut pro feruentissimo rei præsentis amore, excluso omni fastidio. Sic in Deum desiderant Angeli prospicere, 1.Petr.1.*

Interpret. & obseru. morum.

Respondit ei Iesus, Omnis qui biberit ex aqua hac, sitiet iterum: qui verò biberit ex aqua quam dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitã æternam.

Quasi dicat, Si Iacob miraris, qui hunc vobis fodit puteum, multo magis obstupescere eũ oportet, qui aquam longe fœcundiorem & meliorem præbet. Hæc enim causam habet temporalem & deficientem: illa autem quam sitienti porrigo, indeficientem & perpetuam: nimirum spiritum sanctum: qui & animã salire facit, per spem in vitam æternam. Nam differentia aquarum, differentiam illam præsentium infert (ait Euthymius in Ioan.cap.5.) Per fontẽ quoque, integritatem & perpetuitatem huius aquę significauit.

Age, scilicet, aquæ Iacob nomine terrena omnia complectamur: quæ eam satietas consequitur, Prou.27. Non satiatur oculus visu, nec auris auditu, Prouerb.30. Tria sunt insaturabilia super terram, & quartum quod nunquam dicit, sufficit. Tres sunt filiæ auariciæ sanguisugæ, Ouid. 1. Fastorum. Sic, quibus intumuit suffusa venter ab vnda: Quo plus sunt potæ plus sitiuntur aquæ. At gratia & gloria hominem satiat: quod in his sit rerum, quibus frui possumus, supremum.

ORATIO.

DOmine Iesu Christe per eam charitatem, qua non Iudæos tantum, sed & Samaritas instruxisti, téque vt bonum pastoribus errantibus ouibus reducendis exibuisti, te obsecro, vt tot vitiis mancipatos animas nostras & errantes quæras, & velut humeris impositas, ad tuorum electorum gregem reducas, cásque

tuæ gratiæ potu recrees, quo omnem sitim extinguis, vt tandem fontem aquæ viuæ in nobis excitatum in vitam æternam salire facias: adeo vt omnium bonorum cumulo donati satiemur: nec huius vitæ illecebris vnquam succumbere possimus. Amen.

Universidad de Bibliotecas

Eadem feria 6. post 3. Dominicam quadrag. Reliquum Euangelij, Ioan. 4.

Dicit ad eum mulier, Domine, da mihi hanc aquam, vt non sitiam, neque veniam huc haurire.

Interpretat. & obseru. morum.

CONsistere se multo in labore perpendit, quo aquam hauriat: oportere quippe se ex vrbe in hũc locum frequenter transferre. Rudis itaque mulier corporis releuamine mouetur, quasi corporalem hoc in mundo quietem Christus polliceatur. Ne tu verò idem cum hac Samaritide sentias: Qui enim non laborat non manducet. 1. Tessal. 1. Demùm per multas tribulationes oportet nos intrare in regnũ Dei: vt frequentibus exemplis & testimoniis probat Tertull. lib. ad martyres, & lib. de patientia.

Dicit ei Iesus, Vade, voca virum tuum, & veni huc.

Honestas enim ciuilis requirit, vt si quid magnum mulieri nuptæ dãdum sit, detur viro præsente. Interim tamen Christus sensim ad sui reatus agnitionem eam euocabat, quò purificata mente, spiritussancti gratiam hauriret.

Introduct. in Euang.

IMpossibile est eos qui grauis saxi pondere detinentur in cælũ euolare. Impossibile quoque est eos qui peccatorum granitate deprimuntur, huicq; mundo affixi sunt, in Dei gratiam deuenire, ni prius onus hoc exuant: quod luci ad tenebras nulla conuentio esse possit. Hoc duobus in Euangelio nostro docetur exemplis. 1. Samaritidis nimirũ quã Christus ad reatus agnitionem adductam, ad spiritualem cultum euocat, quo nimirum à terrenis iis ad spiritualia rapti domino seruitur, & mundi huius illecebræ

Introduct. in Euang.

cebræ deseruntur. 2. Samaritanorum quoque qui vrbe sua relicta ad Christũ conuenerunt.

Summa.

Porrò sex nobis hodie explicanda sunt. 1. Vt Christus effrenem Samaritidis luxuriam aperuerit, ádque illius agnitionem eam deduxerit. 2. Vt motam ab ea de oratione quæstionem resoluerit. 3. Vt se aptè Meßiam esse contestatus sit. 4. Vt discipulis ex vrbe redeuntibus quàm ardenter salutem hominum concupiscat similitudine ostenderit. 5. Vt eosdem Meßis typo de salute Samaritanorũ congaudere debere docuerit. 6. Simúlque Samaritanos apud eos biduũ versatus, ad fidẽ conuerterit.

Obseruatio doctrinæ.

Quomodo Christus mulieri dixit nõ adorãdum iri tandem Patrem aut Ierosolymis aut in monte: cùm prima Christianorum Ecclesia fuerit in monte Syon (ait

Interpretat. & obseruat. morum.

Respondit mulier, Non habeo virum.

Se ei ignotam putat, qui nouit omnia: & in modum primæ mulieris suum occulere peccatum.

Dixit ei Iesus, Benè dixisti, non habeo virũ: quinque enim viros habuisti: & nunc quem habes, non est tuus.

Intercipit verbum eius, quo se propria confessione prodat. Quinque viros eam habuisse dicit, hoc scilicet quod mortuis maritis cùm cõtinere non posset, clam illegitimum haberet, (ait Athanas. quæst. 58.)

Vt homicidium & furtum, ita nec diu adulterium celari potest: vltro enim se pandit. Hoc in Dauide, cuius peccatum Nathan aperuit. 2. Reg. 12. In Herode cui vxorem fratris detinenti in faciem d. Ioannes restitit, Marc. 6. apparet. Itẽ in eius scelere quem palam tradi Sathanæ monet Paulus, 1. Cor. 5.

Dicit ei mulier, Domine, vt video, Propheta es tu.

Vide vt proficiat: quem primo Iudæum, demum dominum vocarat, nunc Prophetam nuncupat. Meminit enim Prophetas dictos olim videntes, quòd illis cordis obstrusorum cognitio

Interpret. & obseru.morum

indulgeretur. Vnde cùm idem in Christo experiatur, non excãdescit, sed honore afficit, suúmque reatum fatetur. Vtinam omnes eodem affectu increpationes exciperẽt, quo hæc mulier. At impij cum Iuda inquiunt: Nunquid ego?

Patres nostri adorauerunt in monte hoc: & vos dicitis quia Ierosolymis est locus vbi adorare oportet.

Hic illi scrupulus fuerat, melior ne cultus foret Iudæorum, qui Ierosolymis adorabant: an Samaritanorum, qui in mõte. Vtrinque enim fortissima ratio se offerebat, in mõte Garizim Mosen pop. benedixisse, Deuter. 11. & 17. Et tamen templum Ierosolymitanum commendasse, 3. reg. 9. Esa. 56. Deut. 12. 2. Paralip. 6.

Obserua prudentiam mulieris: nec enim omnibus ancipitem quæstionem dissoluendam proposuit: sed ei quem Prophetam esse experta est. Hoc facto nos instruens, doctos Theologos de rebus fidei consulere, cùm Nauita de ventis: de bobus dicat arator: & tractent fabrilia fabri. Hieronym. ad Paulinum.

Dicit ei Iesus, Mulier, crede mihi, quia venit hora, quando neque in monte hoc, neque in Ierosolymis adorabitis Patrem.

1. Ad quæstionem responsurus, primo sibi credi postulat: nisi enim credideritis, nõ intelligetis, Esa. 7.

Obseruatio doctrinæ.

Cyrillus Hierosolymitan. catech. 14.) & tandem Petrus & Ioannes Samaritanos baptisarunt? Duplici modo responderi potest: Aut dictionem tãtum subaudiendam, vt in interpretatione habetur: quomodo intelligere videtur Athanasius q. 59.

Aut vt Chrysost. homil. 32. in Ioan. docet Christum loci nomine cultum intellexisse, Iudaicum quidem per Ierosolymam: mixtum autem Gentili, per montem Samariæ. Neutro enim eorum Deum patrem colimus: nec vt Iudæi in vmbris & typis, quia ait Petrus venerabilis in sui temporis hæreticos, titul. de Basilicis templis & altaribus, non accipitur à Deo sacrificium vmbratile succedente veritate: nec vt Samaritani, Patrem adoramus: cùm illi Deum suo monte concludi putarẽt. At Esaye 66. Cælum mihi sedes est (inquit) terra autem scabellum pedũ eius. Proinde ĩ omni loco dominationis eius,

benedic

Obseruatio doctrinæ.

benedic anima mea domino. Psal. 102. Demum illi etiam idola colebant. 4. Reg. 17. quæ Christiani detestantur. Idolũ enim nihil est in mundo. 1. Cor. 8. Triplex enim cultus est, vt doctè August. tom. 4. lib. q. in nouum testa. cap. 59. examinat. 1. Iudaicus nimirum sub elementis, scilicet cęremoniis, quæ in creaturis elementaribus consistebant. 2. Gentilis, quo elementis huius mundi seruiebatur. 3. Christianus, quo nos in spiritu super elementa Deum colimus. Frustra ex hoc domini verbo eliciunt hæretici nullam locorum ad orandum discretionem habendam: nisi orationem quidem priuatã, vbique fieri posse intelligãt: non autem publicas, seu ordinarias Ecclesiæ preces. Vt enim Ecclesia statis quibusdam locis congregatur, ita & iis adorat & precatur: licet domi quisque orare possit. Eodem quippe modo Ieremias in cœno orauit, Iere. 38. Daniel in lacu, Daniel. 7.

Interpretat. & obseruat. morum.

2. Ceterum, videtur tantum, subaudiri qu. dicat Christus, non tantum Ierosolymis adorandum Patrem, aut in monte, sed vbique. Siquidem & Ierosolymis adorarunt Christiani: & in Samaria Act. 3. 4. 5. & 8.

Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudæis est.

Iudaicum cultum tanto potiorem Gentili docet, quanto Iudæis, non autẽ Gentibus promissus erat Christus ex eorum stirpe oriundus: eísq; mysteria sua reuelarat. Nesciebant autem Samaritæ id quod adorabãt, sicut & de Athenienſibus legitur Act. 17. quòd aut eum suo monte concludi putarent: aut simul cum eo idola colerẽt, quod Deum ignorare est: cùm gloriam suam nunquã sit alteri daturus Esa. 42. Ceterum se Iudæis adorantibus connumerat, in signum suæ humilitatis & in Patrem obsequij.

Sed venit hora & nunc est, quando veri adoratores adorabũt Patrẽ in spiritu & veritate.

1. Tempus est vt falsa religio Gentium quæ Deum localem & corporalem sibi effingit, cedat Christianæ, quæ eum spiritu apprehendit & colit: & vmbræ legis cedant luci Euangelicæ, quæ non in typis sed veritate iam impleta Deum adorat.

2. Venit hora qua fideles longe perfectius Deum agnoscent, etiam quàm Iudæi: illi enim mystetiũ tri-

Interpretat. & obseruat. morum.

nitatis ignorarunt: at veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritus. & veritate filio: id est trinitatem in vnitate, & vnitatem in trinitate.

Deus spiritus est, & eos qui adorant, in spiritu adorare oportet.

Hoc dicit in cultum Samaritanorum, quo eos multum à Dei cognitione descisscere doceat: dũ & corporalem & localem eum putãt. Est enim incõprehensibilis, in mundo, circa mundum, supra mundum supercelestem: omnia quæ sunt, & nihil eorum quæ sunt: ait D. Dionysius l. de diuinis nominibus. c. 1.

Dicit ei mulier, Scio quia messias venit, qui dicitur Christus. Cùm ergo venerit, ille annunciabit nobis omnia.

Vix capiens quæstionis suæ decisionem remittit omnia Messyæ, quẽ aduenisse cognouerat: aut ex oraculo Patriarchæ Iacob quem verebatur. Is enim dixerat Genes. 49. nõ auferendum sceptrum de Iuda, donec veniret qui mittendus esset: Aut ex celeberrimo Ioãnis testimonio, Ioan. 1. aut fama tum inter Iudæos communi de eius aduentu.

Dicit ei Iesus, Ego sum qui loquor tecum.

Pedetẽtim & modeste nactus occasionẽ, omni se suspicione absolnit: & quod Iudæis frequenter rogãtibus negarat, mulieri Samaritanæ

palam

Obseruatio doctrinæ.

Iob in sterquilinio, Iob 2. Ionas in ventre ceti, Ionæ 1. Ezechias in lectulo Esay. 38. Christus in horto, Matth. 26. Latro in cruce, Luc. 23. Paulus in carcere, Act. 16. Et si tamen tum quoque locus aliquis delectus esset ad verum vnius Dei cultum expediẽdum. Proinde Chrysost. hom. 79. ad populum Antiochenum, Et domi quidem orari potest (inquit) sic autem vt in Ecclesia non potest, vbi tãta patrũ multitudo: vbi clamor ad Deum vnanimiter emittitur. Si namque Petrum Ecclesiæ adimit oratio, & illam ex carcere columnam eduxit, quomodo tu ipsius potentiam contemnis? Immo D. Basilius lib. 2. de baptismo quæst. 8. docet fusissime nihil præter locum, aut tẽpus, aut personam, aut rem, aut mensuram, aut ordinem, aut præter affectionem fieri debere, quod exemplis dilucidat. Si olim Christiani vt nobilissima quæque Deo seponerent, ait Diuus Iustinus quæst. 118.

Obseruatio doctrinæ.

118. *ad orthodox. licet in omni loco iubeantur pias manus attollere, solis tractum intuebantur, dum Deo laudes & preces mitterent. Idem Tertullianus docet in Apologetico contra Gentes, refellens nõ proinde Christianos, Persio more orientem solem adorasse. Quod dominus ait adorandum patrem in spiritu & veritate, nõn proinde tamen externum cultum abstulit: sed internum ei prædominari voluit. Nec enim ait adorandum eum in spiritu tantum: sed oportere in spiritu adorari, quasi quouis externo cultu posito, nihil adhuc perfecti sit, nisi & is internum concomitetur. Efferri scilicet mentem oportet in Deum, & summa charitate illum æmplecti: si ieiunia, preces, pernoctationes, hymnos, pectoris contusiones, genuflexiones, gratiarum actiones, &c. id genus externa Deo accepta reddere volumus. Perfectum ergo cultum depingit cui in-*

Interpretat. & obseruat. morum.

palam professus est, inquit Chryso. hom. 32. in Ioã. Felix vtique, quam Christus adeo gratiosis excipit verbis. Multi enim reges tantum videre cupierant, Luc. 10. quem hæc videt & affatur.

Et continuo venerunt discipuli eius: & mirabantur quia cum muliere loquebatur.

Carnales adhuc sunt vt & Pharisæi qui Christo improperabant q̃ cum Publicanis manducaret. Sicut & Simon qui, hîc vtique (ait) si esset Propheta, sciret vtiq; quæ, &c. Luc. 7. Non intelligentes Christum venisse in hunc mundum peccatores saluos facere. 1. Timot. 1. Nec vllam apud eũ esse aut sexus aut nationis aut personarũ acceptionẽ. Act. 10.

Nemo tamẽ dixit, quid quæris: aut quid loqueris cum ea?

Christum scilicet verentur, nec quid ei exprobrare audent, suo vtique nos exemplo instruentes. 1. ne statim è temerario iudicio verba profundamus. 2. neque diis nimirũ prælatis detrahamus.

Reliquit ergo mulier hydriam suam & abiit in ciuitatem: & dixit illis hominibus: Venite & videte hominem qui dixit mihi quæcumque feci. Nũquid ipse est Christus? Exierunt ergo de ciuitate, & veniebant ad eum.

Interpret.& obseruat.morum.

Sicut Apostoli Christo eos vocãte retia reliquerunt, ait Chrysosto. sic ista hydriam, sui scilicet, immò & sitis corporalis oblita quam gratia diuina Christus propinauerat. Et ne quid desit eius officio, palam reatum suum fatetur: & aduocata ciuitate, omnibus bonum quod acceperat communicat, satisfaciens pro peccato, Dei nominis celebratione. Porrò ex illius facto duo nobis immò & omni peccatori necessaria obseruanda sunt, quæ etiam Regius Psaltes Dauid Psal. 50. annotat. Vnum quidem delicta propria fateri, immò etiam publicè, si modo peccatum publicũ sit. Proinde Eccles. 4. dicitur, Non confundaris pro anima tua verum dicere. Verum & Psaltes, Tibi soli (inquit) peccaui, & malum coram te feci. Hæc autem Samaritis publicè quæ commiserat delicta, fateri videtur, dum ait, Venite, videte hominem qui dixit mihi quæcunque feci.

Alterum est in Dei laudes prorũpere & alios docere: vt reparatione quadam ea quæ destruxeris extinguas. Sic Dauid, Docebo (inquit) iniquos vias tuas. Et hæc omnem ciuitatem instruit & ad Christũ adducit. Interim quòd vnius mulieris voci credunt Samaritæ, & ad Christum properant, confusio Iudæis est, qui tot Prophetis perlectis, & audito Ioannis præconio, visis miraculis, & audita Christi doctrina, cum tamen non receperint, immò

Obseruatio doctrinæ.

ternus non deficit. Sic licet Paulus 1. Corint. 14. orabo (inquit) spiritu: orabo & mente: non excludit tamen orationẽ vocalem. Non enim dixit se tantum spiritu oraturum. Immò & tandem vocalem Dei laudem in ædificationem Ecclesiæ, vtique externam commendat dicẽs, Vnusquisque psalmum habet Apocalypsim habet. Sed & Christus ipse vocaliter nos orare docuit. Matth. 6. Et idem orauit, Ioan. 12. & in horto Matth. 26. & in cruce Luc. 23. Sed neque cæremonias quæ in cordis & affectus testimonium edũtur obseruauit positis genibus, procidens in terram in faciem suam: sublatis aliquando in cælum oculis. Ioan. 17. Luc. 22. Matt. 26. Hinc & Paulus puras ad Deum leuare manus admonet.

Quòd ad vnius mulieris vocem Samaritæ ad Christũ accurrunt, cordis Iudaici durities retunditur: vt & exẽplo Niniuitarum Matth. 12. necnon

Obseruatio doctrinæ.

necnon eorum quos tot admonitiones, scripturæ, & inspirationes nõ excitãt, obstinatio.

Obijciet quispiam, inquit Cyrillus in Ioan. lib. 2. cap. 105. si ipse filius voluntas Patris est, quam voluntatem Patris perficere missus est? Alius enim est qui perficit, aliud quod perficitur. Nos autem dicimus, quia & si horum nominum potestas diuersa certe requirat significata, sæpe tamen in Deo pro eodem accipiuntur: sed humano more quandoque dicuntur, & si simplex sit Deus. Non enim possimus aliter de Deo loqui. Intelligere autem omnia ita debemus, vt Deo congruant, & sic linguæ nostræ imbecillitas nobis detrimento non erit. Hæc igitur dicta sint vt voluntatem Patris filium plerumque appellari non ignoremus: quamuis hoc in loco necesse sit ita intelligere bonam voluntatem Patris (ait Gregorius Nyssenus lib. de beatitudinibus) qua omnes homines vult ser-

Interpretat.& obseruat.morum.

immò in eius mortem cõspirarint. Discamus & illorum exemplo toties facilem aurem prębere, quoties nobis & Christus & salus nostra annunciatur.

Interea rogabant eum discipuli dicentes, Rabbi, mãduca.

Illi compatientes, quod iam & longo defessus itinere nec quidem die ad vesperum tendente cibum sumpsisse videretur.

Dixit eis Iesus, Ego cibum habeo manducare quem vos nescitis. A rebus quæ iam instabãt responsio texitur. Sciebat enim dominus ad eũ statim Samaritas properaturos, & verbum suum excepturos: in quorum salute vt famelicus in cibo sibi complaceret. Nimirum, inquit Cyrillus Alexandrinus lib. 2. in Ioannem cap. 102. pastores Ecclesię dominus suo persuadebat exemplo, saluti hominum potius quàm suo corpori studere, ne illud Propheticum audiant Hiere. 48. Væ qui opus domini facitis negligenter.

Dicebant ergo discipuli adinuicem: Nunquid aliquis attulit ei manducare?

Non intellexerunt discipuli verba domini: atque ideo ab aliquo meliorem forsan illi allatum cibũ cogitabant: adeo animalis homo non percipit ea quæ Dei sunt.

Dicit eis Iesus: Meus cibus

Interpretat. & obseruat. morum.

est vt faciam voluntatem eius qui misit me, & perficiam opus eius.

Obseruatio doctrinæ.

Nudè rem ipsam pronunciat. Nã quoniam futuri erant orbis magistri, suo eos formare volebat exemplo: vt subditorum salutem & Patris voluntatem potius implerent, quàm seipsos pascerent delicatis cibis. Nimirum militem Christi oportet ventris curam abijcere: se autem totum Deo & proximis deuouere. Habendi sunt igitur ex aduerso Christi sarcophagi hæretici: illi enim potius de corporali cibo quàm spirituali solliciti sunt. Immò neque verentur cibo suo fratres perdere, & carnium voracitate illis scandalum inijcere, pro quibus Christus mortuus est. 1. Cor. 9. Adeo illorum Deus venter est Rom. 14. & suo ventri potius quàm Christo Iesu domino nostro seruiunt Rom. 16. suámque potius animalẽ quàm Dei voluntatem complere nituntur.

uari: & ad agnitionem veritatis venire. Hic enim est cibus animę vt nostram ipsorum salutem esuriamus, & sitiamus diuinam voluntatem, sicut habetur Matth. 5. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam.

Nonne dicitis quod adhuc quattuor menses sunt & messis venit?

Vt sub aquæ typo mulierem, nunc discipulos messis similitudine, quam temporis occasio ingerebat, instruit, & præ oculis spiritalia ponit. Initium enim veris erat, inquit Cyrillus, & sata vix adhuc herbescentem viriditatem emiserant: quæ post quattuor menses vt matura seges, metentium manus poterant desiderari. Quod autem addit,

Ecce dico vobis, leuate oculos vestros & videte regiones quia albæ sunt iam ad messem.

Spiritualem messem terrena maturiorem esse docet, qua nimirum Samaritani velut sata herbescentia ad integram fidei cõfessionem velut maturitatem properant. Quasi dicat, ait Cyrillus, Si aliquantulum mentis oculos à rebus terrenis in altum leuabitis, ac spiritualia sata cõsiderabitis, messem iam adesse videbitis.

Ecclesiæ congregatio, sub segetum & messis typo doctè exprimitur, quia

1. Semen est verbum Dei, Matth. 13. Rom. 10. quod præcedere omnem fidem oportet.

2. Segetes

Obseruatio doctrinæ.

2. Segetes sunt fideles, qui sensim ad Dei agnitionẽ crescunt.
3. Agricola summus est pater. Ioan. 12.
4. Seminarunt Patriarchæ & Prophetæ.
5. Messores Apostoli & eorum successores, verbi quoque diuini ministri.
6. Seges albescit cùm iam maturus est, & promptus ad suscipiendam fidem Christi & veram religionem animus.
7. Falx messoria Apostolorum splendida prædicatio est, quæ à legalibus figuris auditores abscindens, ad perfectiorem Dei cultum transponit.
8. Vehiculum, Christi gratia, quæ in fideli & operatur velle & perficere. 9. Area Dei Ecclesia est.
10. Flagellum tribulationes & virtutis exercitia.
11. Ventilabrum Iudicium diuinum, & discretio bonorum à malis. 12. Horreum domini, gloria & fœlicitas æterna.

Et qui metit mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam: vt & qui seminat simul gaudeat & qui metit.

Messem igitur vocat Euangelicam doctrinam: quod tempus.

1. Lex præcesserit, sub qua Prophetæ seminarunt & Christi veri solis aduentum præuenerunt: fideles quoque per Christum congregandos prænunciarunt.

2. Tandem vero homines prius legalibus cæremoniis velut terræ affixi in manipulos, id est Ecclesias seu diœceses ab Apostolis compacti fuerunt.

3. Iidémque in aream, id est veram Ecclesiam Christi gratiæ, & prædicationis vehiculo delati sunt fideles: vt tandem flagello tribulationum à palea peccatorum segregati, in Dei horreum recondantur, nimirum gloria excipiantur æterna. Et hæc messorũ efficiet prædicatio quę sine mercede futura nõ est. Colliget enim fructum qui possit æternaliter viuentem nutrire. Nec soli hac mercede lætabuntur, Messores apostoli, sed quia labore Prophetarum seminata colligent, in vna celebritate cum illis triumphabunt, vt & Prophetæ qui seminarunt simul gaudeant, & qui metunt Apostoli.

In hoc enim verum est verbum, quia alius est qui seminat aliusqui metit.

Interpretat.& obseruat.morum.

Alia enim est vmbra, alia lux: alia figura, alia veritas: alia lex, alia gratia. Sub lege est qui seminat: sub gratia qui metit. Prophetæ enim seminarunt fidem Christi venturi, & spem quæ nobis in illo reposita est: Sed hanc iam maturam in fidelibus collegerunt Apostoli.

Ego misi vos metere quod vos non laborastis: alij laborauerunt & vos in labore eorum introistis.

Non quod vosmetipsos huic muneri temere ingesseritis: misi enim vos sicut oues in medio luporum. Laborarunt prius Patriarchæ & Prophetæ vt doctè Ireneus lib.4.in Valentinianos cap.40.hunc locum examinans interpretatur, cùm præfigurauerunt nostram fidem, & disseminauerunt aduentum filij Dei. In labores autem eorum introierunt Apostoli, cùm prius quodammodo instructos à Prophetis ad fidei maturitatem sua prædicatione adduxerunt. Porro hæc dicit Christus vt eos moneat cõgaudere quòd tot Samaritæ confluxuri essent ad eum, cùm hinc argumentum habituri sunt futuræ totius Samariæ, eorum prædicatione tãdẽ ad Christianismũ reductionis, vt habetur Act.8.

Ex ciuitate autem illa multi Samaritanorum crediderunt in eum propter verbum mulieris.

Hoc quasi mirantis est Euangelistæ dictum, quod vnius mulierculæ testimonio ad Christum adducti sint, induratis interim Iudæis.

Cùm venissent ergo ad illum Samaritani, rogauerunt illum vt ibi maneret, quem tamen explodebant Iudæi.

Et mansit ibi duos dies. Libenter eorum postulationi annuens, qui sciebat non paruum fructum inde secuturum. Hinc intelligere fideles oportet, quod Christus longe ab offendentibus eum recedit: habitat autem in his qui humili obedientia & sincera fide sibi coniunguntur.

Et multo plures crediderunt in eum propter sermones eius. En Christi cohabitationis fructus. Et mulieri dicebant, quia iam non propter loquelam tuam tantum credimus, ipsi enim audiuimus, & scimus quia hic est vere saluator mundi Christus.

Adeo

Interpret.& obseruat.morum.

Adeo formatur fides in his, vt certo protestantur illum verè Messyam esse.

ORATIO.

DOmine Iesu Christe, hominum amantissimè, qui Samaritidem ad sui reatus agnitionem adduxisti, verum cultum in spiritu & veritate commendasti: Samaritas quoque cum eis conuersando vberius instruxisti: illorum saluti congaudendum Apostolos docuisti: concede nobis propicius vt impietates nostras agnoscentes & deflentes, te verè colere, fratrésque errantes reducere, vt simul nobis horreo illo gloriæ tuæ excepti congaudere valeamus. Amen.

SABBATO POST 3. DOMINICAM quadragesimæ.

Euangelium habetur Ioan.8.

Perrexit Iesus in montem oliueti &c.

Introduct.in Euang.

Non is semper bonus iudex est, qui ad vnguem noxios cõdemnat: sed qui pensata personarum, locorum & temporum ratione, quæ videntur ad rem publicam & iusticiæ stabilitatem facere sancit & decernit. Ita quoque Christus hoc se Scribis & Pharisæis præferendum docet, quod infirmi sexus necnon temporis gratiæ ratione habita, adulteram absoluit: ita tamen vt in priora peccata relapsum prohibeat: vt

Interpretat.& obseruat.morum.

Perrexit Iesus in montem.

VT solebat: quemadmodũ Luc.22.Marc.11.& Mat.21. refertur. Oraturus scilicet: vt Mar.6.& Luc.6.cõsueuisse dicitur. Oratio autem in monte tritissima Moisi, Israele in Amalechitas pugnante. Exod.17. & Samaritis Ioan.5. 1. Quod verò montem ascendit vt oret, mente & spiritu orandum docet. 2. Quod nocte, quieto pectore ab omnibus terrenis preces faciundas insinuat: 3. séque semper homini saluti consuluisse. Cyrillus Alexandr. l.5. in Ioa.c.14. Oecumenius noctu secessisse dicit, vt nocturnas insidias declinaret. Duobus siquidẽ maximè pastoris officiũ perficitur: oratione scilicet, & verbo: vt Apostoli ipsi-

Interpretat. & obseruat. morum.

met docuerunt: Dicebāt enim, Nos orationi & verbo instātes erimus. Et Paulus Pontificē offerre debere p peccatis Hebr. 5. Laudabilē quoque sacerdotē qui laborat in verbo & doctrina monet. 1. Timot. 5. c. Sic olim sacerdotes pro cuiusuis necessitate orabāt. Paulus Col. 1. b. Non cesso (inquit) pro vobis orare. Sic Proclus in Liturgiæ traditione depingit Apostolos olim in mōte Syō sacris liturgiæ precationibus & mysteriis pro salute gregis vacasse. Idē Basiliū, Chrysostomū, permultōsq; alios Ecclesiæ Antistites fecisse. Nimirum & eorū est ieiunia & preces indicere: vt Tertull. l. de ieiunio in Psychicosaperit. Manifesta est quoque altera pars muneris Episcopalis, diuini verbi prēdicatio in Synagogæ principibus, quorū erat scrutari scripturas, in Apostolis quibus datum est nosse mysterium regni & dictū à Christo, Prædicate Euāgelium omni creaturę. Quid enim cōfūdit hæreticos Arrianos, Macedonianos, Nouationos & huius farinę schismaticos nisi prædicatio, atque Episcoporū doctrina? Sed nūc proh dolor! cathedræ Episcopis vacuæ sunt. Oliueti. Diuus Augustinus tract. 33. in Ioannē. Et Cyril. Alexā. Alcuinus & Beda obseruāt mōtem oliuarū non absque Christū potius conscendisse, quàm ceteros mōtes: quòd mons oliueti altitudinem & copiā diuinæ significet misericordię. Nam olei nomine in scripturis,

Dei

Introduct. in Euang.

in hodierno habetur Euāgelio. Facta sūt verò quę Euāgelica narrat historia, anno ætatis Iesu trigesimo secūdo: mēse octauo die vigesima sexta, decima octaua mēsis Septembris, quem Hebræi Tersi, & Ethamin vocāt: cùm die festo Scenophegiæ mediāte venisset Hierosolymā. Nocte enim sequente diē hunc quo accesserat, in mōte oliuarū pernoctauit: summóq; tandem diluculo rediēs in tēplū, quę hoc referūtur Euāgelio patrauit.

Summa.

Porrò quinq; ad summū pādūtur. 1. Pastoris veri officium in typo Christi, qui & orarit, & verbū Patris annunciarit. 2. Factū Pharisæorum, qui mulierem in adulterio deprehensam ad Iesum adducūt. 3. Christi ad eos refōsio. 4. Illorū cū cōfusione discessū: et 5. adulteræ dimissio.

Obseruatio doctrinæ.

Primum autē notandū est hāc historiā in multis Græcis codicibus repertā nō esse: vnde nec Chrysosto. nec Theoph. in

Obseruatio doctrinæ.

in Ioā. nec quoq; Amnonius Alexādrinus harmonia sua in 4. Euāgelia eius meminerint. Verum Eusebius Cæsarien. l. 3. hist Eccles. c. vltimo: Papiā testē adducit, quod historia hæc in Euangelio quod dicitur secundū Hebræos scripta sit. Sed neq; aliquid vetat eam multis in Græcis voluminibus descriptam fuisse, cùm Tatianus Alexādrinus eā harmoniæ quattuor Euāgeliorū quā Græce edidit cap. 120. inseruerit: necnō eā Oecumenius author Græcus, Cyril. Alexand. interpretatus sit. Nec dubiū est antiquos omnes patres Ecclesiæ latinę hāc pro Euangelica habuisse: cùm quotquot Ioannem explicant eam non omittant.

Quid sit Adulterium, Adulter, qd eū vltio sequitur, & quę, & cur, &c.

Adulterium est, cùm quomodo disiunctis duobus, quos Deus iunxit in vnam carnem, alia caro, immò aliena miscetur, de qua dici non possit: hæc est caro de carne

Interpretat. & obseruat. morum.

Dei misericordia sæpius exprimitur, multis de causis. 1. Vt quæ plagas animæ nostræ curet. 2. omnem depellat languorē. 3. fortem reddat Athleram contra aëreas potestates pugnatorum. 4. Vnde (ait August.) sicut Chrisma vnctio, ita nos Christus vnxit, quia luctatores contra diabolum fecit.

Et diluculo iterum.

1. Quo exortum mundo nouæ gratiæ lumen, per incarnationē exibitum, designaret. Cyrill. Psal 111. Esa. 9. Rom. 13. 2. & insinuaret se verbū illuminans oculos annūciaturū.

venit in templum.

1. Vt hîc aggregatam multitudinem facilius doceret.

2. suam doctrinam palam faceret: cùm nec angulos quærat veritas.

3. Vtque eo in templo quo vetera per seruos suos, noua Deus per filium suum doceret.

Et omnis populus.

1. Quòd omni populo, id est à minimo ad maximum pateret ad Christum aditus.

2. Libera quoque populo & patēs omnib⁹ prædicatio esse debeat.

3. Feruore quoque suæ salutis ducti, omnem verbo diligentiam impendere debeant.

venit ad eum.

1. vt oues ad pastorem. 2. discipuli ad magistrum. 3. vt redderet figuram templi vmbratilis & sacrificiorum eius, veritati & prototypo,

Interpretat. & obseruat. morum.

& sedens docebat eos.

1. Vt doctrinæ suæ maiestatem signo aperiret & gestu. 2. vt pacis amicam Euangelicam doctrinam doceret. 3. vt quieta mente ab omni carnis affectu proferendam ostenderet.

Adducunt autem Scribæ & Pharisæi mulierem in adulterio deprehensam.

Rationem pandet statim, quòd id facerent tentantes Iesum. Adducũt vt zelo legis permoti, sed intus pleni dolo & rapina. Carnifices esse volũt mulieri occidendæ, qui filij Dei mortem moliebantur: adeò manus eorum plenæ erant sanguine.

Et statuerunt eam in medio.

1. Optimè quidem, si vt non inducta palam causa condemnetur: sed ecce modo Christum morti adiudicarant, nondum tamen conuictum Ioan. 7. 2. Hinc impiè factũ istud conijcitur: cùm hanc accusando se iustificare tantum conentur: Christúmq; in sermone capere. 3 Cúmque velut aliquo tropheo exultent, gaudẽtérque mulierculã hanc trahant, cui cõpati & misereri deberẽt.

& dixerunt ei, Magister.

1. Statim occurrunt verbis Christi, ne ipse scilicet eis dicat, sicut & aliis. Quis me constituit iudicem super vos? Magistrum enim vocant, quasi qui sensa legis facilè dissoluere posset. Etverè quidem poterat, sed eius nolunt esse discipuli, fin.

Obseruatio doctrinæ.

mea, & hoc os ex ossibus meis. Genes. 2. 2. Adulterũ autem etiam propriè censet Tertull. l. de pœnitentia: M. & Basilius l. de virginitate qui aspersus concupiscentia matrimonium contaminauit. Radices huius peccati statuit Tertul. l. de patientia, mirum impatientiam libidinis & precium in fœminis venditionis pudicitiæ.

3. Vindicata adulteria testatur diluuium ea de re immissum, (vt testis est Berosus) & conclusa vulua omnis domus Abymelech. (Gene. 20.) quòd is Saræ castitati insidiaretur: & quod 2. Reg. 12. Nathã prædixit, Dauid non recessurum gladium de domo eius, quia Vriæ vxorem constuprasset. Immò olim conuicta de adulterio, aquis maledictis haustis cõput rescebat. Num. 5. 4. causas, cur tam graue sit adulterium, examinat Philo l. de decalogo.

1. Quod non solum corpus sed & malis moribus animus corrumpitur. 2. quod mulier adultera

Obseruatio doctrinæ.

adultera auersetur maritum & odio prosequatur. 3. Quod etiam malũ multo leuius esset si non dissimularetur.

4. Quod postquam illusa muliere dispumauit adulter in libidinem, abit ridens læsi mariti ignorantiam. 5. Quódque ille velut cæcus, ignarus fraudis domesticæ ex infensissimis hominibus prolem vt propriam habiturus sit. Ideò (ait idem l. de specialibus legibus) adulteri capite plectẽdi sunt, vt publici hostes humani generis, ne impunè plures domos contaminent: cui consentit Hesichius l. 6. in Leuitic. c. 20. 5. Ideo non mirum si tot leges in hoc peccatum editæ sunt, etiam à Paganis: adeò vt varia illis supplicia decernerent, quæ Alexander ab Alexand. l. 4. Genialium dierum c. 2. variè expandit. E quibus hîc addemus Solonẽ licitã fecisse Mæchi internecionẽ: Macrinum Imperatorẽ Rom. adulterij cõuictos viuos concremasse, & parietibus inclusisse. 6. Quod

Interpretat. & obseruat. morum.

gunt tamen paratos se esse ad audiẽdam eius de hac re sententiam, vt promptius dicat quid sentiat.

Hæc mulier modo deprehensa est in adulterio.

Timent ne si tantum suspectam esse de adulterio dicant, à se iudiciũ reijciat, vt pote re nõdum probata. Ideo non tantum conuictam, sed & deprehensam esse dicunt, vt nihil de re ambigatur, sed in promptu sententia efferatur. Habent enim vim hæc omnia, Modo deprehensa & in adulterio, id est concubitu, quo fides thori maritalis violatur.

Moses autem in lege mandauit nobis huiusmodi lapidare.

1. Per Emphasim, Mosem nominant vt Dei amicum Exod. 33. legislatorem Heb. 3. fidelem seruum in domo Dei 2. Nobis, quoque aiunt, Vt hoc glorientur sibi commissam legem, & vindictam, necnon omniũ reformationem. 3. Huiusmodi, dicitur per contemptum q. d. tam grande nefas & piaculum. 4. lapidare, genus dicit supplicij, quod apertè explicitum est Leuitic. 20.

Tu ergo quid dicis?

Quasi dicãt, Et si nobis magnus est Moses, tu tamẽ maior: qui & Moysen, legẽ, nósq; reformes. Impingũt enim his verbis occultã Christo arrogãtiam & blasphemiã, vt putant: cùm interim ipse verè maior sit Moyse: Hoc autem dicebant tentantes eum, vt possent accu-

Interpretat.& obseruat.morum.

sare eum. 1. Vt si eam à pœna legis absoluat, protinus vt legis præuaricatorem iustè accusent. 2. Sin verò iuxta legem dicat eam saxis opprimendã, statim rideãt: vt qui misericordiam in proximũ prædicet, & accedẽtes ad se Publicanos & peccatores admittat. Qui etiam apud populum boni & mansueti nomen assecutus esset, alioquin immitis.

Notemus ergo hoc tentationis genus vt ab eo fugiam⁹. Tẽtat suos Deus sed in bonũ. Tẽtat diabolus, tentant & inimici, sed in malum & vt perdant. Ecce nimirum vt Pharisæi patrem diabolum sequuntur. Tentant Iesum non vt admoneant, sed accusent & condemnant.

Iesus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terra.

1. Vt se legis reformatorẽ doceat, cùm eiusdem conditor fuerit: qui sicut nunc in terra, sic digito in lapideis tabulis mandata sculpserit.

2. Vt sua eum inclinatione per incarnationem venisse doceret, quo in tabulis cordis carnalib⁹ doceret.

3. Vtq; signo humiliandos ad terram & propriam infirmitatem omnes qui alios accusaturi essent ostẽderet. 4 Demũ vt se in stilo ferreo, & plumbi lamina, immò ad æternã memoriã peccata omniũ aliquãdo reuelanda obseruare insinuaret.

Quòd priusquã sententiam ferat Christus scribit, obseruat Cyrill. Alexand. prius inuestigandã veritatem, & digito discretionis singula ad

Obseruatio doctrinæ.

si quæ in leges has inuecta sunt, à corruptis moribus dimanarunt. Nicolaitarũ enim hæresis non à Nicolao sed à sua libidine didicit omnibus mulieribus cõmisceri: cũ Nicolaus hoc tãtum omnib⁹ suã vxorẽ permisisse dicatur, q̃ ab Apostolis durius de zelotypia increparetur. Sed & impudica Iulij Cæsaris infamia, quod esset omnium mulierum vir, & omnium virorum mulier, fecit vt ille tot vxores ducere permitteret, quot quisq; vellet. Vnde quoque Mahumetus vt suis licere voluit, nisi quod & ab his ipse tẽperare non potuit? Et Valẽtinianus hac tantũ nota diffamatur, quod plures ducere vxores permiserit: vt sibi liceret cum Seuera Iustinam admittere. Niceph. l. 11. c. 33. Et Paulus Diaconus lib. 1. de gestis Rom. His enim legibus adulteria probare visi sunt. Quærũt nõnulli quid scriberet Iesus. Caluinus vtique vt in ceteris permultis ridiculosissimus, immò & impiissimus

Obseruatio doctrinæ.

mus est, commentariis suis in Ioannẽ, Augustinũ se nõ probare asserit, qui tractatu in hãc historiam obseruet, Christũ in terra scripsisse, vt doceret quãtum distaret Euangeliũ à lege. Hoc nimirũ maximè, q̃ lex in tabulis lapideis, Euãgelium verò in tabulis cordis carnalibus scriptum sit. Verùm quid melius adfert censor ille Caluinus? Quid Augustino nasutius? Christum vtiq; stulto & nugigerulo cõparat. Nihil enim agebat Christus, inquit, sed ac si quis digito quasdam lineas per murum circunduceret, tum cùm verba ei fierẽt: aut dorsum verteret, aut alio aliquo signo satis se non aduertere verba loquentium ostẽderet. Hæc Caluinus. Perbella vtique interpretatio, immò impudẽtissima calumnia. Sic temerè grauissimos patres reijcit, vt suas blasphemias in Christum statuat. Verùm quid nonnulli alij præter Augustinum senserint expendamus. Non desunt (ait Cyrillus Alexandrin.) qui affirment dominum notas quasdam terræ inscripsisse, quibus quisque accusantium sua, oculis coram conspiciebat peccata & mentis obiecta cernebat. Diuus quoque Hieronymus parte 1. epistolarum, tractat. 2. libro 2. dialogi contra Pelagianos. Scribebat, inquit, in terra, eorum videlicet peccata qui accusabant,

Interpretat.& obseruat. morum.

la ad rem propositam pertinentia examinanda, quàm iudicium feramus de proximo. Quod etiam probat ex eo quod Genes. 11. dominus descendisse dicitur vt videret turrim quam ædificabant filij Adam: Et Genes. 18. flagitia Sodomitarum vindicaturus dixit ad Abraham: Descendam & videbo vtrum clamorem qui venit ad me compleuerint an non, vt sciam. Vnde Nichodemus Ioan. 7. Nunquid lex nostra, &c.

Cùm ergo perseuerarent interrogantes eum.

1. Aut quasi silentio Christi insolentiores.

2. Aut ad scopum & sententiam expectandam, proniores, quàm ad suorum agnitionem peccatorum.

erexit se.

Interpret. & obseruat. morum.

1. ad defendendam mulierculam, qui in Sathanã se erigit, ad tuendos peccatores. 2. Ad retundendam eorum impudentiam, hypocrisin & audaciam. 3. Vt se tutorem & protectorem infirmorum assereret.

Obseruatio doctrinæ.

& omniũ mortaliũ, secundũ quod scriptũ est in Propheta, Relinquẽtes autẽ te super terrã scribẽtur. Erat igitur scriptura hæc vt & speculũ quo vultus omnis dignoscitur.

Docet igitur nos Christus suo exẽplo tuendis his quos mundus persequitur: & reducendis supportandisq; peccatoribus, faciles esse debere: immo & vindicandis iis in sycophantas promptissimos.

Et dixit eis, Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat

Foris enim calumniabantur: seipsos intrinsecus non perscrutabantur. Adulteram videbant, se non perspiciebant. Ideo dicit dominus. Puniatur peccatrix, sed non à peccatoribus. Impleatur lex, sed non à præuaricatoribus legis. August. tract. 33. in Ioan. Quasi dicat (ait Cyrillus) Iussit Moses adulteras lapidari secundum legem: sed ab his duntaxat qui sunt obseruatores legis, non præuaricatores. Neque enim fas est trãsgressionem legis ab eiusdem transgressoribus vindicari.

Et iterum se inclinans, scribebat in terra.

1. Vt & denuo illos signis conuincat. 2. Vt dum ipse in eos non respiceret, erubescerent lenius redarguti: vtque ita illo in scribendo occupato, liceret eis sensim abscedere, antequam manifestius condemnarentur: Nam sua summa benignitate etiam ipsis pareebat. Oecumenius in Ioannem.

Docet dominus his & verbis & inclinationibus (ait Cyrillus Alexand.) nos antequam peccantem fratrẽ corripiamus: & postquam corripuerimus, ad intima cordis nostri inclinari debere; vt & bis inclinauit se in terra. Siquidem viderimus nos simili morbo laborare quo frater, prius id in nobis castigemus, vt cum mansuetudine tãdem fratrem corripiamus. Ne nobis Paulus dicat, Rom. 2. In quo alterum iudicas, teipsum condemnas. Itaque vt ait, ad Galat. 6. Fratres, si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, corripite huiusmodi in spiritu lenitatis: cõsiderãtes nosmetipsos, ne & ipsi tentemini. Omni quippe vitio debet carere qui in alterum paratus est dicere.

D. Cyrillus

Obseruatio doctrinæ.

D. Cyrillus Alexand. huic loco inserit contra Nouatianos disputationem: qui adeo seuere elapsum in peccata damnarunt, vt quia Christus ait his quos curabat, aut absoluebat, Vade, et amplius noli peccare, dicerent decidentibus in vitia post susceptum baptisma, denegãdam pœnitentiam. Sed nunquid & hæc in Iudæorum numerum fuerat coaptata, sicut & tãdem per baptisma inter Christianos numeramur? Et tamen ecce absoluit peccantem. Num Petro qui postquam in Christi discipulum assumptus fuerat, peccauit, pœnitentiæ locus superfuit? Libet hic etiam quædam ex Cyrillo affari. Peccauerant Israelitæ in vituli adoratione, orauit Moses dominum, et præuaricationis huius veniam obtinuit, Exod. 32.

Flagrauit desiderio carniũ populus & murmurauit, Num. 11. qui rursum deprecante Mose placatus est. Attonitus exploratorum narra-

Interpret. & obseru. morum.

Audientes autem hæc vnus post vnum exibant.

Ita impleta est figura Goliath funda Dauidis percussi, humi prostrati, & demum obtruncati. 1. Reg. 17. Nã Pharisei gladio verbi Dei percussi animo consternati sunt, Cyrillus. Nullus enim seipsum immunem à peccato dicere poterat, immò nec à grauioribus excusare.

incipientes à senioribus.

1. Siquidem à senioribus egressa fuerat iniquitas. 2. Et qui seniores erant, cùm non haberent quod responderent, hîc diutius morari erubescebant. 3. Audierant quoque talem respõsionem (ait Rupertus) vt de ea nullam spem accusationis habere possent: ideo confusi sunt nec potuerunt stare. Obserua post terrores læsæ conscientiæ: post Sathanæ in nos assultus: post mille diabolicas accusationes, quæ in peccatorem stare possunt, dissolui hoc vniuersum nostrorum inimicorum theatrum & euanescere, si modo cõstãter Christo adhæserimus, nec de eius bonitate diffidamus: vt accusatores huius mulieris abeunt in fumum: illa verò absoluitur. Hanc fiduciam Iob in se explicat, dicens, Iob 17. a. Pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. Et Dauid, Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum.

Et remansit Iesus solus.

1. Vt iudex. 2. vt peccatorum ex-

Interpretat. & obseruat. morum.

purgator. 3. vt gratiæ collator. 4. vt & iustificator.

& mulier in medio stans.

1. Misera cum misericordia. Augustinus. 2. In Gētilis populi typum, qui primum reus factus à Iudæis, Christo se adiungens absoluetur, senioribus Iudæorum recedētibus.

Erigens autem se Iesus, dixit.

1. Vt sententiam ferret.
2. Vt mulierem admoneret.

Mulier, vbi sunt qui te accusabant? Nemo te condemnauit? Quæ dixit, Nemo domine.

Non quod ignorauerit ipsos discessisse, sed vt exemplum daret his, qui in iudicio quenquam absoluturi sunt ab aliquo crimine obiecto, ipsos liberum debere cōcedere accusantibus audiendis locum: quo dilucidius cōstet eius qui liberatur innocentia & integritas. Cyrillus.

Dixit autem ei Iesus, Nec ego te condemnabo.

1. Cùm nouerim te satis cōtritam, misericordiā expectare. Ecce enim veni non iudicium, sed misericordiam facere, Matth. 9. b. & vocare peccatores ad pœnitentiam. 2. Nec enim dominus fauebat peccatis, sed sacrificium cordis contriti acceptabat, Psalm. 50. Intendant ergo (ait August. tract. 33. in Ioan.) qui amant in domino mansuetudinem, & timeant veritatem. Quòd enim modò sustinet peccantes, iudicaturus est contemnentes, Rom. 2. An diui-

Obseruatio doctrinæ.

tione cōquestus in dominum. Iterum Moses Deum placauit, Num. 14. Adducit demum varias scripturas, sententias & exempla ex Numer. 22. Iudic. 2. 2. reg. 12. 2. reg. 24. 2. Paralip. 33. Psalm. 40. 145. 102. Esay. 43. Ezech. 18. Prouerb. 24. Matt. 18. Galath. 4. Apocalips. 1. Denique exemplum prodigi filij excepti à patre, Luc. 15. Publicani iustificati, Luc. 16. Postremo huius mulieris adulteræ, quæ à condemnatione liberatur. De hac Nouatianorum hæresi habes apud Nicephor. lib. 11. histor. Eccl.

Docet quoque dominus hoc facto mulieri adulteræ non denegandam pœnitentiam: Vt habetur extra de pœnitent. & remißionibus c. Officij. Vnde Andreas Apostolus apud Patras Calystam vxorem Lysbij proconsulis adulteram, & à dæmone cū lenone suo interemptam, resuscitauit, & ad pœnitentiam admisit, Abdias, lib. 3. histor. Apostol.

Interpretatio & obseruatio morum.

tias longanimitatis & mansuetudinis eius contemnis? Si peccasti, pœnitentiam age, non vt pecces, sed ne pecces.

Vade, & amplius noli peccare.

1. Ne medicina, per incontinentiam subsequentem non prosit, sed obsit. 2. Quandoquidem propositum melioris vitæ exigendum est à pœnitente, ne velut canis redeat ad vomitum, & sus lota in volutabrum luti.

ORATIO.

DOmine Iesu Christe, qui vt doceres quàm pronus sis ad miserēdum, adulteram absoluisti, te deprecor ne accusantibus nos dæmonibus districtè punias. Scimus enim quod si iniquitates obseruaueris, non est qui sustineat. Miserere igitur nostri, & qui misericordiam magis commendas, quàm sacrificium, propicius induige, vt te tandem frui valeamus. Amen.

DOMINICA 4. QVADRAG.

Euangelium Ioan. 6. Matth. 14. Marc. 6. Luc. 9.

Abiit Iesus trans Mare Galileæ quod est Tyberiadis, &c.

Introduct. in Euang.

Patrisfamilias est non tantum filiis, sed & seruis prouidere, adeo vt quid manducaturi sunt sollicitus sit, cibúmque exhibeat. Deus quoque opt. max. cùm sit omnium opifex & pater, dat escam omni carni: dat etiam fenum iumentis: adeo vt om-

Interpret. & obseru. morum

IVcas cap. 9. paulo fusius hæc narrat: Recenset enim decollato Ioanne, famam Christi ad eum peruenisse: adeo vt quidam Ioānem à mortuis surrexisse: alij Helyā apparuisse: alij Prophetam vnum de antiquis surrexisse contenderent. Quibus auditis, narrat Herodem dixisse: Ioannem ego decollaui: Quis est ergo iste de quo talia audio? Hinc quęsisse videre Christum. At verò pientissimus dominus, 1. ne

Interpret.& obseruat.morum.

humanam ab Herode gloriam venari, 2. & se in discrimen capitis multa necessitate, aut iusta occasione requirente conijcere videretur, secessit in desertum locum. Non (ait Hieronymus in Matthæum) timore mortis, vt quidam arbitrantur.

3. sed parcens inimicis, ne homicidium homicidio iungerent. 4. Vel in diem Paschæ suum interitum differens, in quo propter sacramẽtum immolandus erat agnus, & postes credentium sanguine respergendi. 5. Abiit quoque, ait Chrysostomus, hom. 50. in Matth. c. 14. ne suam diuinitatem manifestè reuelaret: cùm nondum eius reuelationis tempus adesset. Ceterum phrasis Hebraica est, omnes aquarum congregationes mare nuncupare: cùm & hic lacus Galilææ salsas aquas non habuerit. Hoc autem Hebræi à domino didicerunt, qui aquas omnes, maris nomine insinuauit, Genes. 1. Porrò hoc stagnum à Galilæa nomen sumpsit, quod à Iordane intumescens per eam laberetur. A Tiberiade autem, quod eius oppidi littori assideret. Tiberias verò olim dicta Genesareth, à Tiberio Cęsare nomen accepit: quo titulo donata est ab Herode Galilææ tetrarcha: postquam & nutantes illius vrbis ruinas erexit, eámque ampliore murorum ductu auxit. Præterlapsus ergo lacum, venit in locum desertum secus Iordanis ripam, à Salim vsque prope Iericho, versus vallem

fortem,

Introduct. in Euang.

nia eius impleantur bonitate. Proinde securè iactare in Deum omnem nostram curã debemꝰ, vt ipse nos enutriat: in Christum quoque omnem nostram confidentiam iactare, & illi adhærere: cùm suos & sacro verbo & Eucharistia pascat: nec deserturus sit, quin egenis succurrat, vt ex eo facto hodierni Euangelij elicitur: è quo etiã Athanasius eum verum Deum esse colligit, lib. de incarnatione verbi. Porrò contigerunt hæc anno prædicationis Iesu secundo, vt docet Ammonius Alexandrinus in harmonia Euang. c. 7. nimirum suæ ætatis 32. mense 3. die. 8. calendis Aprilis instante Iudaico Paschate: quo tempore, vt asserit d. Ireneus libr. 2. in Valentinianos paralyticum, qui iuxta natatoriã per 38. annos iacuerat, curauit: inde enim secedens (ait) cùm iam secũdo ad diẽ festum Paschæ conueniret, secessit trans mare Tyberiadis, vbi & cùm multa turba

secuta

Obseruatio doctrinæ.

secuta eum fuisset, de quinque panibus satiauit omnem illam multitudinem. Præter hanc panum multiplicationem, Matthæus cap. 15. recenset postmodum Christum 7. panibus & paucis pisciculis 4000. hominũ pauisse, è quibus 7. sportæ plenæ superfuerant: cùm prius retulisset c. 14. eum quinque panibus & duobus piscibus 5000. satiasse. Quæ duo insignia miracula diuersis temporibus contigerunt: hoc enim quod nostra Euangelica lectio narrat, paulo ante Pascha, vt diximus gestũ est. Illud verò eodem quidem anno contigit, sed paulo post Pentecosten, vt Ammonius obseruat ca. 8. harmoniæ.

Summa.

Quattuor verò tandem examinabimus. 1. Vt Christum in desertum locum abeũtem magna multitudo secuta sit. 2. Vt eorum misertus, discipulorum incredulitatem interrogatione expertus sit. 3. Vt panes &

Interpret.& obseru.morum.

fortem, vel prope montem Tabor, ab autone nuncupatum. In figuram vtique Ecclesiæ fugit, persecutionibus vrgentibus, quòd ea vltimis tẽporibus, vt Chrysostomus hom. 49. in Matth. cap. 24. & d. Hyppolitus martyr sermone de Antichristo, se in solitudines recipere debeat: adeo vt non sit qui in locis publicis aut Ecclesiam intret, aut oblationem offerat Deo. Quod & obseruare licet in Iudæis, qui sub Antiocho, Antichristi figura tempore Machabeorum in solitudines fugerunt: cui consonat illud Apocalypseos, c. 12. mulier fugit in solitudinem à facie draconis, vbi habebat locum paratum à Deo: vt ibi pascat eam diebus mille ducentis sexaginta. Sic tempore Iuliani, pij viri frequentibus exiliis mulctabantur. Et vt sub Decio & Domitiano ceterísque tyrannis in desertas insulas, locáque longinqua mittebantur. Sic sub Valente duo Macarij (Nicephor. Eccles. hist. libr. 11. c. 22.) Protogenes quoque & Eulogius (hist. tripart. lib. 7. c. 33.) ex Edessa Antinoem Thebeorum deportati sunt. Immò ferocientibus Arrianis, Christiani ex omni loco pulsi fuerunt, è ripa, ex vrbe, ex suburbiis Antiochiæ, &c. vt docet Theodoretus libr. 4. histor. Eccles. c. 25.

Et sequebatur eum multitudo magna, quia videbãt signa quæ faciebat, super his qui infirmabantur.

Interpret. & obseru. morum.

Adeo signis suam doctrinam confirmabat, vt pręter gratiam quę diffusa erat in labiis eius, operibus se Messiam esse contestaretur. Vtque magnes ferrum, ita Christus rudem plebem vi & verborum & operum suorum ad se pellexit. Obserua verò istius populi feruorem, 1. neque enim Ioannis audita morte terrentur (inquit Chrysostomus hom. 50. in Matth.) quin Christũ promptis animis sequãtur. Hoc ipso nos edocentes, ne quis humanus furor à Christo nos reuocet, Rom. 8. Quis enim nos separabit à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu? Matth. 10. Nolite timere eos qui occidũt corpus. Et si quis hominum Ecclesiam sequi prohibet, dicamus cum Apostolis: Si licet Deo parere magis, quàm hominibus? 2. Sed neque turbæ iste itineris difficultate terrẽtur: immò secutæ sunt Christum pedestres, vt notat Matthæus & Marcus: non in iumentis, non in vehiculis: vt labore multo Christus à viris fidelibus sequendus insinuaretur. 3. Nec eos cura rei domesticæ, nec ciborum penuria, ceteráque similia remorantur: quin vt olim Regina Sabba ad Salomonem, ita ad Christum procurrant. Proinde ne quis aliquod suæ incurię aut infidelitatis specimen à re domestica nanciscatur: nec enim excusati sunt in Christi parabola, qui ob villam emptam, aut quinque iuga boum, aut vxorem ductam, ad cœnam conuenire

Summa.

pisces mirabiliter multiplicarit. 4. Et tamen duodecim cophini reliquiarum superfuerint. 5. Adeo vt plebs in eius laudes exclamarit.

Obseruat. doctrinæ.

Licere quandoque in persecutione fugere, nõ timiditatis causa, sed quòd nec proficuè inimicis obijciamus, immò cũ detrimẽto Ecclesiæ aut familiæ: docet d. Athanasius, apologia quã edidit de fuga sua: idq; pluribus argumẽtis: Iacob, qui à fratre suo fugit, Gen. 28. Mosis qui metu Pharaonis ad Madianitas transiit, Exod. 2. Dauidis qui sæpius Saulis iram fugæ vitauit, 1. reg. Helyæ, qui Iesabel furente absconsus & fugitiuus tandem in Oreb venit: Prophetarum, quos tum absconditos in speluncis Abdias pauit, 3. reg. 19. Pauli, qui vt Præfecti regis Arethæ minas declinaret, in sporta per murum Damasci demissus est, Act. 9. Immò & ex 1. verbis, 2. & ex factis

Obseruat. doctrinæ.

factis Christi colligit. Ex verbis Matth. 10. Cùm vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliã, Matth. 23. Cùm videritis abominationem desolationis, &c. tũ qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes. Immò & factis, vt qui puer translatus est in Ægyptum, Luc. 2. fugit manus Nazareorum eum præcipitare volentium, Luc. 4. Et Iudæorum sæpius, quòd nondum venisset hora eius.

Interpret. & obseru. morum.

nire contempserunt. Grandis vobis cœna, & pabulum verbum domini est. Quantus verò hic fuerit stupor & incogitantia, ait Chrysostomus, hom. de non contemnenda Christi Ecclesia, si dum citharedus vel saltator, vel alius quispiam eiusmodi hominũ nos vocet, studiose omnes nos currimus: interim & gratiã ipsi quod nos vocarit, habemus, totúmque diem, vel certe dimidium consumimus, illi soli animum aduertentes. Deo vero per Prophetas & Apostolos nobiscum loquẽte, oscitamus, torpemus & æstuamus. 4. Vide quæso, vt plebs ista ne loci quidem solitudine retardetur: quo nec tempus, ceteræve circunstantiæ à Christiano adduci queant, quibus à verbo Dei audiendo excusetur. Disce igitur nihil prætexere, immò neque metu feruorem tuum remorari. Nam vt palma viget perflãtibus Euris, intus contusa incalescit: & aurum fornace probatum nitidius liquefit: Sic dum Christus fugit, tanto feruentior deuotio populum inter deserta ferarum lustra domósque trahit. Adeo auiditas populi excrescit in Christi verbum. Sic olim quanto pluribus tyrannorum decretis Christianismus prohibebatur, tanto liberiore animo & ad conciones & martyria Christiani conuolabant. Hoc vnico Edessenæ mulieris exemplo & dicto experiri licet: quæ si cùm sub Valente, Arriano, Christianis Ecclesiam d. Thomæ prohiberi, immò ad ipsam confluentes occidi mandatum esse intellexisset, discincta tunica, pręcipiti gradu puellum suum ad dictum locum currens rapiebat: Ne, inquiens, ceteris pro Christo occisis, ego & puer iste meus, eius summi beneficij expertes simus, Nicephorus lib. 11. histor. Ecclesiast. cap. 21.

Subiit ergo in montem Iesus, & ibi sedebat cum discipulis suis.

Interpretatio & obseruatio morum.

Lucas addit quod loquebatur eos de regno Dei. Mos verò Christo fuit satis frequens in monte docere, 1. quo apicem Euangelicæ doctrinæ longe legis vmbras excedere doceat: immò tanto magis quanto filius liberæ dignior est filio ancillæ. Vtriusque enim prætextu, vtrunque testamentum præfigurabatur, vt Paulus Galata. cap. 4. & in epistola hodierna docuit. 2. Ceu excelsum scandit, vt humilia nimirũ & terrena despicere doceat: Non iuxta viam Balaam ambulare, Num. 22. Aut concupiscentia instar Salomonis in mulieres exardescere. 3. reg. 11. Cùm vinum & mulieres apostatare faciant sapientem. Sed eum qui veritatem asserere contendit idem quod Ioseph facere insinuet, qui amplexus vxoris Putipharis fugit, Genes. 39. Idem quod Moses qui dignitatem regiam sub Pharaone contempsit, Hebr. 11. Idem quod Elyseus qui præmium à Naaman accipere renuit. 3. reg. 5. 3. Porrò quod Christus sedet cum discipulis, indicat & se postmodum in medio eorum, ceu totius Ecclesiæ per gratiam sessurum, Matth. 18. Mitto cur sedens doceret: possumus enim alibi rationem reddere. 4. Corporali verò refectioni spiritualem præmittit, quod anima plus sit, quàm esca. 5. Loquitur de regno Dei peregrinantibus hisce populis, quo nos doceat hac in via semper futura illa bona meditari, & cum Psalte dicere, Quãdo veniam & apparebo ante faciem Dei? Hęc enim consideratio nobis consolatio est. 6. Nec prætereundus ordo quem Christus obseruat. Relicta quippe in valle multitudine, discipulos suos in montem ducit: quo sicut loco, ita & authoritate eos eminentiores ceteris ostendat.

Interpret. & obseru. morum.

Erat autem proximum Pascha dies festus Iudæorum.

Hoc addit Euangelista. 1. vt fides fiat tantæ multitudinis Iesum sequentis, quę scilicet ad diem festum Hierusalem ascensura esset. 2. vt ratio miraculi reddatur in panibus: cùm sanctificatum azima comesturi essent: & nos in Paschate Eucharistiam communicaturi. Nimirum

Obseruatio doctrinæ.

Obserua in eo quod Ioannes proximum Pascha fuisse, cùm signum illud faceret Iesus, & tandem in Capernaum de sacramẽto corporis sui disseruisse meminit, potiorem quà hæc facta sint rationem assignasse. Nimirum vt facilior nobis fieret accessus,

Obseruatio doctrinæ.

sus, tam ad audiẽdam illam de manducando eius corpore concionem, quàm ad nostrum Pascha fidem, quo Christus & manducatur & sumitur pateret. Nimirum sensibilibus argumentis, diuina & spiritualia miracula in Eucharistia obseruata vtrobique panis specie comprobat. Nam quoniam sciebat infidelibus familiare esse, dicere quomodo? vt Iustinus martyr lib. de Trinitat. annotat: proinde de eius potentia penes Eucharisticum panem dubitaturos permultos, immò statim in Capernaum Iudæos, dicturósque, Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? prius illius potentiæ infinitæ irrefragabile argumẽtum proponit, dum virtute naturæ incomprehensibili, quinque panibus et duobus piscibus, quinque hominum millia pauit. Diuus August. lib. 2. de consensu Euangelistarum c. 46. quærit quomodo resolui potest quòd Ioannes dominum sci-

Interpretat. & obseru. morum.

hoc miraculo Dei virtutem in pane Eucharistico cõcipimus. 3. Vt tum prata viriditate risisse, vnde fenum multum hoc in loco fuisse intelligamus.

Cùm subleuasset ergo oculos Iesus, & vidisset quia multitudo magna venit ad eum.

Quare dicit (ait Theophilactus) cùm sustulisset oculos? Vt discamus quòd non solitus sit hinc & inde vagari oculis, sed compositus & attentus sedere. Subleuat ergo oculos, & nunc eos nunc illos attente respicit: docens non auertendam faciem ab vllo paupere, Tob. 4. Proinde multitudinem hanc magnam vidit, oculis nimirum misericordiæ suæ, Prouerb. 15. Oculi enim domini in omni loco cõtemplantur bonos & malos: maxime tamen eos respicere dicitur, quorũ vult misereri. Sic Threnorum cap. 5. Respice domine afflictionem nostram. Hinc est quod Marcus cap. 6. hanc enarrans historiam, exiens, ait, vidit turbam multam Iesus, & misertus est super eos, quia erant sicut oues non habentes pastorem.

dixit ad Philippum: Vnde ememus panes vt manducẽt hj?

Hunc maxime interrogat, quod de vico Bethsaida esset, vt obseruat Abdias Apostolicæ hist. lib. 10. 1. huic solitudini satis vicino, adeo vt ceteris commodius pecuniis comparare posset quæ emenda essent. Vel

Interpret. & obseru. morum.

vt Chrysost. hom. 4. in Ioānem adnotat, hunc præ ceteris interrogat, quòd doctrina indigere videretur. Hic enim est qui tandem ait, Domine, ostende nobis patrem. Proinde addit Euangelista.

Hoc autem dicebat tentans eum: ipse enim sciebat quid esset facturus.

Tentat in bonum, vt probet, & habita ignorantiæ & infidelitatis confessione eum instruat. Sic & magister discipulum tētare dicitur, cùm eius animi vires & doctrinā interrogatione experitur. Docere quoque volebat sapientiam carnis inimicam esse Deo. 1. Cor. 1. Nimirum cùm Philippus & ceteri sapere se putant, dum humana ratione de cōparandis panibus disputant, in Dei magnitudinis cōfessione hebescūt.

Ceterum quòd à rudi & crasso discipulo Christus Dei sapientia consilium quærit, sciens etiam quid esset facturus, suo prælatos instruit exemplo, ne consilia subditorum paruifaciant, quasi ipsi soli sibi sapere videantur. Nam quandoque olitor est optima locutus. Sic Moses non spreuit consilium Ietro soceri sui, sacerdotis Madian, Exod. 18. Nec Naaman verba captiuæ puellæ ex Israel, aut subditorum illi consulentium, vt Elisæo morem gereret. 4. reg. 5. Immò Cyrus etiam obuium sibi factum seruum nuper è vinculis ereptum, sui consilij participem

Obseruatio doctrinæ.

scitatum fuisse à Philippo vnde emerentur panes recenset: cùm ceteri Euangelistæ narrent discipulos orasse, vt dimitteret turbas. Soluit autem quòd post hæc discipulorum verba multitudinē aspexerit, & Philippum allocutus sit: adeo vt quæ ceteri omiserāt, Ioannes commemoret: Porrò sibi videntur sapere discipuli, dum orant, vt dimittat turbas, sed inconsideranter. 1. Timent enim ne sicut olim populus famelicus & sitibūdus murmurauit in Mosen in deserto: sic & iste in Christum.

Iunilius Africanus lib. 1. contrariorū, q. 37. Quomodo, inquit, Deus tentare dicitur: cùm è contra Apostolus Iacobus c. 1. prædicet, Deus neminem tentat? Sed duas esse tentationes in scripturis sanctis solet intelligi. Vna quæ decipit, altera quæ probat.

Tentatio duplex.

Secundum eam quæ probat dictum est, Deut. 13. Tentat vos dominus Deus vester. Secundum

Obseruatio doctrinæ.

cundum eam verò quæ decipit, Iacobus Apostolus prædicat, Deus neminem tentat. Cassianus collatione 6. Abbatis Theodori, cap. 11. rursus eam, qua Deus tentat iustos, duplicem facit. Primò quæ ob probationem est, sicut Abraham & Iob tentauit dominus, & per multos sanctorum. Immò & Israelem, Deuter. 8. Adduxit te Deus tuus quadraginta annis per desertum, vt affligeret te atque tentaret, vtrum custodires mandata illius, an non, Psalm. 80. Probaui te apud aquam contradictionis.

Secundò, ob emendationem tentat Deus etiam iustos pro leuibus culpis. Sic scribitur, Esa. 1. Excoquam ad purum scoriam tuā, Psal. 33. Multæ tribulationes iustorum, Heb. 12. Quem diligit Deus flagellat. Apoc. 3. Ego, quos amo, castigo, Ierem. 30. Castigabo te in iudicio, vt nō videaris innoxius: pro qua salutari emendatione orat Dauid, Psalm. 52. Proba me Domine & tenta me: vre renes meos & cor meum.

Interpret. & obseru. morum.

cipem effecit, eiūsque de bello in Astiagem gerendo sententiam exquisiuit: vt refert Iustinus historicus lib. 1. epitomes suæ in trogū Pomp.

Respondit ei Philippus, Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, vt vnusquisque modicum quid accipiat.

Denarius vsualis Iudæis duobus carolinis & duplo, id est, 22. denariis turonensibus respōdebat: vt Budeus l. de asse docet: adeò vt ducēti denarij 35. libras franciæ pecunias fecerint. Sic cuilibet è quinq; millibus cētenario 14. asses deputabātur: & viginti viris 35. denarij turonēses: quòd si quinq; millibus viris millenariū addas, quo paruulos & mulieres intelligas: sic duobus tres denarij turonenses adscribētur. Sed nec illa pecuniæ summa, famelicæ sufficiebat multitudini, si humanū modum cū Philippo spectes. Adeo virtutis omnipotentiæque Christi nō meminit Philippus, sed trepidus ad solā pecuniarū viam refugit, (ait Cyrill. Alexandr. l. 3. in Ioan. c. 14.) nullo alio modo hāc rē peragi posse existimans. Tales quidē sunt, qui res diuinas nō pluris faciunt, q̄ humanas: immò neq; alio modo fieri eas arbitrātur, q̄ naturæ familiari: aut si quid naturæ ordinem excedere vident, protinus ad infidelitatem labuntur.

Interpret.& obseruat.morum.

Dixit ei vnus ex discipulis eius, Andreas frater Simonis Petri. Est puer vnus hîc qui habet quinque panes hordeaceos & duos pisces: sed hæc quid sunt inter tantos?

Carnalis Andreas, vt & Philippus, non auertit Christi potentiam: eum mari & vētis imperitasse: incurabiles morbos sanasse, etiam & mortuos suscitasse: immò neque meminit mirabilium quæ fecit per Moysen seruum suum: qui manna & coturnices eduxit è cælo, Exod. 16. aquam è rupe, Num. 20. Immò neq; eorum per magnum illum Eliseum, qui fecit vt lechytus olei, & hidria farinæ viduæ Sareptanæ non deficeret. Si saltem aduertissent, Deum nūquam seruos suos famelicos impastos deseruisse: immò Abacuc capillis capillo ab angelo in lacum leonum Babyloniæ, cum eo quod messoribus ferebat prandio deportatum: adeo vt nec Daniel à leonibus deuoratus, nec ipse fame deperierit. Dicam etiā magis 3. reg. 17. Coruos Elyę, carnes & panes. 3. reg. 19. eidem Angelum panem & vas aquæ detulisse: non secus ac & Paulo Heremitæ demittebat dominus panem in solitudine, vt refert d. Hieronymus in eius vita. Quid ergo? Iacta in domino curā tuam, inquit Psaltes, & ipse te enutriet. Nec carnalem Philippum aut Andream sequaris. Videtur tamē Andreas quid amplius

Obseruatio doctrinæ.

Cyrillus Alexandrinus lib. 2. in Ioānem c. 16. Animaduertendum, inquit, est diligenter non mulieres; neque pueros, qui viris permixti erant numero 5000. recēsitos fuisse. Secutus enim est Euangelista scripturæ consuetudinem, in qua cùm à Deo ad Mosen dictum sit, Num. 1. vt Synagogam filiorum Israel secundum cognationes ex nomine numeraret, vt vnusquisque vltra vigesimum annum præcepta faceret, nec fœmina, nec puer aliquis numerantur: mirum quòd veritas atque constantia, nullam habet muliebrem atque puerilem in bonis leuitatem. Proinde hic nos admonet non imbecillibus, aut mollibus cælestem à saluatore cibū præberi. Nam qui muliebri animo aut puerili sunt, nisi magni cognoscere possunt.

De pane benedicto.

Multiplicem ex scripturis panem colligimus. 1. Communem quidem, qualis à paganis

Obseruatio doctrinæ.

ganis & infidelibus manducatur. 2. Benedictū, quales Iudæis erant panes propositionis: & hi quos Christus accipiens, gratiarum actione meliori virtute imbuit. 3. Sacramētalem Eucharistiam, corpus scilicet Christi. 4. Spiritualem: & is 1. aut verbum Dei, Matth. 4. & Deuteron. 8. 2. aut gloria illa cælestis, quam Raphael apud Thobiam cibum & panem inuisibilem vocat. Panem igitur benedictum ex hoc Christi facto colligimus. Quis enim non fateatur eum gratiarum actione sanctificatum? nō maiori virtute imbutum, cùm eo 5000. hominū pasti fuerint? Potior vtique eius virtus, quàm panis communis, nec tamen adeo dignus est, vt Eucharisticus, sub cuius speciebus verum Christi corpus & datur, & sumitur. Panem quoque benedictum probant antiqui. Abdias lib. 2. histor. Apostolicæ refert Petrum panem benedi-

Interpretat.& obseru.morum.

amplius Philippo credere. Hæret siquidem possitne Christus tot turbas paucis panib⁹ & pisciculis pascere. Legerat forsan Helyseum in Samaria 100. viros, viginti panibus pauisse: sed quid centum cum 5000? quinque panes cum viginti? Porrò ne hæsitationem istam in Apostolis demirere: cùm & idem in Mose reperias, vt Cyrillus Alexandrinus in Ioan. obseruat. flente enim & murmurante populo, quòd carnium desiderio teneretur, Num. 11. Moses dominum accessit clamans: Sexcenta millia hîc sunt, & tu dixisti: dabo eis mēse vno carnes ad saturitatem. Idem quoque, Num. 20. cùm pro aqua iurgaretur populus, hæsitauit. Vnde neque introduxit populum in terram promissionis. Caue igitur ne tu de diuina illa potentia diffidas, sed semper & in ore & in corde tuo sit illud domini verbum, Luc. 18. Quod impossibile est apud homines, possibile est apud Deum.

Obserua verò in panibus hordeaceis & duobus piscibus, quos vt nōnulli volunt, domino & sibi prouiderant discipuli, frugalitatem Christi & suorum: & gulam nostri sæculi detestare.

Dicit ergo Iesus, Facite homines discumbere.

Non multis moratur verbis, sed statim ad opus accingitur: vt detestandos loquaces doceret, de quibus Horatius, Parturiūt mōtes, nascetur ridiculus mus. Ceterū iubet

Universidad de Sevilla Biblioteca

Interpret. & obseruat. morum.

homines ministerio discipulorum discumbere: nõ tam vt facilior illis refectio corporalis administraretur, quàm vt insinuaret Apostolorũ & eorum successorum, sacerdotum scilicet & concionatorum ministerio, persuaderi homines oportere, qui mensa domini excipi volunt, vt discumbent per quietem conscientiæ, & fidem firmissimam: quod ea oporteat prepparare, Chrysost. hom. in Psalm. 22.

Erat autẽ fenũ multũ in loco.

Propter veris temperiem: agebatur enim tum mensis Aprilis. Hoc igitur accessit propter rei commoditatem, vt melius discumberent: & ad insinuãdum mysterium, scilicet: vt ad mensam domini accessurus discũbat in feno mortalitatis suæ. Omnis enim caro fenum, Esa. 40. Consideret nimirum & perpendat indignitatem suam, & domino liberalitatem. Nanque, ô res mirabilis, manducat dominum pauper seruus & humilis.

Discubuerunt ergo viri quasi quinque millia.

Absque mulieribus & paruulis: ita vt quinque millenario vnus tantum adesset panis. Obserua verò promptã magnæ istius, & ideo confusæ forsan multitudinis obedientiam. Nec enim moratur causam scisciṭãdo: vt doceamur reb' nõ agnitis etiã, sed mandato accepto, Deo & Ecclesiæ prælatis morem gerere.

Accepit

Obseruatio doctrinæ.

ctum canibus Sathanicis, quos Simon magus excitarat porrexisse: & sic eos disparuisse. D. Hieronymus in vita sancti Hilarionis hoc se mirari dicit quod cuiusque status personæ, Iudices & magnates ab Hilarione benedictum panem & oleũ in tutelam acciperent. Testantur & antiqui Patres hunc panem porrectum Cathecumenis, quod digniorem panem Eucharisticum sumere non possent. Concilij quidem Africani 3. cap. 3. id dicitur. Placuit vt per solennissimos paschales dies, sacramentum Cathecumenis non detur, nisi solum sal & panis benedictus. Augustinus, lib. de cathechisandis rudibus idem confirmat: Et lib. 2. de baptismo paruulorum cap. 26. hunc panem à communi & Eucharistico distinguit. Quod enim, inquit, accipiunt Cathecumeni, quanuis non sit corpus Christi, sanctum est tamen, & sanctius quàm cibi, quibus

Obseruatio doctrinæ.

bus alimur.

Sicut ergo Cathecumenis panis benedictus olim distribuebatur, in significationem vnionis Christianę ad quam suspirabãt, & quod indispositi & indigni essent pane Eucharistico: eadem quoque ratione dominicis saltẽ diebus, quòd populus noster non cõmunicet, vt semper et Eucharistici panis, & nostræ cum Christo vnionis meminerit, panem benedictum accipit.

Obserua ex eo quod 5000. pascũtur quinque panibus, nec panis ille diminuitur: retundi Neochristianorum argumentum in augustissimum panem Eucharisticum: hoc scilicet quod aiunt, impossibile esse quin Christi corpus diminueretur, si omnes illud manducarent. Dic porrò impiè & blasphemè sacramẽtarie. Nũ verè isti pasti & nutriti sunt? An fantastice, & spiritualiter: non autẽ reipsa? Reipsa sanè. Et tamẽ quid? Panisne decreuit?

Interpret. & obseru. morum.

Accepit ergo Iesus panes.

1. Vt authorem se miraculi comprobaret. 2. Vt contactu sui corporis omnia sanctificari doceret. 3 Vt instruat se esse qui ait, Gen. 1. Germinet terra herbam.

Et cùm gratias egisset, distribuit discumbentibus.

Gratias agit. 1. vt doceat cũ gratiarum actione cibum sumendum, quòd is sanctificetur per verbũ Dei, vt ait Paulus. 2. vt doceat nõ laborem humanum, sed domini gratiam omnia multiplicare. Similiter & ex piscibus quãtum volebãt.

Hoc per Apostolos. In typum nimirum, quòd eorum esset sacramenta, maximè verò sacrosanctum illud Christi corpus fidelib' administrare. Docet quoque Apostolos & eorum successores in pauperes & famelicos paratissimos esse debere. Sic enim etiam Paulus Episcopum hospitalẽ esse debere, commonet. Hoc vt vno cõcludamus exẽplo, intueantur in Paulino Nolanæ 1. vrbis Episcopo, qui post effusum in pauperes patrimoniũ, cùm nihil haberet, quo filiũ viduæ captiuum à regis Vandalorum in Africa genero redimeret, semet etiam vendidit, quo tandem rei reuelatione deprehenso, omnes qui in Africana regione captiui erant, cum onustis frumenti nauibus, illi gratis dati, sunt & in sua remissi: vt fusius refert diuus Gregorius Papa lib. 3. Dialogorum

Interpretat. & obseruat. morum.

cap. 2. Hinc Ambrosius 12. q. 1. cap. Gloria est, inquit, Episcopi, pauperibus prouidere.

Vt autem impleti sunt & saturati sunt.

Multiplicatis eadem virtute panibus, qua costa Adę ad formationem Euæ, Genes. 2. & ex vno grano segetes, vt doceret nihil eos perdere qui in pauperes sua dispergunt: quemadmodum Cyprianus sermone de Eleemosyna fuse docet.

dixit discipulis, Colligite quæ superauerunt fragmenta, ne pereant.

1. Vt non fantasticè pasti viderentur. 2. vt nihil amitti in eleemosyna doceret. 3. vt de reliquiis mensarum instruantur omnes pauperes pascere. 4. vt ne minima quidem aspernãda insinuet, & ne micas quidem. Sic Tertul. l. de corona militis, hunc Ecclesiæ morẽ assignat. Panis nostri, ait, aliquid decuti in terram anxiè patimur.

Et collegerũt & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum. Vnicuique suus est cophinus. 1. quia vniuscuiusque est & scripturæ fragmentis, & doctrinæ domini reliquiis pauperem Christi gregẽ pascere. 2. Quódq; æqua omnib̃ superest portio: hoc vtiq; quod æqualem oẽs in consecrãdo Christi corpore, & prædicandi verbi munere potestatem essent assecuturi.

Illi

Obseru. doctrinæ.

Minime vtique cùm duodecim cophini è reliquiis superfuerint. Pari quoque modo verè & reipsa alimur corpore Christi & id manducamus, nec tamen minuitur. Hoc enim consulto in hisce panibus miraculum Christus præmisit: & statim de pane Eucharistico disseruit, vt quod in vno etiam & in altero fateare. Sed & habes, 3. reg. 17. hydriam farinæ & lechytum olei non defecisse viduæ: & si illa & filius eius his quotidie aleretur.

Antiqui patres huius historiæ allegoriã sic inquirũt. 1. Quinque panes, quinque Mosaicos libros significant: 1. quòd quinque sensibus, velut distributi fuerint: vnde & numero quinario carnales Iudæi significarent. 2. duo pisces libros noui testamenti, libros, inquã, piscatorum discipulorum indicãt: duos ob charitatẽ Dei et proximi in ea commendatissimã, & duplicem in Christo naturã, & vnitũ vtrinq; parietẽ & populum,

Obseruatio doctrinæ.

Interpretat. & obseruat. morum.

Illi ergo homines cùm vidissent signũ quod fecerat Iesus, dicebãt. Quia hic est verè Propheta qui vẽturus est in mũdũ.

Adeò meliores sunt Scribis & Pharisæis qui signa videntes, tanto abest vt Christũ glorificarẽt, quod eum & cominus prociderunt, & in eum lapides iecerunt.

pulũ, Eph. 2. vt interpretatur Cyrillus. Vel duas potestates, regiam & sacerdotalem, quę panis, id est legis, saporem afferebant, insinuabat: vt obseruat Augustinus. 3. Puer hæc deferens populus Iudaicus, cui vtrumque testamentum creditum, lex quidẽ & gratia exibita, ferebant promissiones, etiam & promptum habebant Christum & gratiam: Sed comedere noluerunt, quia & indurati sunt, & euanuerunt in cogitationibus suis quasi pueri & sine sensu. 4. Christus de manu pueri accipit, hoc, vtique quod idem abstulit à Iudæis, regnum & legem, & verbum & gratiam. 5. Quòd iubet popul. discumbere, hoc scilicet in mysterium vt diximus, quòd superbis resistit, humilibus verò det gratiam. Vnde orabat. Gratias tibi ago pater, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus & reuelasti ea paruulis. Cæci enim illi fuerunt, dum se sapere putarũt, stultam sic fecit huius mundi sapientiam: at humilibus discipulis & fidelibus Patris aperuit voluntatem. 6. Panem fregit, quia quod durum & clausum erat in lege, aperuit. Ioan. 20. Hinc discipulis sensum aperuit vt intelligerent scripturas. 7. Quòd nouos panes noluit facere, sed allatos cumulauit (ait Alcuinus) significat quod veterem scripturam non reprobauit, sed auxit, & sua gratia cumulatiorem reddidit. 8. Singulis Apostolis singuli deputantur cophini, quòd singulis & omnibus prædicationis munus crederetur. 9. Tãdẽ laudauit populus Deum: quia disperso per nationes Dei verbo, tandem omnes Dei nomen sanctificaturi essent. Hæc Hieronymus, Augustin. lib. 83. quæstionum. Cyrillus lib. 2. in Ioan. cap. 17. Beda in Ioannem. Thomas Aquinas & Anselmus in Matthæum Alcuinus & Remigius.

ORATIO.

DOmine Iesu Christe, qui quinque virorum millia quinque panibus & duobus piscibus, post infirmos eorũ curatos mirabiliter pauisti: ex iisq; duodecim cophinos colligi voluisti, sana quæsumus languorem animarũ nostrarum: purifica conscientias nostras, nósque dignos redde illo sanctissimo tui corporis cibo, quo fideles in sacra cœna satias: fac tua gratia vt nostræ infirmitatis fenum in humilitate discumbentes & sacramẽtaliter & spiritualiter te accipere, tibíque tãdem æternas laudes & gratiarum actiones reddere valeamus. Amen.

FERIA 2. POST 4. DOMINICAM quadragesimæ.

Euangelium habetur Ioan. 2.

Prope erat Pascha Iudæorum &c. Ioan. 2.

Interpretat. & obseruat. morum.

Prope erat Pascha.

LEge siquidem præcipiebatur Pascha celebrari singulis annis eo in loco quem nomini & habitationi suæ elegisset dominus, vt patet Deuter. 16. Idque in memoriam facti præteriti & futuri. Præteriti quidẽ scilicet transitus domini, aut Angeli, qui per Ægyptum primogenita occiderat. Exod. 12. Futuri verò, nimirum successuri tandem veri agni immaculati Iesu Christi immolatiõis, p peccatis nostris. 5. Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus, inquit Apostolus 1. Cor. 5. Vt latè tomo 10. in Ioannem examinat Orig. Et nos sanè cùm Paschalis dies aduenerit, deuotis eam animis

Introduct. in Euang.

MEdico vtique primum curæ sunt nobiliores totius corporis partes: adeò vt si quis id morbus obsederit, eas præmuniat: aut si iam grassante ægritudine teneantur, omni sollicitudine eas ab offensione eximere nititur. Christus quoque cùm corpus Ecclesiæ à morbo peccati purgaturus esset, primũ quidem quanto zelo impietatem à sacerdotibus arcendam sit docet: vt pote quod Ecclesiæ

Introduct. in Euang.

Ecclesiæ ministri velut nobiliores corporis istius mystici partes sint. Eiecit nimirum à tẽpli aditu vẽdentes & emẽtes, à sacerdotibus cõstitutos, vt habetur in Euangelio hodierno. Iã enim dominus munus suæ prædicationis in Capernaũ exorsus, anno suæ ætatis 31. Mẽse 1. & die 1. nimirum 25. d. Ianuarij: sequenti die Apostolos eligere cœperat cùm accedẽte Paschate, quod eo anno, Lunæ sic cursu postulante in 17. Aprilis diem inciderat, ascendit Hierosolymam, anno s. suæ ætatis 31. in 3. d. 23. & vendentibus & ementibus eiectis mortem & resurrectionem suam sub templi nomine prænunciauit, vt habetur in Euangelio nostro, Ioan. 2.

Summa.

Sex omnino nostrum cõplectitur Euangelium. 1. Vt die Paschali Christus Hierosolymam ascenderit. 2. E templi aditu flagellis vendentes & emẽtes abegerit. 3. Vt quanta loco orationis reuerentia debeatur ostenderit.

Interpret. & obseruat. morum.

animis celebrare debem⁹. Quia inquit Hesychius l. 6. in Leuitic. c. 23. Quẽadmodum festiuitates Imperatoris sunt, in quib⁹ victorias & throphea cõtra hostes erexit, saluauit gentes, ciuitates acquisiuit: sic & Christi, in quibus nostrũ genus saluauit, & nostrã captiuitatẽ cõquisiuit, & hæreditatem ex gẽtibus sibimet ipsi regale sacerdotium, gentẽ sanctã, populum acquisitionis constituit.

Iudæorum.

Non abs re verò Iudæorũ addidit (vt ibidem perpendit Origenes) licet & dies & festiuitas & Pascha dñi aliis in locis dicatur: tũ scilicet cùm institueretur. Institutũ namq; integrũ erat: sed à Iudæis corrũpebatur, literã tantum nõ sensum: corticẽ non medullã: corpus nõ spiritũ cernentibus: sed & in cordis immũditia perficientibus. Non enim sua esse dicit dominus ea quæ à peccatoribus perficiuntur. Vt igitur populus qui nõ peccat Dei est, qui autem peccat, non iam eius dicitur. Sic dies festi cùm eos dominus odit, peccatorum sunt dies festi: cùm autem à Deo lege sanciuntur, domini esse dicuntur. Hæc Origenes.

Discant igitur omnes rite festa celebrare: & pauperes quidem, homines qui dies festos amant (ait Gregorius Nissenus homilia de sacro festo Paschæ) quum lubenti ac parato animo, tum habitu cultúque splendido conuentus ac celebritates frequentãt: & si de suo sibi

Interpretat. & obseruat. morum.

suppeditare sumptus ad eam, cui student elegantiam, non possunt, à notis tamen & propinquis omnem magnificum ac preciosum ornatum corrogantes, efficiunt vt nihil sibi desit ad præsentem vsum. Quanto igitur purioribus animis festiuitates celebrandæ sunt, ne dominus si quem indignum inspexerit, dicat, Quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? Matth. 22.

& ascendit Iesus Hierosolymã.

1. Hoc præfatur Euangelista, vt viam faciat ad historiam, celebriorem eam conditione temporis, quo secundissima Hierosolymis conueniebat multitudo, redditurus.

2. Aut quia licet à domini baptismate ad eius resurrectionem quattuor Paschales solẽnitates intercesserint, non tamen ad omnes ascendit. Sed vt docet Alcuinus, bis in Euangelio legitur Iesus ascẽdisse: semel in primo anno suæ prædicationis, cùm adhuc Ioannes non esset missus in carcerem: & iterum illo anno quo passus est.

Discamus Christi exemplo festis diebus in templum & fidelium cõgregationem venire. Ideo enim sanctorum solennitates & dies dominici ocium habent & à terreno vacant negotio: vt paratiores simus ad diuinum cultum, cùm non habeamus quod nos inde retardet incommodum: inde dominus dicit Psalm. 45. Vacate & videte quoniam ego dominus. Augustinus sermone in id Psalm.

Obseruatio doctrinæ.

4. *Vt dure prophanationem loci huius arguerit. 5. Iudæis signa quærẽtibus signum suæ mortis & resurrectionis prænũciarit. 6. Multique ex Iudæis in eum crediderint.*

Cur verò ascenderit ad Paschalem diem, cùm Pascha vetus terminare venerit? Hoc sane. 1. quia, vt ait Apostolus ad Galat. 4. Misit Deus filium suum factũ sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret. 2. Vt doceret vetus testamentum & legem à Deo esse, in Manichæos & Marcionitas: Illi enim solum nouum testamentum admittendum dicebãt, vt testatur Philasterius libro de hæresibus. 3. Vt in templo doceret in ipsa eiectione figuratarum victimarum successionẽ oblationis melioris, corporis nimirum sui, de qua Paulus.

& inuenit in templo vendentes boues & oues, & columbas, & nummularios sedentes.

Repræhen-

Interpretat. & obseruat. morum.

Repræhenduntur hîc Iudæi (ait Cyrillus in Ioannem lib. 2. ca. 27.) quasi legum nullam habeant curam (quæ vetet dare fratri pecuniam ad vsuram, Deuteron. 24.) & auaritię maximè studeãt. Nam cùm variis modis purificari secundum legem oporteret tẽplum ingressuros, argentarij ceterique huiusmodi lucro & fœnori addicti, templum impleuerant: adeo vt qui hæc prohibuere debuerant ne fierent, imperare vt fierent viderentur.

Obseruat Beda dominum Hierusalem aduenientem continuo templum oraturum adiisse: eóq; facto exemplum dedisse vt quocunque properemus, domum Dei primo ingrediamur, dominum deprecaturi.

Obseruatio doctrinæ.

1. *Obseruant Origenes in Ioannem & in Matth. Augustinus de consensu Euangelistarum: & Theophylactus in Ioan. Non semel sed iterato dominum eiecisse vẽdentes è templi vestibulo. Primo in suæ prædicationis initio, vt hîc refertur: idque mitius egisse videtur. 2. Paulò antequam pateretur, vt habetur Matth. 21. 2. Idque testatur diuiniorẽ illius vim & potestatem, qui sic solum restibus tot ementes & vẽdentes eijceret: omnibus trementibus & resistere nõ valentibus. Origenes in Ioan. & Hierony. in Matth. 3. In Anabaptistas fatetur Mus-*

Interpretat. & obseruat. morum.

Et cùm fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo.

1. Si eos eiecit de templo qui id vendebant quod tandem in eo offerretur: quid si ebriosos inueniret? ait Augustinus tract. 10. in Ioanné.

Paulus 1. ad Timot. 3. Vinolẽtem ablegat ab Episcopatu. Immo can. 42. & 43. Apostolorum, Præsbyterũ & diaconum ebriosum excommunicat. Caueant ergo vt docet Hieronymus ad Nepotianum de vita Clericorum tom. 1. Et in concilio Agathensi cap. 42.

2. Iudicabat igitur nihil sacrum in Ecclesia venundari debere. Gratis accepistis, gratis date.

3. Ecce verò qui modo Samaritanus, modo dæmoniacus & potator vini dictus tacuerat in propriis, paternam iniuriam ferre non potuit, vt nos patientes doceat in propriis opprobriis & iniuriis: non au-

Interpretat.& obseruat.morum

tem in his quæ Deo inferūtur. August. Hierony. Cyrillus. At verò exclamare libet: O mores huius seculi, præsulum, regum & magnatū, longe Christo dissimiles! atroces illi in vindicandis leuibus sibi illatis iniuriis, furibundi & immisericordes: In iis autē quæ Deo factæ sunt, pigri, remissi, somnolenti. Vtinam quoque ne earum nonnulli sint fautores. Nullius ne apud eos est relligio momenti? Qui spernunt me (inquit dominus) erunt ignobiles.

Oues quoque & boues.

Oues & boues sacrificiis vsitatissime abiguntur (vt ruminat Origenes tom.10.in Ioannem) vt translationem & sacerdotij & sacrificij doceat, figuras, nimirum eijcit vt ingrediatur veritas. Quæ? Christus ipse, cuius hæc corporis vmbra fuerunt.1.Ioan.4.& 5.Et ipse est oblatio & propitiatio pro peccatis.

& nummulariorum effudit æs, & mensas subuertit.

Quorsum enim nūmularij in Ecclesia Dei? Gratis venundati estis, & sine argento redimemini. An non maledicitur Simon Act.8.cùm gratiam Dei emere pecunia voluit?

& his qui columbas vendebant, ait, Auferte ista hinc.

Qui columbas vendunt fratres? (ait Augustinus in tractat.) Qui dicunt, Nos damus spiritum sanctum. Quare enim hoc dicunt, & quo precio

Obseruatio doctrinæ.

culus in Ioannē hoc factum Christi militare: negant enim vi agendum contra fidei corruptores, sed orandos eos. Cur verò non mansuete mercatores orauit Christus vt boues, oues, & pecuniam è templo auferrēt? Matt.3. Arbor quæ nō fert fructū excidetur et in ignē mittetur. Verè sanè succedit veritas figuræ, oblatio veri corporis Christi in Ecclesiæ liturgia, quam & Christus vice legalis Paschatis instituit: vt testantur verba Andreæ Apostoli ad Ægeā quę Episcopi Achayæ epistola de eius martyrio describunt. Doctores quæstuarios hic mordet Theophylactus. Si quis æs & nummū, hoc est sermonem & dogma vendat (inquit) & fortassis cùm sit doctor, non annunciet verbum, nisi lucrum habeat, etiam eius mensam subuertit dominus, illum quidem à principatu deijciens & aliū in doctrinæ sedem collocans. De templorum ædificatione fusius egimus sermone 3. post 1. do-

Obseruatio doctrinæ.

1. dominicam. Sufficiat adnotasse tum à prælatis domū Dei fieri domum negotiationis, cùm quærunt quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi. Philip.2. habent enim hi reprobos authores. Giezi quidē lepra Naaman infectus pater est vendentium spiritualia pro temporalibus. 4. Reg. 5. Simon verò magus pater est ementium spiritualia pecuniis: vt patet tomo 4. 3. C. Saluator, & res Ecclesiæ: & C. Altare.

Zelus aliquando sumitur pro ardentiore amoris affectu inter virum & vxorē: quomodo dominus se zelotē vocat, vt qui maximo charitatis affectu nos sibi despondisse videatur. 1. Sumitur tamen zelus in bonam & in malam partem. Est zelus pro liuore, de quo Cyprianus sermonem edidit in quo Abel iustum (ait) Cayn zelat iniustus dum bonum malus inuidia & liuore persequitur. 2. Est & zelus falsus, qualis hæreticorum prætexētium

Interpretat.& obseruat.morum.

precio vendunt? Precium honoris sui accipiunt.

Hoc vtique genus Emporij quod in templo legali notat Ioannes, D. Bernardus ad Eugeniū Papam scribens recenset inter nundinationes quorundam in Ecclesia. Circumit (inquit) sedulus explorator, blanditur, obsequitur, manibus ac pedibus reptat, si quomodo valeat se ingerere in patrimonium crucifixi. Subuertendo mensas, & æs nummulariorum dispergēdo, aufert ab eis vna hora quicquid iniuste multo tempore lucrati fuerant: sic enim malè parta, malè dilabuntur: nec de malè acquisitis gaudebit tertius hæres.

& nolite facere domum Patris mei.

Domum Patris dicēs, apertè docet se filium esse Dei, etiam secundum naturam. Non enim ait Patris nostri, sed Patris mei. Cyrillus 39. cap.lib.2.in Ioannem.

domum negotiationis.

Cùm ad hoc instituta sit, vt hic congregetur populus, & Deum supplicet pro necessitatibus suis.2. Paralip.8.& 3.Reg.8.

Videat igitur vnusquisque nostrum vt reuerēter domum Dei accedat: vt forte si immodestiores fuerimus dicat rursum Apostolus: Nūquid domos non habetis ad manducandum & bibendum: etiam dixerit, & ad garriendum aut deambulandum: aut Dei Ecclesiam contemnitis.1.Corin.11.

Interpret.& obseruat.morum.

Recordati sunt verò discipuli eius.

Aut tunc cùm à domino fieret quod illis forsan in ore esset frequẽtissimus Psaltes:ad quod accedunt Theophylact. & Cyrillus his verbis.In dies vndique rebus singulis scripturam discipuli conferentes, ad maius fidei robur progrediũtur.

1. Potuerunt quoque post resurrectionem recordari verborum Christi,tum maximè cùm accepto spiritusancto ad intelligentiam scripturarum,Ioan. 20. 2. & experimento adducti in fidem mortis & resurrectionis Christi,hæc eius verba cum Prophetiis contulerunt. 3. Vel certe non omnes sed peritiores huius recordati sunt: qualis Nathanael Ioan.1.fuisse describitur.

Chrysostomus hom. 29.in Genesim quod scripturarum cognitionẽ nouerat profuisse patribus nostris, monebat suos vt lectioni & auditui illarum diligenter insisterent,lucrũ hunc emanaturum declarans.

1. Linguam reformari in melius, scilicet vt puriora loquatur. 2. Animam hinc velut alis eleuari,& illuminari solis iusticiæ splendore.

3. Interim quoque à carnis illecebris liberari. 4. Et vt corpus cibo, ita animam verbo pasci.

Huc igitur venite frequentes, & vt Apostoli,ita & nos Christi facta cum antiquis conferte præconiis: & quæ vobis factu necessaria sunt intelligite, quia scriptum est.

Psalmo

Obseruatio doctrinæ.

verum Dei cultum ad secure patranda homicidia, sacrilegia, & cetera huiusmodi.Talis fuit & Iudæorum: qui vt liberius Christi sanguinem funderent,debet mori(aiunt)quia filium Dei fecit:legem obtenderũt, quasi eius acerrimi vindices.

3. Zelamus & eos quos pluris facimus: Se pro Mose zelabat IosueNum.11.Pro Ioane eius discipuli.Ioan.3.Chorinthij pro pseudoapostolis. 1. Corin. 1. & hæretici pro heresiarchis. 4. Zelus Dei etiã bifarius est.Ita enim aliquãdo cæcus est vt pro eo conseruando zeletur aliquando: quod Deo non placet: quem retorquet in Iudæos Paulus Rom.10.Zelum (inquit) habent sed non secundum scientiam. In quem locum Origenes,non multũ prodest habere zelum Dei, & nõ habere scientiam.Sic non secundum scientiam zelati sunt sacrilegi Iudæi. Aliter Phinees filius Eleazari, qui Madianitidem pariter & Israelitã for-

Obseruatio doctrinæ.

formicantes interemit.Et Helyas qui dixit, Zelens zelatus sum Deo Israël, quia dereliquerunt pactum domini filij Israël.Prophetas tuos occiderunt,altaria,&c.3.Reg. Et Mathatias, de quo 1. Machab.scriptum est quia zelatus est in lege Dei.Hæc ille.

Interpretat.& obseruat.morum.

Psalmo sexagesimo nono, qui typũ habet Christi passionis: & vehemẽtem Iudęis à Deo imprecatur vltionem, quòd in escam eius fel dederint,&in siti eum aceto potauerint.

Zelus domus tuæ comedit me.

Amor Ecclesiæ construendæ me totum sibi vendicauit, sicut interpretatur Hugo. Porro habent emphasim omnes dictiones

1. Zelus qui cum in bonam accipitur partem (ait Alcuinus) est quidem feruor animi quo mens relicto humano timore,pro defensione veritatis accenditur.2. Domus tuæ,id est Dei: determinat enim qualis sit hic zelus,quòd Christus non suam,sed Patris gloriam quæsierit.Ioan. 3. Comedit,quòd hic non leuis aut subitus fuerit,sed diutissime in medullis cordis delituerit:sicut & flãmæ illæ quæ totum succum deuorant & quasi comedere dicũtur. Augustinus, Beda quoq; hîc nos instruunt pro domo domini zelari.Si viderimus fratrem(ait Beda) qui ad Dei domum pertinet, superbia tumidum: si detractionibus assuetum: si ebrietati seruientem:si luxuria eneruatum:si iracundia turbidum:si alio cuiquam vitio substratum, studeamus inquantum facultas suppetit castigare.Et si quid de talibus emendare nequimus,nõ sine acerrimo mentis dolore sustinere,& maxima in ipsa domo orationis, vbi corpus Dei conseeratur, vbi angelorum præsentia semper adesse non dubitatur,ne quid ineptum fiat:ne quid nostram fraternámve orationem impediat,agamus. Augustinus verò in tractatu.Amicus peruersi aliquid agit,(inquit)admoneatur leniter: vxor est,seuerissime frenetur:ancilla est, etiam verberibus compescatur.

Responderunt Iudæi & dixerunt, Quod signum ostẽdis nobis quia hæc facis?

O summam dementiã!(ait Chrysost.hom.22.in Ioan.) quonã signo opus erat,cùm malefacta corriperet,& Dei domũ tãta purgaret ignominia? Zelus enim ille pro domus Dei honore maximum fuit virtutis signum. Illi Prophetiæ non meminerũt, sed si-

Interpretat. & obseruat. morum.

gnum quærunt dolentes turpe lucrum auferri, & vt eum ab incepto auertant, ad miraculum inuitant.

Licebit hic obseruare in Musculi Ecclesiam quod is cõtra se ait hunc in locum, in eos qui Ecclesiam reformare volunt. Quis ferat quod isti homines (inquit) absque vlla authoritate, partim seculares, Ecclesiasticos abusus emendare & falcem suam in alienam messem mittunt. Rogentur (hæretici) cur ad eos Ecclesiæ reformatio pertinet.

Interpretat. & obseruat. morum.

Dixit eis Iesus, Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.

Vt antea cùm signa peterent dixit: Generatio praua & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ Prophetæ: ita & nunc idem signum effert, mortis nimirum suæ triduanæ, & sequẽtis resurrectionis. Soluite non imperantis est, sed cedentis: volẽtibus eum occidere. Oblatus est quia voluit. q.d. Permittam vt tandem soluatis. Templi nomine corpus suum intelligit, vt tandem interpretatur Ioannes. 1. Quod in eo Deus habitet. 2. qd sacratum sit. 3. In eo sese offerat Patri. 4. In eo vt sacerdos in templo pro nostris exoret delictis.

Excitabo, ex opposito est soluite Nam Christus corpus suũ excitauit quod occidẽdo Iudæi soluerãt: vnum igitur Iudæorum, alterum Christi opus est.

Dixerunt ergo Iudæi. Quadraginta & sex annis ædificatũ est templũ hoc, & tu in tribus diebus

Obseruatio doctrinæ.

Quærat quispiam cuinam rei hoc signum futurum sit? An mors triduana Christi in signum eiectionis Iudæorum è templo futura sit? Vtique. Nam cùm ad Christi mortem extinctio nostrorũ scelerum pertineat. Rom. 6. & ad resurrectionem nostrã ad puritatem & nouam secundum Christum excitatio. Proinde eiectio hæc Symoniacorum & sacrilegorum Iudæorum è templo materiali Salomonis, in signum fuit eiectionis eorundem è corpore Christi spirituali: Quemadmodum & soluendi illius in triduo corporis, vt tandem excitaretur. Soluerunt enim Iudæi legem, dum eam æmulantur, & Christum persecuti sunt. Vnde vt à Salomonis

Obseruatio doctrinæ.

nis templo, ita à Christi corpore quasi suorum funiculis iniquitatum eijciuntur.

Interpretat. & obseruat. morum.

diebus excitabis illud?

Errant quod de templo Salomonis Christum loqui putent & eius ædificatione. Primã verò minime, sed secundam templi ædificationẽ intelligant. Prima namque à Salomone septem annis peracta est, quod destructum à Chaldæis post 70. annos, iussu Cyri Persæ laxata captiuitate reædificari ceptum est (ait Beda.) Sed opus quod Principibus Zorobabel & Iesu faciebant propter impugnationem Gentium vicinarum ante 46. annos implere nequiuerunt. Idem habet Eucherius lib. 4. noui testamenti in Ioannem. De hac reparatione templi Daniel cap. 9. Iosephus lib. 11. antiquitatum. Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum loquuntur.

Ille autem dicebat de templo corporis sui.

Sic in ambiguo versantur, quòd ad literam verba Dei intelligenda putent.

Cùm ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius quia hoc dicebat.

Vtique quia tum aperuit Christus illis sensum vt intelligerẽt scripturas Ioan. 20. & in mentem reducẽtes quæ ille ante passionem prædixerat omnia prout tandem completa sunt obseruarẽt.

Et crediderunt scripturæ & sermoni quem dixit Iesus.

Scripturæ vtique Prophetarum, qui de Christi resurrectione prædixerant & sermonibus eius prioribus.

Cùm autem esset Hierosolymis in Pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius, videntes signa eius quæ faciebat.

Hic fructus eius prædicationis & miraculorum est. Ad hoc enim vtrumque faciebat vt homines lucraretur. Sic verbum Dei simile est sagenæ missæ in mare & ex omni genere piscium congregãti. Nam & multos Iudæos Christus allicit.

Iesus autẽ nõ credebat semetipsum eis, id est, nõ fidebat eis, eo quod ipse nosset omnes, & quia ei opus non erat vt quis testimonium perhiberet de homine, Ipse enim sciebat quid esset in homine.

Nimirum vt Deus nouerat renes & corda eorũ: eósque tandem

Interpretat. & obseruat. morum.

vt crucifigatur clamaturos: qui tamen in eum credere videntur, Adeo in fide instabiles eos præscit: vnde nec illis fidere voluit.

ORATIO.

DOmine Iesu Christe qui zelo feruentissimo ementes & vendentes è templi aditu deturbasti, mortémque tuam & resurrectionem in signum confusionis Iudæorum protulisti, da nobis eodem zelo incalescere: quicquid Ecclesiæ tuæ decorum dedecet auersari, nostræq; salutis signum resurrectionem illam tuam tota mente contemplari, vt tandem beatitudine illa, in qua sedes à dextris Dei perfrui valeamus. Amen.

FERIA 3. POST QVARTAM dominicam quadragesimæ.

Euangelium habetur *Ioan. 7.*

Iam die festo (*Scenopegiæ*) mediante. &c.

Interpretat. & obseruat. morum.

IAm die festo (Scenopegiæ) mediante, quo Christus cum propinquis & parentibus suis Hierosolymam conuenire renuerat ascendit Iesus in templum.

1. Ne legi derogare videretur, quæ quotannis in solennioribus diebus Iudæos in tēplum venire iubebat. 2. & vt errantes oues domus Israël velut bonus pastor quæreret & in ouile reduceret. Et docebat.

Nunquam otiosus est, sed & semper nostræ saluti vacat. Docet in tēplo & die festo: suo facto nos admonēs quo maximè loco & tempore verbū Dei

Introduct. in Euang.

VIta non procedit à corpore, sed ab anima: ita cognitio scripturæ non à litera, sed spiritu emanat. Et velut qui rem aliquam perfectè nosse volunt, ad causas primas procedunt: ita qui scripturam intelligere nituntur, ad Deum optim. maxim. omnis cognitionis fontem peruenire debent, eúmque intueri. Hoc Christus docet in Euangelio, cùm se non humano

Introduct. in Euang,

mano modo doctum ostendens, tum scripturæ notitiam à Deo pandere docens. Habita est verò hæc Christi cum Iudæis expostulatio anno eius prædicationis secundo ad tertium: eo nimirum quo Ioannes decollatus est, suæ verò ætatis 32. mense. 8. Septembris 18. Die festo Scenophegiæ mediante, in templo Hierosolymitano.

Summa.

Porrò continentur nouem hæc in Euangelio. 1. Vt turba demirante Christi doctrinam docuerit ille eam cælestem esse. 2. Vt modum illius adipiscendæ docuerit 3. In quo falsi doctores à veris discerni queant & dignosci. 4. Vt Iudæi legis inobedientes fuerint. 5. Christum quoque dæmonium habere dixerint. 6. Vt Christus se legi de Sabbato non derogare docuerit. 7. Vt turbam se de Messiæ cognitione ostentantem compescuerit. 8. & suæ incarnationis mysterium aperuerit. 9. Vtq; ab aduersariis

Interpretat. & obseruat. morum.

Dei prædicandum & audiendum sit. Nimirum tametsi dominus in monte, in littore, in solitudine, in via, domi, foris, his quæ Patris erant vacauerit, maximè tamen in templo. Hinc & Annæ, Ego inquit semper docui in templo. Et in templo inter doctores inuētus est. Quia Esay. 2. De Syon lex exire debuerat, & verbum domini de Hierusalem.

Proinde Cano. 10. Apostolorum duæ rationes congregandæ aliquo in loco Ecclesiæ assignantur: priore quidem audiendis scripturis, altero orationibus & diuinis mysteriis perficiendis. Nec priuatim licere eadem exequi testatur Concilium Gangrense, vt & refertur distinct. 30. his verbis. Si quis extra Ecclesiā priuatim populum congregat, Anathema sit. & Cano. Si quis docet domum Dei contemptibilem esse debere: & congregationes, quæ in ea fiunt, Anathema sit. Christi quoque exemplo maximè diebus solennioribus verbum domini prædicandum est, vt quo die opus seruile facere prohibitum est, domino vacemus.

Et mirabantur Iudæi dicentes, Quomodo hic literas scit, cùm non didicerit?

Mater admirationis ignorantia est. Nimirum si Christum filium Dei agnouissent, non dubitassent omnes thesauros sapientiæ & gloriæ in eo reconditos. Christus enim

Interpret.& obseruat.morum.

Obseruatio doctrinæ.

(ait Cyrillus Alexand. libro 4. in Ioan. cap. 41.) non per doctrinam sed naturam, insitam habet sapientiam & rerum cognitionem. Quocirca etiam Esayas dicit de ipso cap.7. Sciet reprobare malum & eligere bonum. Nec sic erimus amentes, vt rationis atque prudẽtiæ opere, bonum ab illo electum esse putemus: sed quemadmodum si quis de igne diceret, non suscipi ab eo frigidum, sed calidum semper retineri, non voluntatis sed naturæ stabilem inclinationem intelligeremus. Sic & in Christo. Natura enim insunt Deo omnia bona: quare non forinsecus etiam sapientia in eo est: immò verò ipse est fons sapientiæ, cuius participatione quæuis rationalis creatura sapiens dicitur. Et hæc quidem ex Cyrillo adduxi, quo petulantem hæreticorum ambitionem & iactantiam compescam. Nimirum illi etsi

,, Nec fonte labra proluant caballino

,, Nec in bicipiti somniasse parnasso,

probentur, vt repente sic Prophetæ prodeant, non dubitant tamen ne musarum sacro quidem limine salutato, omnem sibi scientiæ, etiam diuinæ, cognitionem vendicare. Tales quippe Anabaptistæ, quorum princeps extitit Thomas Muncerus. Hic enim somnia suorum certissimum Spiritussancti accepti testimonium dare asserebat, vt Sleidanus ipse lib.5. de statu relligionis, & Melancthon in historia Munceri recenset. Idem fere Suenctifeldius qui nos visionibus & somniis erudiri docuit: vt testis est Flaccus Illyricus, libro quem in eum edidit. Immò fere omnis hæretici, statim vbi omnis spurciciei libellum perlegerint, vbi in Ecclesiam debacchari potuerint, tum se omnibus etiam primis Ecclesiæ patribus præferunt, & doctores esse iactitant. Quos & ignaros & infideles esse Iustinus martyr epist. ad Zenam & Serenum testatur, his verbis. Quicunque sapit suo iudicio, non cedit monitis, & repugnando aduersatur consultoribus, contentus suis cogitationibus, more hominum infidelium. Porrò quoties eos de præsumptione arguimus, idem in ore habent quod Sedechias in Michæam: Num mihi sicut & tibi locutus est dominus? 3. Reg. 22. Num sicut Prophetis, Apostolis, Martyribus, primis Ecclesiæ doctoribus? Miror vtique cur non addant, sicut & Christo. At verò Christus, Dei filius: illi homines abiecti & vermes terræ: Christus

non correptus est, sed in eum permulti crediderint.

Interpretat.& obseruat.morum.

stus in quo plenitudo gratiæ: Is plenitudo scelerum & malitiæ. Quòd si cum Apostolis se conferunt, illi vtique prius tribus annis & dimidio discipuli extiterunt, & Patris promissionem expectarunt, quàm in viam Gentium abirent, & verbum Dei interpretarentur. Si verò ab antiquis patribus argumentum, tam subito infusæ in se scientiæ assumunt, doceant quæso & quomodo siue euidenti miraculo factum sit ostendant. Cùm verò nec in Apostolis nec ceteris id videant quod in se primo ratum esse volunt, num Christo se æquare videntur, qui absque docente literas & scripturas omnes intellexit? Immò nec sine docente intellexit. Earum quippe notitiam exhausit à diuinitate: non autẽ ab humana natura: vt tãdem subiungit, quo neminem sibi Theologiæ cognitionem absque docente, arrogare doceat. Attamen vt Deus ipsemet sapientiæ thesaurus est, ita docente non indiguit. Nunquid verò & illi vt Deo se volunt æquare hæretici, dum imperscrutabiles vias domini se comprehendere asserunt, & sacras literas intelligere? Mirum vtique illud in homine esset, non mirum in Deo. Proinde obstupefacti sunt Iudæi Iesum doctrina, quod hominem purum esse putarent. Si verò Deum illum agnouissent, in eo omnis doctrinæ scaturiginem professi fuissent. Idcirco Christus eorum sensim mentes eleuat ad Diuinitatis in ipso inhabitantis sapientiam, dicens.

Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me Patris.

Eorum se captui accommodat. Quoniam enim doctrinam eius velut ab hominis captu profectam arbitrentur, mea inquit doctrina, quam miramini, doctrina non mea est, id est, à me homine profecta: sed eius qui misit me Patris: & proinde mea, eo quod eadem mea & Patris doctrina. Ad diuinitatem igitur suam refert doctrinam: ne quæ sunt naturarum propria confundamus.

Obseruatio doctrinæ.

August. tract.29. in Ioã. Basilius lib. de Spiritusancto ad Amphilochium. Athan.

Interpretat.& obseruat. morum

Suo quoque nos exemplo Christus docet Deo opt.max. omnẽ doctrinam acceptam ferre. Dan. 2. Est enim Deus in cęlo reuelãs mysteria,

Interpret.& obseruat.morum.

Dicat verbi diuini minister, Mea doctrina non est mea: nihil sibi arroget: Omnis enim scriptura diuinitus inspirata est. 1. Corin. 14. 2. Petr. 1. Spiritusancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. Rom. 2. Deus verax: omnis autem homo mendax. Non erubescat ille sine lege loqui: nihil à semetipso, sed aut à sacris Bibliis, aut primorum patrũ scriptis profari.

Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscet de doctrina mea, vtrum à Deo sit (quam vna cum Patre vt Deus expono) an ego à meipso (separatim atque diuisim) loquar.

Quoniam Iudæi Christi doctrinam discernere non poterant, radicem istius ignorantiæ, modúmque quo hæc discerni queat assignat. Ni mirum eum qui Christi doctrinam cupit agnoscere, oportet voluntatem seruare Io. 7. Hæc est autem voluntas Dei sanctificatio vestra: vt sciat vnusquisque vas suum & corpus Philip. 4. possidere in honore & sanctificatione. Voluntas quoque Dei est, & ipsum super omnia diligere, & proximum tanquam nosmetipsos. At quoniam Iudæi in suos inuidia scatebant, Christum opprimere moliebantur, multáque perpetrabant voluntati diuinæ cõtraria: Ideo exceçauit eos malitia eorum.

Occurrit

Obseruatio doctrinæ.

oratione contra Sabelly Gregales Christum dixisse obseruant, Mea doctrina non est mea: vt ostenderet in se duas naturas: vnam quidem humanam, quæ doctrina imbuta esset: alteram diuinam, à qua hæc doctrina profecta sit. Quasi dicat. Mea quidem hæc doctrina est, in ea ratione qua Deus sum non qua homo: neque enim eam humano modo acquisiui. Dixerit aliquis permultos peritos esse, qui tamen Dei voluntatem non seruant. Sed 1. Cor. 12. scientia sine charitate inflat: nec ij verè discernũt doctrinam Christi, sed tãtum corticem & literam aduertunt: cùm sensum nõ sic amplectantur vt obseruent. Porrò, 1. Cor. 4. Non in sermone est verbum Dei sed in virtute. Quòd si rectè verbum Dei interpretãtur, id vtiq; eis euenit quod & Balaã, qui Dei verbũ immutare se nõ posse asseruit. Num. 24. Vi nimirũ eos argumentorum vrgente. Discernunt ergo Christi doctrinam

Obseruat. doctrinæ.

trinam vtrum à Deo sit: at non sensu suo, sed antiquorum patrũ: si enim ipsi suam mortẽ sequi vellent, errarẽt. Vt hęretici semper propriã gloriam quæsierint.

Eusebius lib. 31. histor. Ecclesiast. cap. 28. Cherinthum dicit per quasdam reuelationes velut à magno Apostolo conscriptas, & per Angelos ei reuelatas, sese extulisse. Idem lib. 5. cap. 14. Montanũ se paracletum dixisse, qui Priscam et Maximillam inspiraret asserit: simúlque persuasisse vniuersam Ecclesiã, quæ per orbem terręest, blasphemare. Cyrillus Hierosolymitanus catech. 6. & 16. idem de Manete recenset.

Vincentius Lirinens. in hæreticorum nouationes, Inuecti sumus (inquit) in Nestorij sceleratam præsumptionem: quod sacram scripturam se primum & solum intelligere, vniuersos autem confessores & martyres eam ignorasse, immò & omnem Ecclesiam errare iactaret.

Interpret.at.& obseruat.morum.

Occurrit ergo obiectioni quę fieri sic potest: Quid te à Deo doctũ dicis? Vnde te à Deo scimus? Et nos quidem ab eo, quid tua doctrina valeat nescimus. Sed hoc ipso nescitis (ait Christus) quia Patris voluntatem nec facitis, nec vultis facere.

Duo igitur nobis commoda mandatorum Dei obseruatio adfert. 1. sanctæ doctrinæ quandam assecutionem, 2. & liberum de ea iudiciũ. Proinde prius Daniel se ieiunio disposuit, vt secreta illi à Deo panderentur, Daniel. 1. & 10. Anna Prophetissa eodem se modo ad diuina mysteria præparauit, Luc. 2. Et primi illi Christiani, qui in Alexandria docti sunt à Marco Euangelista, vt fidei nostræ arcana capere possent, prius se precibus & sanctis operibus disponebant: vt testis est Philo Iudæus libro de vita supplicum. Quemadmodũ enim (ait Basilius in epistola de vita solitaria) in cera quis scribere non potest, nisi characteres impressos deleuerit: sic nec anima, diuina dogmata degustare, nisi pristinos ex animo mores penitus destruxerit.

Qui à semetipso loquitur, gloriam propriam quærit: qui autem quærit gloriam eius qui misit illum, hic verax est, & iniustitia in eo non est.

Nam qui quærit gloriam non Dei, sed suam (ait Cyrillus l. 4. in Ioan. c. 45.) is & mendax simul & iniustis-

Interpretat.& obseruat.morum.

simus est. Mendax quidē, quia simulatione legis seruandæ, suam voluntatem auditori proponit. Iniustissimus verò, quia legislatoris dignitate neglecta, dominicis pręceptis sua præferre audet. Iustus ergo & verax Christus, in quo nihil horum criminum inuenitur. Argumentis igitur validissimis docet suam doctrinam legi non aduersari, quasi sic erecta ratiocinatio. Qui à semetipso loquitur gloriam propriam quærit.

Sed ego nō quæro gloriam meam, non ergo à meipso loquor. Rursus, vt cōfirmet doctrinam suam à Deo esse, hāc ratiocinationem implicat. Qui quærit gloriam Dei, hic à Deo loquitur & verax est: Sed quęro gloriam eius, qui misit me Patris veri Dei, igitur à Deo & Patre loquor.

Porrò nobis vtraque regula semper præfigenda est discernendæ alicuius doctrinæ: Expendamus suam ne, an Dei, an Diaboli quærat gloriam. Cōcionatur Arrius? Non quærit gloriam Dei, cùm filij gloriam Patri coęqualem neget, explodatur. Concionatur Symon Magus? suam quærit gloriam, quòd se dicat Dei virtutem: Christū autem extenuet, explodatur. Idem sanè in omnibus hæreticis experiri poteris, semet illos iactare dicere se legis doctores, vt prædixit Paulus, extolli super omnem Ecclesiā. Proinde & mendaces sunt, & iniustitia in illis est. Sed de his dominica proxima, Deo fauente vberiora dicturi sumus.

Nonne

Obseruatio doctrinæ.

Mahumetus se ab Angelo Gabriele edoctum fingit, & magnū Dei Prophetam omnibus hominibus digniorem prædicat. Diuus Bernardus epist.190. ad Innocentium simílem Abaillardi arrogantiā depingit his verbis, Quid in his verbis intollerabilius iudicem; blasphemiam an arrogantiam? Quid damnabilius, temeritatem an impietatem? An non iustius os loquens talia fustibus tunderetur, quàm rationibus refelleretur? Nónne omnium meritò in se prouocat manus, cuius manus contra omnes? Omnes, inquit, sic. sed nō ego. Quid ergo tu? Quid melius asseris? Quid subtilius inuenis? Quid secretius tibi reuelatum iactas: quod præterierit, tot sanctos, effugerit sapientes. Aquas furtiuas & panes absconditos puto apponet nobis iste. Eadem vtique in Caluinistas & hodiernos hæreticos efferre possemus, cùm se non minore petulantia supra omnes Ecclesiæ

Obseru. doctrinæ.

siæ patres eleuent, eósque superciliosō fastu contemnant, eis opprobria illata suam gloriam prædicantes.

Interpretat.& obseru.morum.

Nonne Moses dedit vobis legē, & nemo ex vobis facit legē?

Vbi ad obiectionem, vnde doctrina eius esset, respondit, nunc alteri exprobrationi satisfacit, quòd in Sabbato curet, simúlque probat eos Patris voluntatem non exequi, cùm Moysi legem non obseruēt: proinde nec mirum esse, si doctrinam eius descernere nequeant. Iam ergo eos in ius & causam vocat, quo se tandem de præuaricatione tueatur: Præuaricatores eos esse conuincit, cùm infert,

Quid me quæritis interficere? Quasi dicat, vt doctè examinat Cyrillus, Nonne per Mosen quem admiramini, data vobis est lex diuinitus ne hominem occidatis? Non audistis dicentem, Innocentem & iustum non interimes? Exod.23. Cur etiam Mosen vestrum tam facile paruipenditis? Christus nimirum quid animi habeant, explicat: in quo se verum Deum ostendit, cuius oculis omnia nuda & aperta sunt, Heb.4. Interī Christi exēplo idē nos ab hæreticis expostulare possumus, quoties illi nos legis præuaricatores esse arguent. Nonne prohibuit Deus, ô hæretici, à regibus deficere, seditiones moliri, quempiam interficere? Et tamen manus vestræ sanguine plenę sunt: omnes spiratis in sanguinem.

Vtq; fere tigres nunquam posuere furorem
Quas nemore hircano matrum dum lustra sequuntur
Altus cæsorum pauit cruor armentorum.

Sic licet omnis hæc nostra Gallia, non minus, quàm Anglia, Scotia, Germania, Polonia, Hungaria sanguine innocentum vestra manu fuso passim madeat: rursus tamen vt insatiabiles ad sanguinem prorumpitis & seditiones molimini. Hoc vtique argumento Moses heremita ab Arabum regina Mania in suæ ditionis Episcopum quæsitus, cùm Lucium Arrianum sibi manus imponere velle cerneret: Desiste, inquit, potius enim hunc Deo redditurus sum spiritum, quàm abs te consecrari patiar. Cúmque huius rei rationem Lucius quæreret: Quomodo, inquit, Moses Christianum te esse censet, cuius manus adhuc tot innocentum stillant sanguinem quem fudisti? Hæc Nicephorus histor. Eccl. lib.11. cap.46.

Interpretatio & obseruatio morum.

Respondit turba & dixit, Dæmonium habes, Quis te quætit interficere?

Senserunt detecta manifeste crimina, proinde ad negationem refugiunt, in Christum blasphemiam eiaculantes, cùm eum dæmonium habere dicunt. Hoc forsan tum trito loquendi more, quod multi hisce temporibus dæmoniis obsessi furirent. Hunc ergo furere dicunt, propria etiam remordente conscientia, cùm satis apud se quid moliantur intelligant. Tales vtique permulti sunt, qui tanto abest, vt amicam correctionem excipiant, quòd corripientes opprobriis & maledictionibus afficiunt: Nunc in malam crucem mittentes, nunc cacodæmoni deuouentes. Illi vtique patrem suæ impietatis Cayna, Genes. 4. cui non satis fuit fratrem interemisse, sed & in Deum eum corripientem obmurmurare cœpit: Nunquid custos fratris mei sum ego? Nec tamen desistat verbi diuini ministero eos arguere, quo tandem erubescant: aut seipsos tantum suæ perditionis causam esse fateantur. Et si nihil ab his quàm opprobria colligat, cõsideret sibi meliorem repositam mercedem. Beati enim eritis (inquit Christus Matth. 5.) cùm vos oderint homines, & eiecerint nomen vestrum tanquam malum propter filium hominis: gaudete & exultate, merces enim vestra copiosa est in cælis. En vt Christo conuitiatur turba hæc insana, nec desistit tamen viuis rationibus eorum impietatem aperire. Ait enim.

Vnum opus feci, & omnes miramini?

Cyrillus lib. 4. in Ioannem cap. 48. locum hunc interrogationis spiritu proferendum esse censet. Nam cùm pronum ad furorem populum sciat, Non dixit, curaui hominem, sed submissius protulit, vnum opus feci: & miramini omnes, q. occultè videatur insinuere hunc sensum, hoc tantum peccato adeo commoti estis quod hominem in Sabbato curaui? Quantum igitur æstimatis aduersus vos Deum esse commotum, cuius legem non semel neque in minimis, sed in omnibus & semper transgredimini? Verè tamen docet nos eos demirari debuisse quod in Sabbato curet, sed beneficij magnitudinem efferre, & idcirco benefactorem encomiis celebrare.

Propterea enim (inquit) Moses dedit vobis circuncisionem, non quia ex Mose est, sed ex patribus: & in Sabbato

Interpretatio & obseruatio morum.

bato circunciditis hominem. A simili hominem, immò à minori ad maius probat licuisse sibi hominem in Sabbato curare, absque legis Mosaicæ præuaricatione. Quasi dicat.

Si licet bonum in Sabbato, licebit & melius. Porrò totum hominem sanum facere, maius & melius est, quàm circuncidere: & tamen in Sabbato Circuncisio licita est, Igitur & licita erit curatio.

Item, Si quod nõ est à Mose sed à patribus, Mosis legem non infringit, quanto minus id quod ab eo est, cuius corrigiam calceamenti Moses indignus est soluere? Nam quanto Moses maior est patribus, tanto Christus maior est Mose. Sed circuncisio quæ à patribus est, etiã Sabbato facta, nõ soluit legẽ Moysi, minus ergo soluetur illa à curatione, quam edidit filius Dei. Addit enim.

Si circuncisionem accipit homo in Sabbato, vt nõ soluatur lex Moysi, cur mihi indignamini, quia totum hominem sanum feci in Sabbato?

Nimirum & vtriusque Mosis & Christi, circuncisionis & curationis collata conditione, satis patet nec Christum Mosi subditum, nec curationem totius hominis minus circuncisione in Sabbato licitam esse. Ceterum obserua ex verbis Christi eos quos ille curauit, non corpore tantum, sed & anima sanitati restitutos: proinde Deum simul omnem culpam remittere.

Obseruat. doctrinæ.

Obserua Christi verba, immò omnem scripturam nõ ex facie literæ iudicandam esse, sed ex spiritu. Nam vt Maximus martyr Centuria 2. de virtute & vitio, inquit, Quemadmodum Deus secundum substantiam non cadit sub notitiam, ita nec verbum Dei notione nostra

Interpret. & obseru. morum.

Nolite iudicare secundum faciem, sed rectum iudicium iudicate.

Lex enim quam defendere videmini apertè clamat, Deuter. 1. non esse considerandam personam in iudicio, quia iudicium Dei est. Et verò iudicare secundum faciem, aut pro affectu, id est, odio aut fauore aliquid censere, aut tantum pro eo quod exterius apparet aliquid iudicare: cùm tamen litera legis occi-

Interpretat. & obseru. morum.

dat, spiritus verò viuificet: & homo ex corde non ex facie, nec Christus ex infirmitate, quę in carne apparet oculis, sed ex virtute, quæ in diuinitate oculis spiritus cernitur, agnoscendus sit. Potest ergo sic interpretari, 1. Nolite tanto in me ferri odio, vt etiam remordente vos propria conscientia, innocentem me cõdemnetis. 2. Vel nolite sic meam paupertatem, humilitatem & abiectionẽ, qua serui formam assumpsi, inspicere, & in ea velut facie immorari, quin etiam recto iudicio oculis spiritus meam diuinitatem ex miraculis & doctrina fateamini. 3. Vt ad legem quæ de Sabbato est referatur. Nolite ad literam Sabbati celebrationem sic torquere: vt non intelligatis magis opera peccati verè seruilia hoc prohibita esse: opera autem pia & sancta hoc ipso edenda esse, quale est hominem totum sanum facere in Sabbato. Occultè nimirum eorum hypocrisin notat Christus, vt qui culicem colant, camelum autem glutiant. qui se Sabbatum violare non putent, si eo in fratres rixis & dissentionib⁹, in Christum quoque improperiis excandescãt, cùm interim magnum piaculum esse censeant, si homo sanus fiat in Sabbato. Et nos quoque idem hęreticis dicamus, quod Christus Iudæis: Si quando enim illi in nos disputant, potius cæremoniis sacramentorum, quàm substantiæ eorum immorabuntur? omniáque sic

Obseruatio doctrinæ.

cõprehẽditis. Nã sermo scripturæ sanctę licet ratiõe literarũ recipiat circũscriptionẽ, simul desinit cũ tẽporib⁹ rerũ, quæ enarrãtur: at spiritu quoad speculatiões rerũ, quę pertractãtur, intellectu penitus manet incircunscriptus. Hic Hierony. ad Paulinũ. Quãti hodie putant se nosse literas? tenent signatum librum nec aperire possunt, nisi ille reserauerit, qui habet clauẽ Dauid: qui aperit et nemo claudit, claudit & nemo aperit. Nã, vt ait Origenes, in Cant. Spiritus mysteriorum formas obiectas esse voluit scripturis diuinis, & non palã atq; in propatulo haberi. Proinde Epiphanius in hæres. 55. Melchisedecianorũ, Diuinæ, inquit scripturæ & profunditas & claritudo metem excedens decipit plurimos. Si Petrus 2. Petr. 3. In omnibus, inquit, Pauli epistolis sunt quædã difficilia itellectu, quæ indocti & instabiles depraua̅t, sicut & ceteras scripturas, ad suã ipsorũ perditionẽ.

discutiunt,

Interpret. & obseru. morum

discutiunt, vt nullã rerũ significationẽ admittant: literã sequentes nõ spiritũ Eodẽ quoque stilo vt simplicem populũ aucupentur, mores prælatorum, velut Ecclesiæ faciem calumniantur, cùm interim in doctrinam nullomodo præualere queant, sed à moribus ad doctrinam non est consecutio, vt docet Tertullianus lib. de præscript. in hæreticos, vt nec à facie ad rectum iudicium. Discamus quoq; ex verbis Christi inconsulta de proximis iudicia ab animis nostris abigere, 1. Cor 4. Nolite iudicare quoadusque veniat dñs, Ierem 9. prauũ enim est cor hominis & inscrutabile, quis cognoscet illud? Solus quippe Deus scrutator est cordium.

Dicebant ergo quidam ex Hierosolymis. Nonne hic est quem quærunt Iudæi interficere? Ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt. Nunquid verè cognouerũt Principes quia hic est Christus?

Hierosolymitani melius exteris nouerant, conatus principum in Christum. Videntes igitur tanta eum animi constantia loquentem, nec tamen teneri ab his, quod ignorarent, qua id potentia effectum esset, aliud subdubitantes suspicantur, scilicet principes nunc demum suam de Christo mutasse sententiam. Porrò obseruare poteris quantum sapientia & concionatoris constantia valeat: frangit enim hominum malitiam. Hac Helyas principem non pertimuit, & Achab sæpe ad resipiscentiam reduxit 3. reg. 17. Hac idem Ochoziæ Idololatriã confudit 4. reg. 1. Hac sancti vicerunt regna, Hebr 11. Apostoli ibant à conspectu concilij gaudentes, quòd digni essent pro nomine Iesu contumeliam pati, Act. 5. Hac Machabæi inuicti steterunt coram Antiocho tyranno 2. Mach. 7. Hac martyres confusos reddidere Christi aduersarios, adeo vt sæpissime tanta in eos rabie non excaduerũt. Quod vtique in ipso Christo contigisse videmus: Cõfudit enim eius sapiẽtia & constantia inimicos illius principes, scribas & Pharisæos. Sed scimus vnde sit. Christus verò cùm venerit nemo scit vnde sit.

Quod adductos putant principes in Christi confessionem, erroneam suam depromunt sententiam Dicunt se scire vnde sit Iesus, 1. Quod ex vulgata opinione patriam eius Nazareth, in qua nutritus fuerat. 2. & parentes Mariam & Ioseph agnoscerent. Proinde sic ratiocinantur.

Nemo scit vnde sit Christus, Scimus autem vnde iste sit. Non igitur iste est Christus.

Interpretatio & obseruatio morum.

Colligunt autem maiorem præmissam ex Esayæ cap.53.in quo de Christo hæc habentur,Generationem eius quis enarrabit? At verò miseri homines non attendunt eundem prophetam 1. generationem eius de virgine prædixisse cap.7. 2. Micheam locum eius natiuitatis assignasse Bethleem cap.5.Iacobi.3.tempus quo nasceretur præuidisse,nimirum tum cùm auferretur sceptrum de Iuda,& dux de femore eius, Genes. 49. 4. Immò Esayas cap.11. eum è radice Iesse oriundũ præcinuisse.Mentiuntur igitur quod dicunt neminem agniturum vnde sit Christus. Quid ergo,dixerit aliquis? Quomodo Esayas non enarrandam Christi generationem prædixit? Sed,inquit Cyrillus, lib.5.in Ioannem cap.2. Generatio Christi duplex est,vt & natura, diuina nimirum & humana. Proinde,ait Iunilius,lib.1.contrapositorũ ex Esaya q.46. Non opponitur Matthæus Esayæ,& si inter cetera dicat: Christi autem generatio sic erat. Propheta enim de diuinitatis generatione prædixit, Euãgelista incarnationis mysterium sequens, generationem Christi secundum humanitatem exposuit. Enarrari ergo generatio diuina non potest. Attamen ex qua tribu,& vnde oriundus sit,& quo tempore nasciturus sit saluator Messias facile intelligitur. Impudenter ergo turba loquitur, quòd nemo sciat vnde, id est,ex qua familia & regione sit Christus.

Clamabat ergo Iesus in templo docens & dicens, Et me scitis,& vnde sim scitis:& à meipso non veni, sed est verus qui misit me,quem vos nescitis.

1. Quod illi secreto alter alterius auribus obmurmurauerat,palam facit Christus : hoc ipso Deum esse comprobans. 2. Docens quoque nihil abscõditum esse quod non reueletur,& calumnias, quas in corde tuo in Deum digesceris , tibi palam & publicè exprobrandas fore intelligas. Porrò habenda ad horum verborum notitiam naturarum distinctio eo modo. Et me scitis, id est, agnoscitis secundum humanã naturam.Et vnde sim scitis: Id est, & genus & locum natalem: veruntamen aliquid in me reliquum est quod vos nescitis,diuinæ,scilicet naturæ veritas , quam à me non habeo,sed à Patre,à quo mihi omnia trãdita sunt.Et à meipso non veni. Id est,non me ingessi,vt Messiæ honorem vnerer , ambitione quadam humana ductus. Non veni enim à me, vt homine,id est,humana authoritate.sed diuina,quæ mihi in eo quòd

Interpretatio & obseruatio morum.

quòd Deus sum eadem est cum Patre. Vel non veni in mundum mea solius authoritate & sententia,per assumptionem carnis,& vnionem eius ad deitatem (vt interpretatur Cyrillus) sed pater ipse cælestis me misit, qui verus est, vnde & verus est filius. At quoniam filium verum esse non fatemini,ideo nequePatrem qui eum misit agnoscitis. Si enim me sciretis, inquit, forsitan & patrem meum sciretis. Ego scio eum , Matth.11. Nemo enim nouit filium nisi pater : Et nemo nouit Patrem nisi filius,& cui voluerit filius reuelare. Deum nemo vidit vnquam. Vnigenitus qui est in sinu Patris,ipse enarrauit, 1.Ioan. 1. Et rursus Ioan.6. Non quia patrem vidit quisquam , nisi is qui est à Deo, hic vidit Patrem.

Et si dixero quia nescio eum,ero similis vobis mendax.

Qui iactatis vos scire vnde sim , cùm tamen vestra etiam sententia,& nesciatis vnde sit Christus : quod vtique vos in altero eorum dictorum mendacij arguit.

Sed scio eum,quia ab ipso sum,per æternã generationem: & ipse me misit , per eandem mecum voluntatem. Quærebant ergo eum apprehendere , & nemo misit in illum manus quia nondum venerat hora eius.

Non quòd Christus influxui astrorum , sed paternæ voluntati subiectus esset. Nondum ergo hora qua eum mori pater decreuerat , completis quibusdam nostræ salutis mysteriis,venerat. Proinde nec permittebat pater Iudæos in Christum funestas manus mittere. Compescebantur à Deo manus illorum,non impediebatur voluntas:cùm nec obstinatæ menti mederi queat, quòd in libertate arbitrij omnem hominẽ reliquerit, Matth.23. Quoties volui,&c.

De turba autem multi crediderunt in eum.

Cùm verbis tum miraculis , & constantia illius allecti. Adeò nunquam verbum domini sine fructu est : vt discant etiam inter impios non despõdere animum diuini verbi præcones:ersi enim non omnes neque multos , saltem paucos lucrabuntur , & ad salutis iter reducent.

ORATIO.

DAigitur Deus bone, pater misericordiarum,verbum Euangelisantibus virtute multa. Infunde & illius auditoribus

Interpretatio & obseruatio morum.

humilitatem & docilitatem, vt discant incomprehensibiles esse vias tuas, & imperscrutabilia diuina tua mysteria, non autem temere ea secundum faciem iudicantes capescere, & quasi contemptis sanctæ tuæ Ecclesiæ doctoribus interpretari. Sed præsta vt in simplicitate cordis & obseruatione paternæ tuæ voluntatis, omnem intellectum in obsequium verbi tui & fidei submittentes, rectum iudicium iudicemus, téque interius animę oculis plenius agnoscamus. Amen.

FERIA QVARTA POST QVARTAM DOMINICAM QVADRAGESIMÆ.

Euangelium habetur Ioan. 9.

Præteriens Iesus vidit hominẽ cæcũ à natiuitate, &c.

Interpret. & obseru. morum.

PRæteriẽs Iesus. Habita summo diluculo apud Iudæos in templo concione, & absoluta adultera, à loco sacro egressus.

vidit hominem cæcum à natiuitate.

1. Exiuit autem de templo, vt sui absentia Iudæorum furorem mitigaret. 2. & miraculum edere voluit, vt per operationem signi eorũ duritiem emolliret, atque eorum quæ dixerat per opera fidem faceret. Adeò bonus dominus omnibus modis Iudæorũ impietatem, immò & nostram retundit, & num peccatores ad sui agnitionem veniant explorat. Vidisse autem hominem cęcum dicitur, 1. quia misertus est. Est enim Christi videre idem quod misereri, ait Cyrillus Alexandr. lib. 5. in

Introduct. in Euang.

VT qui longo carcere detinentur, quãto graui cum mæstitia illius tenebras perpessi sunt, tanto educti magis exultant. Ita qui aut à spirituali aut corporali morbo omnino curatus est Dei beneficio, tanto interius Deo gratias agit, quãto prius aduersam sibi fortunam sensit. Hoc in cæco illo nato curato videre est. Ille enim magno Christum animo prædicat, nec obmurmurantibus licet Pharisæis tacet, quin in eum credat, & eum adoret.

Facta

Introduct. in Euang.

Facta sunt hæc in festo Scenopegiæ secunda die ab his, quæ heri diximus, habita summo diluculo concione, & adultera absoluta.

Summa.

Quinque ad summũ examinabimus. 1. Vt rationem cur cæcus iste natus sit, Christus reddiderit: cúrque tum opus sit eũ miracula facere. 2. Vt luto oculis eius impositio lotus curatus sit. 3. Vt coram vicinis Christum prędicarit. 4. Vt nihil veritus Pharisæos eundem annunciarit. 5. E synagoga eiectus, à Christo instructus sit. 6. & eum adorarit.

Obseruatio doctrinæ.

Quærunt nõnulli quomodo Apostoli parentum peccata in filiis vindicari dixerint, cum Ezechiel. 18. scribatur, Anima quæ peccauerit, ipsa morietur: filius non portabit iniquitatem Patris? 1. Cyrillus Alexandrinus lib. 6. in Ioan. c. 12. id interpretatur de æterna pœna seu igne inferni, quem, inquit, non

Interpret. & obseru. morum.

5. in Ioan. cap. 13. Sic conuersus respexit Petrum, Luc. 22. Hinc Psaltes, Psalm. 29. Ostende faciem tuam & salui erimus, Psalm. 33. Oculi domini super iustos. 2. Vidit quoque quia studiosè eum respexit, quasi aliquid magni circa ipsum operaturus. Sic Ioan. 5. Vidisse dicitur Paralyticum. Nimirũ Deus opt. max. non detrectatur videre si est ex nobis intelligens aut requirẽs Deum, & oculo suę bonitatis contemplari, qui non vult mortem peccatoris, Ezech. 18. sed vt magis conuertatur & viuat.

Et interrogauerunt eum discipuli eius, Rabbi, quis peccauit, hic aut parentes eius, vt cæcus nasceretur?

Primùm, perpendunt illi permultos morbo affectos ob peccatum. Nam meminerũt languido ad Probaticam piscinam curato, dictum, Vade, & amplius noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Et paralytico iacenti in grabato qui in domo oblatus ei fuerat, fili, remittuntur tibi peccata tua, Matth. 9. Considerant, Deut. 25. maledictiones & infirmitates ob impietates, Rom. 5. Quod per peccatum mors: proinde putant quod cæcitas ista ob peccatum immissa sit. 1. Dubitant verò quo id peccato euenerit: num ipsius cæci, aut parentum ipsius, quod Deus sit zelotes, vindicans iniquitatem patrum in filios,

Interpret. & obseru. morum.

Exod. 20. Sic enim Chanaam patris Cham Noe pudenda ridentis maledictionem tulit, Genes. 9. 2. Puer natus Dauid ex Bersabee ob parentum peccatum mortuus est. 2. reg. c. 12. 3. à Roboam ablatæ sunt 10 tribus ob patris idololatriam. 3. reg. 11. 4. Ochozias domui malum illatum ob impietatem Achab, etiam pœnitentia agnitã, 3. reg. 2. 5. filij Giezi ob patris cupiditatem leprosi, 4. reg. 2. 6. de domo Ioab non defecit fluxum sanguinis sustinens, leprosus cadens gladio, & indigens pane, ob traditiones per eũ factas, 3. reg. 3.

Respondit Iesus, Neque hic peccauit, neque parentes eius, vt cæcus nasceretur.

Non negat simpliciter parentes, & cæcum istum peccasse. Si enim dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus. Et facti sumus immundi omnes nos ait Esaias, Non est qui faciat bonum, inquit Psaltes. Sed nõ peccasse, ait, ad hoc, vt cæcus nasceretur. Rationẽ verò addit cur hoc factum sit, dicens.

sed vt manifestentur opera Dei in illo. vt Christus eum illuminando, innotescat filius Dei & verus Deus. Nam quorũ est eadem operatio, eorum est & eadem natura: Et quorum est diuersa natura, ipsorum quoque est diuersa actio. Cùm igitur opera Christi sint opera Dei, docet vtique se verum Deum.

Obseruatio doctrinæ.

patiuntur vnquam filij pro crimine suorum parentum: etsi tamen temporalẽ incurrere queant. 2. Iunilius verò Africanus, Redduntur, inquit, peccata patrum in filiis, dum pro culpa parentis ex originali peccato anima polluitur prolis: & rursum non redduntur: quia cùm ab originali culpa per baptismũ liberamur, non iam paretum culpas, sed quas ipsi committimus, habemus. Hæc habet ille lib. 1. contrapositorum ex Exodo, interrogat. 25. 3. Aut non punit Deus filios nõ tantum originali ipsorum labe, sed & vbi parentum vitia æmulantur: alioquin non parentum, sed propria culpa quenque condemnat, vt habetur 56. distinct. can. Vndecunque & Quattuor. Scitari hic posset quispiam, nũquid iste iniusta passus est, qui cæcus fuerit natus sine culpa? Minime profecto, quin potius beneficium accepit per hanc cæcitatem. Nam & mirabilius visum recepit, quàm

Proinde

Obseruatio doctrinæ.

quàm si à principio natiuitatis accepisset, & ea occasione, interioribus etiam oculis est illuminatus, atq; ad Christi fidẽ integrè perductus est. Hæc Cyrillus Alexandr.

Occurrit quæstio, Quomodo Christus dicat, Venit nox quando nemo potest operari. An quasi non etiam nunc in cælo operetur? Est ne illi aliqua nox? 2. Cor. 4. dixit de tenebris lucem splendescere. Quomodo igitur ait, Matth. 28. Ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi? Respondetur aut operatum quidem per seipsum, dum hic viueret, nunc autem operari per ministros. Proinde si de presentia Christi (quæ noster dies est) corporali intelligas, oportuit eum operari per seipsum, dum hic viueret, quod non fecit subductus in cælum. Vel & melius quidem, Dies, omne tempus ad extremum vsque iudicium significat, quo dominus seu per se immediate, seu per ministros suos & lo-

Interpret. & obseruat. morum.

Proinde, Ioan. 10. sua Patris opera esse dicit, his verbis, Si non facio opera patris mei, nolite credere. Pater in me manens ipse facit opera, Ioã. 14. Proinde facessant qui Christum patri æqualem esse inficiãtur.

Me oportet operari opera eius, qui misit me, donec dies est.

Diem vocat 1. aut tẽpus quo hoc in mundo præsens fuit, cuius ipse lumen est & verus sol iustitiæ, Psal. 111. Exortum est in tenebris lumen rectis. Esayæ, cap. 9. Populus gentium qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam, Ioan. 1. Qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. 2. Aut dies tempus vitæ nostræ est, quo gratia nobis confertur. & mereri possumus. Vnde Paulus, Cùm tempus habemus, inquit, operemur bonum. Christi igitur æmulatores videamus ne forte nox occurrat.

Quid scis an adiscient hodiernæ crastina vitæ

Tempora Dij superi?

Venit nox quando nemo potest operari.

Protrahitur quidẽ dies spiritualis quo filius operatur, ad finem vsque extremi iudicij. Nam toto eo tempore & homines illuminat lumine suæ gratiæ filius, & ad fidem pœnitentiámque vocat. Deinde succedit nox terribilis & tremenda impiorũ post expletũ iudiciũ, & determinatã omniũ retributionem, in qua nemo

Interpretatio & obseruatio morum.

potest operari, quia nullus pœnitentiæ locus, aut emendandæ vitæ tempus supererit. Quæ seminauerit homo, hæc & metet, Psalm. 6. In inferno quis confitebitur tibi? Proinde, Ecclesiast. 4. Ante obitum tuũ operare iustitiam, quia non est apud inferos reperire cibum, Eccles. 17. Ante mortem confitere, viuus & sanus confiteberis. Dies enim concluditur: norint igitur omnes quid sibi in itinere contingat. Quemadmodum ait S. Effrem lib. 1. de compunctione cordis cap. 4. Si quis viator iter arripiens discumbat media via, & dormiat vsque ad vesperum: deinde expergefactus iam sole ad occasum vergente, cùm cœperit properare, efficiantur nubes, grandines, tonitrua quoque & fulgura, ac pressuræ cum vndique conturbationésque circundent, ita vt neque ad mansionem valeat peruenire, neque quoquam, sequente tempestate, se recipere. Sic & nos si in hoc tempore negligamus pœnitentiam, veniet vtique nox futuri sæculi, qua viam nostram prosequi non poterimus. Immò qui non hîc exquisierit, & adeptus fuerit vitam animæ, diuinum lumen spiritus, migrans è corpore, iam segregatur in sinistra tenebrarum loca, in regnum cælorum non ingrediens, ait d. Macarius, homil. 30. de renascentia ex spiritu.

Hæc cùm dixisset, expuit in terram,

Obseruatio doctrinæ.

quitur, & vt lux viam in cælum pandit. Nox autem non Christi, sed impiorum respectu intelligenda est, qui ignibus inferni traditi, lucem iustitiæ assequi non poterunt, vt dicit Augustin. tract. 44. in cap. 9. Ioan.

Obseruauimus diebus superioribus, cùm de probatica piscina ageremus, Deũ tum temporis quo Christus sacrum baptisma instituturus erat, maxima miracula in aquis edidisse. Inter cetera verò, & hoc factum inserere poteris: eo quidem modo, vt omnia sacro baptismati respondeant. 1. Cæcus enim humanam insinuat naturam, cæcitate peccati & ignorantiæ affectam: cùm interim iustitia morum, & agnitione doctrinæ, velut duobus oculis, vir Christianè dirigatur. 2. Christus præteriens, vidit cæcum hũc, qui nostræ peregrinationis viam ingressus, vbique omnia cæcis spiritualibus peccatoribus

Obseruat. doctrinæ.

catoribus nimirum plena vidit: Quod omnes filij iræ nascimur, Ephes. 2. & in peccatis concipimur, Psalm. 50. Augustinus de fide ad Petrum: & de consecrat. distinction. 4. can. firmissime tene. 3. Rectè autem præteriuisse Christus dicitur, non stetisse: quia in similitudine carnis apparuit: sed in via peccatorum non stetit, Psalm. 1. Hinc est quòd secundum alterius loci parabolam, Luc. 10. Samaritanus secus saucium venit. Quod enim ibi per saucium: hoc significatur ibi per cæcum: & quod ibi dicitur, venit, hîc præteriit.

4. Vt ergo Christus curando cæco sputum luto immiscuit & eo oculos liniuit: ita Christus suam diuinitatem nostrę terrę coniunxit, & id mysteriũ nostris oculis, vt collyrium obiecit. Et vt vnctione vtitur in mysterij baptismalis typo, ita vnctionem in ipso baptismate com-

Interpretatio & obseruatio morum.

terram, & fecit lutum ex sputo, & liniuit lutum super oculos eius.

Quid istud? An non cachinnum mouet hic textus Anabaptistis: maximè verò diabolodoro Beszę, quod Christus cęremoniis vtitur? Nimirũ omnes isti antichristi præcones Christum vt Ecclesiam calumniantur, quod cęremonias ad patrandas curationes accersant. Proclamant illi præstigias, incantationes, Pompilij Numæ inuenta, magicas imposturas, immò & omnis impietatis fæces. Item quò hæc temeraria serpit oratio? Quò tam proterua sese ingerit audacia? Nimirum in Christum opt. max. qui etiam huic curando cęremoniis vtitur. Num vno verbo, immò nutu huic lumen restituere poterat? Quid ergo expuit? Quid lutum fecit? Quid linit oculos? Quid ad Siloë natatoria misit? Quis neget hæc omnia cęremonias esse? Taceant igitur impudentissimi canes, hæretici: aut saltem se in Christum blasphemare intelligant.

Ceterum præter hoc quod cęremonias in Ecclesia sua confirmabat, rationes huius facti mysticas expendamus. 1. Sputum ceu saliua à cerebro fluit, Christus à Patre genitus est: & vt olim Hesiodus è cerebro Iouis natam sapientem Bulem finxit, sic nos audimus verè de filio dictum sub nomine sapien-

tiæ, Eccles 24. Ego ex ore altissimi prodij. Proinde vt metaphorice filij à patre generatio, eo quod è cerebro & ore prodit, depingitur: ita & saliua Christi diuinitatem indicat, vt doctè Cyrillus Alexand. interpretatur. 2. Lutum verò de terra, eiusdem humanitatem insinuat de sacrosancta virgine sumptam, vt dicitur, Psal. 84. Veritas de terra orta est. Et Esay. 53. Et ascendet sicut virgultum, & sicut radix de terra sitienti. 3. Expuens autem in terram, lutum fecit, quia verbum caro factũ est, & habitauit in nobis: Et vt sputum luto, ita diuinitas sese humanitati in vna hypostasi coniunxit.

4. Hoc remedio vnguntur oculi cæci, vt olim felle piscis oculi Thobiæ, quod Christi incarnatio & meritũ, nostri cordis oculis impositũ, immò quicquid ipse egit in carne, nostræ menti addictum, eam illuminet. 5. Quòd tamẽ vnctus nondum videt, quin prius ad natatoriã siloë veniat, & ibi lauet, docemur nihil proficere ad salutem Christũ nosse, nisi ad lauachrum regenerationis & renouationis sacrum nimirum baptisma accedamus. 6. facit & denominatio piscinæ ad mysterium: dicebatur enim Siloë quod est interpretatum, missus, ait Euangelista, vt verè Christũ hoc nomine insinuet, ait Basilius ĩ cap. 8. Esayæ: quod à Christo, tanquam fonte & scaturigine abundet baptisma. Vnde & mystice ex eius latere morientis

mendabat. Proinde Basilius tom. 1. libr. de spiritusancto cap. 27. Consecramus, ait, aquam baptismatis & oleũ vnctionis vbi acceptam hãc traditionem ab Apostolis censet: Quam etiam Clemens Roman. lib. 7. constitutionum Apostolicarum, cap. 42. explicat. Et d. Dionysius Areopagita, libro Ecclesiast. hierarchiæ, cap. profusius deducit. Quocirca potes etiam, quæ fiũt in baptismate cum hoc Christi facto sic expendere. 5. Non coactum mittit Christus ad Syloam, sed volens ille ad eam venit. Nullus etiam cogitur ad baptismum, sed an credat, & quid velit primùm in ipsis foribus Ecclesiæ ab eo quæritur, vt doctè expendit Carolus magnus Francorũ Rex, epistol. ad Albinum de ritibus veteris Ecclesiæ. 6. Saliua oculi istius vnguntur. Saliua ori pueri admiscetur, in diuinæ sapiẽtiæ tesseram. 7. Vngitur iste luto. Vngitur baptisatus, oleo, quo

spiritualis

spiritualis per Christum vnctio significatur. 8. Lauatur hic in natatoria Syloë. Lauatur & parulus in baptismo. 9. Effectus consequitur, quòd venit iste videns. Baptisatus verò tenebris peccatorum exuitur. D. Gregorius Nyssenus libro de sancto baptismate, argumento sumpto à luto quo huius cæci oculi inuncti sunt, probat non vim nãturæ, sed benedictionis in sacramentis considerãdam esse. Non panem communẽ in Eucharistia, sed corpus Christi, vi benedictionis præsens: neque aquam elemẽtarem in baptismate, sed illius consecrationem. Quod è virga è nuce seu corylo mirabilia exeruerit Moses, nimirum Deo hanc illi virtutẽ indulgente. Similiter ait, vnius Prophetæ indumẽtum quod erat ex pelle caprina, Elyseum toto orbe celebrem fecit. Et frutex rubri Moysi diuinas apparitiones ostẽdit. Exod. 3. Item Elysei reliquiæ mortuum excitarunt. Et lu-

morientis effluxit, vt docet Cypria. sermone de Cæna. Nimirum Christus missus est à Patre, qui ante promissus fuerat. Huius igitur piscinã & natatoriam cathecumenum adire oportet, & lauari in ea, nimirum sacro tingi baptismate: vt expulsis peccatorum tenebris, omnino illuminetur Hinc est quod subdit Euãgelista Christum cæco dixisse.

Vade, laua in natatoria Siloë: quod interpretatur missus.

Epiphanius libro de vitis & interitũ Prophetarum. Fontem, inquit, Siloëm Deus causa Prophetæ Esayę effecit, quoniam priusquam moreretur, pusillum precatus est vt vndas illic effingere dignaretur. Et cõfestim demisit illi cælitus aquam viuentem, vnde sortitus est locus apellationem Siloë: quod si quis interpretetur sonat demissum. Eóque ad hodiernum vsque diem aqua eructatur clanculum, quo significetur mysterium.

Abiit ergo & lauit, & venit videns.

Mira vtique hominis obedientia: non reclamat: non interrogat, non dubitat: immò neque moratur. Melior enim obedientia quàm victimæ. Et hoc quidem se fideliorem Naaman docet, qui iniuncto sibi in Iordane balneo, abiẽs obmurmurabat. Non quærit iste cur iniungatur ad Siloam lotio, cur præcesserit ex luto vnctio. Et hoc ipso sanè docet

Interpretat.& obseruat.morum.

fidelium non esse quærere quomodo aut cur hoc: vt adnotat Iustinus martyr, libro de Trinitate. Huius enim est audire & exequi quæ præcipiuntur, non curiose disserere.

Itaque vicini, & qui viderant eum prius, quia mendicus erat, dicebant, Nonne hic est qui sedebat & mendicabat? Alij dicebant, quia hic est. Alij autem nequaquam: sed similis eius est: Ille verò dicebat, quia ego sum.

Vt ciuitas supra montem sita, & lucerna super candelabrum omnibus patet, nec abscõdi potest, Matt. 5. Ita neque Christi gloria. En scilicet etiam in Pharisæorũ & magnatum Iudæorum confusionem, non diuites sed pauperes isti vicini sensim signum hoc in paupere & mendico factum intelligere incipiunt. Porrò Cyrillus Alexand. lib. 6. in Ioan. cap. 15. ex hoc loco obseruat Christum non præclaros & insignes ex Iudæis, sed mendicos curasse, vt & Luc. 19. dicitur mendicum cæcum in via Hiericho illuminasse: vt doceret se maximè humilibus venisse, & nullam apud se personarum esse acceptionem.

Obserua quoque cæci istius gratitudinem, vt qui palam prædicet & miseriam suam pristinam, & beneficium acceptum.

Dicebant enim ei, Quomodo

Obseruatio doctrinæ.

tum cæcum ex vtero matris natum illuminauit. Atque hæc omnia, cùm materiæ sint inanimatæ, & sensus expertes, poste.aquam vim Dei accepissent, magnis miraculis media intercesserũt. Hæc ille.

D. Athanasius orat. 5. contra Arrianos ex hoc etiã facto Christum verè Deum, & eius carnis glorificationẽ probat. Quod Emorroyssa fimbriæ attactu curata sit, Luc. 4. Fluctus & venti, voci Christi obedierunt. Luto inũctus cæcus curatus sit: quæ tamen minima sunt è corpore, & non ipsum corpus. Obserua Christi virtutem nõ innititi sapientiæ humanæ. Quis enim etiã, vt inquit Caluinus in harmonia si hoc factũ attendisset, non cæcum istum rideri putasset, Christúmque nænis & gesticulationibus ei illudere? Sed nihil hic fides dubitat, quin Christo omni se obsequio submittat. Nam lutum quod alioquin sanis oculis impositum, eos turbaret: hic medicum fit, ne tu ad natu-

Obseruatio doctrinæ.

naturæ rationes deuenias. Habes Exod. 15. Mosem ligno infuso aquarum amaritudinem abstulisse. Elyseum sale immisso fontis & aquarum sterilitati medicatum. 4. Reg. . Ecquis verò nostrorum Antichristorum non hæc rideat, quòd humanæ sapientiæ aduersentur? Insanũ forsan caput excutient, si apud Nicephorum Ecclesiæ historiographum, cuius nos bonam partem in gallicum sermonẽ vertimus, legerint li. 15. c. 25. quæ huic fere cõsonãt narrationi. Nimirum Leoni nondum Constantinopoleos Imperatori, cùm cæcum errantem deduceret, & sitibũdo aquam per amænam siluã in qua fons erat, sed limo & foliis & lignis obstructus, quæreret, vocem de cælo secundo auditam, Imperatorẽ ipsum futurum denunciasse: demũ vt fontẽ quæreret, & lutũ super oculos cæci poneret iussisse, & tum d. virginem matrem vt tandem sibi Ecclesiam hoc in loco ædificaret

Interpretat.& obseruat.morum.

do aperti sunt tibi oculi? Respondit, Ille homo qui dicitur Iesus lutum fecit & vnxit oculos meos, & dixit mihi, Vade ad natatoria Siloë & laua: & abij, & laui, & video.

1. Nomine Christum indicat, quòd eius inquit Cyrillus recognouerat vocem ex disputatione cum discipulis, & iandiu nomen eius audiisset per celebrem famam signorum eius, quæ ex aliorum relatione didicerat. 2. Ceterum veracem edit beneficij collati confessionẽ & narrationem: etsi fileat Christũ in terrã spuisse. Hoc quippe nõ viderat, senserat tamen lutum factũ oculis suis impositũ: proinde quod sciuit, expressit. Suo verò nos exemplo admonet & cæcitatem priorem agnoscere & eam fateri: beneficiúmque à Deo acceptum per illuminationẽ intellectus nostri, & peccatorũ remissionem semper agnoscere. Sic Paulus. 1. Ti. 1. Fui, inquit, persecutor, blasphemus, & contumeliosus, sed misericordiam cõsecutus sum. Et cùm Iudæi obstupescerent, & eo illuminato dicerent, Nonne hic est qui captiuos ducturus erat in Hierusalem? Liberè respõdebat se eum esse: sed Christi beneficio à cæcitate ignorantiæ purgatum esse.

Dicebant ei (*cæco*) Iudæi, Vbi est ille? Ait, Nescio.

Recedebat enim Christus semper post præstitũ beneficiũ curationis.

Interpretat. & obseruat. morum.

1. Vt doceret ex benefactis nostris gloriam humanam. 2. immò neque mercedem quærere debere. 3. Maximè verò sacerdotes, qui spiritualibus morbis peccatorum medentur: non Simoniace pecunias pro sacramentorũ administratione exigere: sed cùm gratis acceperint, gratis dare debere. Vt etiam habetur. 1. quæst. 1. can. Quicunque sacros: Et can. Qui studet. Et 1. quæst. 3. can. Si quis præbẽdas. Et 1. quæst. 1. can. baptisandus, & can. Quicquid. Placuit vt nullus, & dictum est solere in quibusdam 1. quæst. 3. can. Non solum, &cet. 4. Nos quoque hoc facto admonebat Christus, solius Dei honorem, non nostram iactantiam ob oculos habere, quòd in ieiunio, Eleemosyna & oratione faciẽdum docuit. Matt. 6. Omnia quippè in Dei gloriam referenda sunt, 1. Cor. 10. Philip. 1. Galath. 6.

Obseruatio doctrinæ.

mandasse. Ecce autem maiestas tua, inquit, & magnificentia tua Dei genitrix se exibet, & misero illi aqua turbida, & lutum Siloë fit: & quod oculis valentibus maximè aduersatur, id tum natura & vi sua deposita, salutare est factum.

Adducunt eum ad Pharisæos qui cæcus fuerat.

Debitum ordinem seruauit. Præcipitur enim Deuter. 17. Si quid difficile & ambiguum enascatur, conferre se ad sacerdotes Leuiti generis, & quærẽdum ab eis vt veritatem indicent. Nimirum à Præsbyteris disces sapientiam. Ecclesi. 8. Et ad verbum eorum omne pendet negotium. Deuter. 21. Eorum igitur est probare spiritus si ex Deo sint. Et si quod miraculum aut factum inusitatũ contigerit, an à Deo sit decidere. Sed sacerdotes isti & Pharisæi nesciérunt scientiam: excæcauit eos malitia sua, vt hanc curationem non agnoscerent.

Erat autem sabbatum quando lutum fecit Iesus, & aperuit oculos eius.

Hoc addit Euangelista, quòd hinc calumniæ ansam traxerint Pharisæi, ac si non liceret sabbato curare.

Iterum ergo interrogabant eum Pharisæi quomodo vidisset, Ille autẽ dixit eis: Lutum posuit mihi super oculos, & laui & video.

En in ampliori quàm prius, periculo constitutus cæcus, neque negat, neque contraria dicit prioribus, sed eadem succincte constringit.

Interpretat. & obseruat. morum.

stringit. Et hoc pacto contrariùm passi sunt eius quod volebant. Duxerunt enim eum (inquit Cyrillus) & interrogauerunt: vt negaturum: sed ab eo certius veritatem, & mirabilem domini virtutem didicerũt. Disce igitur istius exemplo nihil homines metuere, quantumuis Christi inimicos, quin semper veritatem pandas & Christi beneficia profiteare, vt etiã idẽ admonet. Matt. 10.

Dicebant ergo ei ex Pharisæis quidam, Nõ est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit.

En quanta animi eorum cæcitas. Non aduertunt facti magnitudinem, sed qua data est blasphemiæ porta ruunt: literæ occidenti innitẽtes, non spiritui viuificanti. Nã cùm dominus quiescere iubet in Sabbato, hoc vtique vt seruilia & quæ ad lucrũ sunt opera abdicantes: spiritualibus, & quæ ad dilectionem Dei & proximi prodendam tendũt vacemus. Tum enim ait Tertull. lib. 2. ad vxorem visitandorum fratrum infirmorum gratia vicatim aliena, & quidam pauperiora quæque tuguria circuire oportet.

Alij verò dicebant, Quomodo potest homo peccator hæc signa facere?

Sic pridem Nicodemus (Ioan. 3.) Nemo potest, inquit, hæc signa facere, nisi fuerit Deus cum eo. Adeò veritas etsi multos nancisatur aduersarios, aliquos tamen inuenit qui sibi faueant.

Et scisma erat inter eos.

Sic qui non congregat mecum, dispergit, inquit Christus. Permissu autem Dei hæc discordia euenit, & eo ipso bona fuit, quòd impedimento fuerit coadunatos Pharisæos vno animo cõspirare in Christi damnationem & præiudicium. Dabat & Christus dominus in aduersariis suis exemplum eius discordiæ quæ inter hæreticos Ecclesiæ suæ sponsæ inimicos futura esset: qua eorum dum sibi etiam inuicem reluctantur, impetus frangerẽtur. Sic confusione linguarum immissa, cessarunt artifices à turris Babel ædificatione. Genes. 11. Discimus quoque aliquando discordiam bonam esse, vtique inter infideles & hæreticos. Sic Christus Matth. 10. Non veni in terram pacẽ mittere (inquit) sed gladium. Sic Chore, Dathan, & Abyron plaga diuina ab inuicẽ diuisi sunt. Num. 10. Sic Paulus cùm Iudæos in se furere videret, vt & discordiam, eorum impetum frãgeret, compertum habens vnã partem eorum qui aderant ad sui accusationem Pharisæorum

esse, & alteram Sadducęorum: Pharisæum se esse exclamauit: atque de spe & resurrectione mortuorum iudicari: sicque dissolutũ est, orta inter eos contẽtione, cõciliũ. Vides & hac tẽpestate rixãtes simul Zuinglianos, Lutheranos, Caluinistas, Anabaptistas, Seruetianos, Strimelfeldianos, ceterósq;: adeo vt Deo dante ipsi sẽmet, vt fluctibus accidit, obruturi sint.

Dixerunt ergo cæco iterum, Tu quid dicis de illo qui aperuit oculos tuos.

Hunc territuros se putant tot interrogationibus: sed ille quasi iam gratiæ Dei rorem acceperit, constanter euadit. Ait enim.

Quia Propheta est. Hoc ex vulgi sententia hauserat, quòd Christum velut Prophetam habebat. Luc. 7. Dicebant enim turbæ: Quia Propheta magnus surrexit in nobis.

Non crediderunt Iudæi de illo quia cæcus fuisset, donec vocauerunt parentes eius qui viderat: & interrogauerunt eos dicentes, Hic est filius vester quem vos dicitis quia cæcus natus est? Quomodo ergo nunc videt?

Interrogãt non vt verum eliciant & instruantur, sed vt terreãt parentes. Sic enim qui vrbem expugnare nititur, vbi vnam murorum partem quam prosternere atque euertere tẽtauit, adeo firmam esse videt atque compactam, vt eam dissoluere atque subruere nequeat: mox ad aliã partem quæ imbecillior atque inualidior apparet, suas transfert machinas, vt ea parte, oppugnatam vrbẽ intercipiat. Sic Pharisæi vbi se mouere cæcũ, nec vno nec altero impetu potuisse vident, parentes vt timidiores interrogãt.

Responderunt eis parentes eius & dixerunt, Scimus quia hic est filius noster, & quia cæcus natus est: quomodo autem videat, nescimus: aut quis aperuerit eius oculos. Ipsum interrogate: ætatẽ habet. Ipse de se loquatur. Hæc dixerũt parẽtes eius, quia timebãt Iudæos. Iã enim conspirauerant, vt si quis confiteretur Christum, extra synagogam fieret.

Magna hæc calamitas, cùm hi qui recta decernere deberent, à recto tramite secedunt. Nam dum fides infringitur & tyrannicè regnatur, nec Pater filio, nec filius patri in causa etiam veritatis

fauet, ne & ipse in mortem euocetur. Nec enim nisi à liberis veritas aut consilium exquirendum est, non autem à terrore vndique concussis. Interim ex impio synagogæ istius decreto, obserua idem ab hæreticis sanccitum esse. Hi enim suos iuramẽto cõstringunt, ne ad Catholicam Ecclesiam reuertantur: si secus fecerint à proditore ad hoc destinato ab illis pœnas luant. Optatus Milenitanus suis in Parmenianum libris, idem hæreticos Donatistas factitasse conqueritur. Hæ quoque Sathanæ astutiæ vt sic triformi suæ chimeræ captiuos alliget.

Vocauerunt ergo rursum hominem qui fuerat cæcus.

Cùm in altera parte murorum ad quam factus est oppugnationis transitus, non satis commoda videtur esse inuadendi vrbem facilitas, rursum ad priorem partem fieri solet regressus: & acrioris insultu nouisque machinis instauratur ibidem oppugnatio. Ita vbi isti nec parentum quidem respõsis nihil proficiunt, maiore impetu cæcum istum interrogant.

Dixerunt enim ei, Da gloriam Deo: Nos scimus quia hic homo peccator est.

Non audent manifestè dicere, Nega quòd Christus te curarit: eorum tamen verba hæc subindicant. Prætextu enim religionis ad hoc eum inducere volunt dicentes: Da gloriã Deo. Atqui hoc non est Deo gloriam dare, sed Deum potius blasphemare, dicentes: Nos scimus quia hic homo, &c. Immò vero & ipsi peccatores sunt, adeóque vt Christum aduertere, & in illius doctrinam sicut nec filij Israël in faciem Moysi (vt Exod. 34. dicitur & docet in idem caput Origenes hom. 12.) attendere nequeant. Matutinos solis ortus si quis spectare desiderat, emundat prius oculos, ait Ambrosius lib. 1. Exameron. cap. 4. ita & qui Dei arcana comprehendere desiderat, prius oculos cordis expurget. (Cyrus Theodoretus affect. Græcarum sermone de Deo) Proinde debuerant Pharisæi isti se peccatores & agnoscere & fateri, & veniam petere, vt Christi Iesu doctrinam assequerentur. At econtra faciunt tenebras lucem, & lucem tenebras, se iustos arbitrantes Christũ autem peccatorem esse dicentes. Atqui hoc non est ad veritatem inniti, sibi persuadere quæ è cõtrario se habent: nec se nec Christum nosse.

Dixit ergo eis ille, Si homo peccator est, nescio. Vnum scio, quia cum cæcus essem, modo video.

Interpret.& obseruat.morum.

Quòd rabulæ isti magnates sint, timore perculsus non audet Christum peccatorem esse inficiari, sed idipsum quasi ad se verũ ne sit an non, non pertinens, nec sua facultate discutiendum, remittit: ea autẽ quę sibi & in se certissima & notissima sunt astruit. Quòd autem tot verbis hominẽ vincere non possunt, ad priores redeunt sermones.

Dixerunt ergo illi, Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos? Respondit. Dixi vobis, & iam audistis. Quid iterum vultis audire? Nunquid vultis discipuli eius fieri?

Quasi dicat, inaniter loquor vobis, nisi forsan vt eius acta perscrutamini, ita eius discipuli fieri velitis. Si enim velitis, licet altiora scrutari. En vt fortis est veritas, & imbecille mandacium. Nam veritas ipsa etsi despectos assumpserit, claros eos facit vel ostendit. Mendacium autem etsi cum fortibus fuerit, imbecilles eos mõstrat. Super omnia enim vincit veritas: & inexpugnabilis est eius arx & munitio. 4. Esd. 4.

Maledixerunt ergo ei, & dixerunt, Tu discipulus eius sis. Nos autem Moysi discipuli sumus. Nos scimus quia Moysi locutus est Deus. Hunc autem nescimus vnde sit.

Maledictio vtique illorum, benedictio est. Maledictio autem dicitur, quòd malo animo pronuncietur: etsi tamen bonum sit discipulum esse Christi Maledictum hoc vtinã veniat super nos Christianos, vt discipuli Christi simus. Libere sanè id dicimus, sicut & Rebecca filio Isaac timenti se, dum Esau fingit maledictionem à patre accipere: In me sit, inquit, maledictio ista fili mi. Genes. 27. Impletur quippe in Pharisæis quod dominus Malachiæ cap. 1. Dicit: Benedicam maledictionibus vestris, & Psalm. 108. Maledicent illi, & tu benedices. Sic Num. 22. Cùm Balaam à Balach rege Moab conductus, Israëli maledicere putat, ipsum benedicit. Ceterum detestabilis malitia eorum. Nomen enim Moysi prætexunt, eiúsque se discipulos dicunt, vt discipulatum Christi aspernẽtur. Quasi verò 1. aut quæ Moyses præcepit obseruẽt, 2. aut Moyses honorẽ nullũ Christo deferat. Moyses vtique Leuitic. 19. prohibet maledicere surdo, nec cæco ponere offendiculum: illi autem & Christo absenti maledicunt, & cæcum istum credentem à fide auertere nituntur. Moyses Exod. 27. prohibuit sanguinem fundi innocentis: illi Christi iusti sanguinem sitiunt. Moyses

Interpret.& obseruat.morum.

Moyses Deuter. 18. iussit Deum adorari, & ei suam gloriam reddi: illi autem signum in cæco calumniantes, Dei virtutem extenuant & negant. Verùm, inquiunt, dices.

Nos scimus quia Moysi locutus est Deus, hunc autem nescimus vnde sit.

Quasi verò non vtrumque admittẽdum sit: & Deum Moysi locutum, & Christum à Patre exiisse & venisse in mundum, natũmque ex Maria virgine. Loquebatur vtique Deus cum Moyse sicut homo solet loqui ad amicum suum. Exod. 33. Vnde, ore ad os loquar ei, dicit dominus. Num. 12. Et vtique eo grauior est eorum damnatio & iniquitas, quòd Dei qui ei locutus est, præcepta negligunt. Quod Moysen de Messya loquentem non attendunt. Ait enim Deutero. 18. Suscitabit vobis Deus Prophetam de medio vestri, ipsum tanquam me audietis. Proinde dominus: Si Moysi crederetis, inquit, crederetis vtique & mihi. De me enim ille dixit. Immo quòd illi nescire se dicunt, ostendit dicens. Suscitabit de medio vestri vtique eum qui secundum carnem ex Israël esset.

Demum quod aiunt nescire se vnde sit Christus, apertè mendacij cõuincuntur: cùm prius dixerunt Ioan. 7. Hunc scimus vnde sit. Norunt vtique & Christi matrem, & eum è Nazareth esse: norunt & cognatos eius: sed eum nescire se dicunt per contemptum. Quòd humilitatem & paupertatem eius despiciant, qui diuitias colere, eísque se deuouere nouerant.

Interim obseruabis hîc tria. 1. Hæreticos in omnibus his Pharisæos Christi inimicos incitari. Magnum enim nobis factum putant opprobrium, si nos Papæ & Ecclesiæ catholicæ discipulos vocitarint: hoc ipso nos detestabiles habentes, quod nobis gloriosum esse fatemur: cùm in his reluceat discipulatus Christi.

2. Gloriantur semper & illi se discipulos esse Christi, sicut & Pharisæi se Moysi: cùm interim mitis sit Christus, illi immites, sanguinarij, siccarij, proditores. Christus inimicos etiam odiendos, illi etiam parentes & amicos perimant, hoc ipso solo quod eorum hæresim non amplectantur. Christus denique superioribus Ecclesiæ potestatibus parendum monuit, quod illi omnibus viribus detestantur.

3. Obseruabis eorum apertissima mendacia, sicut & Pharisæorum. Sicut enim illi se nescire mentiuntur vnde sit Christus, sic hæretici impudenter asserunt se nescire vnde sit nostra Ecclesia,

Interpretat.& obseruat.morum.

Quasi verò non à primis Ecclesiæ patribus, martyribus & Apostolis continua successione profecta sit.

Respondit ille homo & dixit eis. In hoc enim mirabile est, quia vos nescitis vnde sit, & aperuit meos oculos. Scimus autem quòd peccatores Deus non audit: sed si quis Dei cultor est & voluntatē eius facit, hunc exaudit.

Pharisæorum mentem intellexisse videtur hic cæcus. Nā quòd Christum in qua virtute operaretur diffiderent, hunc dixerunt, nescimus vnde sit. Iste verò probat à Deo esse, præmittens tritissimum axioma, quasi sic erecta ratiocinatione.

Deus peccatores non exaudit, sed sui cultores, & qui eius voluntatem seruant.

Atqui hunc exaudiuit Deus, cùm eius virtute me cæcum natum illuminauit.

Non est igitur peccator vt dicitis, sed Dei cultor, cuius etiam voluntatem facit.

Proinde mirabile est quòd vos legis doctores, Prophetarum interpretes, & qui vobis clauem scientiæ vendicatis, nescitis vnde sit: quasi non à Deo sit. Quasi verò non patratum miraculum vos etiam manu ducat, ad illius virtutis cognitionem.

Interpretat.& obseruat.morum.

A seculo enim non est auditum, quia quis aperuit oculos cæci nati. Nisi esset hic à Deo, non poterat facere quidquam.

Solius quippe Dei est & cæcos illuminare, & mortuos suscitare, cùm vtrisque desperata sit salus hominibus. Sed neque dæmones id possent, cùm in homines immortales gerant inimicitias, nec illis benefacere, sed nocere studeant: Immo & si in homines beneficentiam exercere vellent, non possent tamē, nisi Deo indulgente. Sic Suetonius

refert

Obseruatio doctrinæ.

Quæri potest quomodo Deus peccatores nō exaudiat? An non, scilicet peccatrix exaudita est? Luc.7. Et iustificatus abiit in domum suam Publicanus? Luc.18. An non Manaßis misertus est & regis Achab pœnitentis: cum 3. Reg. 22. Elyæ dixerit, Num vidisti Achab humiliatum corā me? Quomodo itē Christus sic nos orare docuit: Dimitte

Obseruatio doctrinæ.

mitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris Matth.6. si peccatores Deus non audit? Sed vis in dictione, peccatoris, facienda est, vt per eā intelligamus eos qui obstinati sunt in delictis, quos non exaudit Deus. De his enim loquitur Esa.1.cap. Cùm extenderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis: & cùm multiplicaueritis orationem, non exaudiam: manus enim vestræ sanguine plenæ sunt Thre.3. Opposuisti nubē tibi, ne trāseat oratio. Nubes autē illa peccatorū dēsitas est, & in his obstinatio, si tamē aliquē pœnitet, et is corde cōtrito ad Deū accedit, nube fracta & discussa ad Deū oratio eius peruenit & exauditur. Ezechiel. 18. & 33. vt docet Cyrill.l.6.in Ioā.ca.19. Et Aug.tract.34.in Ioannē.

Interpretat.& obseruat.morum.

refert, cùm Vespasianus in tribunali sederet à cæco rogarum eum vt sputo oculos vngerēt, dicens id se concilj à Serapi noctu habuisse. Renuentem id facere Vespasianum, ab amicis coactum peregisse, oculósque aperuisse. Iusta porro hæc fuit vindicta, vt qui Christi & Apostolorum miraculis non crederent, Sathanicis operibus quæ Deus dæmonibus indulgeret, demulcerentur. Illusionem quoque potius hanc curationem cæci à Vespasiano fuisse dicimus, quàm verum miraculū. Et quidem Deus dabit virtutē magnam bestiæ Antichristo, vt docet Ioannes Apocalyp.12. Non quòd à Deo sit Antichristus, sed vindicta Dei est: vt qui Christi & electorum miraculis non credunt: dum operibus Antichristi seducentur, magis condemnētur. Sic nec Antichristus nec Sathan, nec creatura quæuis, potest, nisi Deo indulgente, cæcum illuminare. Permittit autem id malis spiritibus in vindictam, bonis ad salutem. Proinde Iudæi suam redemptionem proximā esse ex his miraculis colligere debuerant, sed indu rescunt: cuius maiestatem venerari deberēt, eum blasphemiis & opprobriis persequuntur. Pharisæi ergo nec cæci nati exhortationib°, & viuis rationibus mouentur, quin potius.

Responderunt & dixerunt ei, In peccato natus es totus, & tu doces nos.

En vt elato supercilio se doctores & iustos ostentant, impiè & temerariè iudicantes istum in peccatis totum esse natum. Atque

Interpret.& obseruat.morum.

temeraria hęc iudicia à nobis vitanda sunt. Istum calumniantur, quòd cæcus natus sit: ipsi vero cæci sunt, & duces cæcorum: Quod in peccatis natus sit: sordent autem illi dolo & rapina Matth. 23. cùm sint velut sepulchra dealbata.

Porrò intuere hîc superborum supercilium. Si quando enim eos quis inferioris cõditionis homo, immo & æqualis, de re aliqua commonefacere, aut quid coram eis interpretari velit: protinus velut aper dispumant, motóque stolido capite, Quid? inquiunt. Tu doces nos? Atqui quandoque ôlitor est optima locutus. Prouerb. 1. Audiens sapiens, sapientior erit: & intelligens gubernacula possidebit.

Et eiecerunt eum foras.

Matth 5. Beati eritis cùm vos oderint & eiecerint, &c.

Audiuit Iesus quia eiecerunt eum foras: & cùm inuenisset eum dixit ei, Tu credis in filium Dei?

Qui propter Christum eijcitur, à Christo inuenitur & excipitur: vt non ab omnibus relinqui eum putemus. Interrogat autem an credat: vt qui corpore illuminatus est, illuminetur & anima.

Respondit ille & dixit: Quis est domine, vt credã in eũ?

Sola ignorantia non malitia laborat: nec enim ad Iudæos Dei filij notitia, sed tantum vnius Dei Patris notitia peruenerat.

Et dixit ei, Et vidisti eum, (*corporaliter*) & qui loquitur tecum ipse est.

Hæc eadem fermè verba sunt quæ ad Samaritidem Ioan. 5.

At ille ait, Credo domine. Et procidens adorauit eum.

Nihil moratur, statim audito verbo credit. Non disputat fieri ne possit vt Deus sit, Statim adorat.

ORATIO.

DOmine Iesu Christe, illumina quæso interioris nostri hominis oculum. Da vt nostræ infirmitatis lutum, oculis cordis imponentes, te lumen omnium & sentire, & constanter prædicare valeamus. Da vt te agnoscentes & adorãtes, omnes tuo nomine calumnias patienter feramus, vt ad vitam æternam te plenius in lumine viuentium perfruamur. Amen.

FERIA

FERIA 5. POST 4. DOMINICAM QUADRAGESIMÆ.

Euangelium scribitur Luc. 7.

Ibat Iesus in ciuitatem quæ vocatur Naym.

Introduct. in Euang.

Arbor bona bonos fructus facit, vt trito dicitur prouerbio Matth. 3. Sic enim homo paterfamilias profert de thesauro suo noua & vetera. Sic qui aliqua industria imbutus est, eã facto nonunquam ostendit. Nam scire tuũ nihil est, nisi te scire hoc sciat altero. Christus quoque quod esset lux & vita omnium, mortuum adolescentem ad lucem & vitam reuocasse dicitur. Contigerunt hæc anno primo prædicationis Christi, vt Annonius Alexandrinus in harmonia Euang. obseruat: nimirũ ætatis Christi 31. mẽse quinto Iunij septima, post curatum Cẽturionis seruum Luc. 7. & Matth. 8. vexatũ à dæmonio, in Synagoga sanitati restitutum Mar. & Luc. 4. Intẽdebat autem dominus se mortis

Interpretat. & obseruat. morum.

IBat Iesus, vbi legem in monte Euangelicam docuit, eã miraculis confirmaturus, in eius decliuio leprosum curauit: demũ in Capharnaum veniens Centurionis seruum iam ferè animam agentem sanitati restituit: demum peruagatus Galilæam, vt omnibus sese exiberet, & quasi sol hemispherium suum percurrens, cunctos illuminaret, quærens oues perditas, omnibus desolatis sese consolatorem offerebat. Qui venit peccatores saluos facere, 1. Timoth. 1. Inter cetera oppida & vrbes venit

in ciuitatẽ quæ vocatur Naym.

etiam non vocatus: vt doceat tantã Dei bonitatem esse, vt vltrò se peccatoribus vndique obcæcatis, & nullomodo suæ salutis sollicitis offerebat, vt eos à morte peccati excitet. Apocalyp. 1. Ego sto ad ostiũ & pulso, & apud Psaltẽ, misericordia domini præueniet me. Sic præuenit Paulum, nihil minus cogitantem, quàm Christi doctrinam amplecti: immò & ipsi hostem infensissimum, cùm in Christianos literas à Pontificibus accepisset Act. 9. Sic præuenit Zachæum. Luc. 19. dicens, Festina, descende, quia hodie in domo

Interpretat. & obseruat. morum

tua oportet me manere. Præuenit & Onesiphorũ olim siccarium, tãdem verò diui Pauli discipulum. Quam Dei bonitatem fusissimè declarat Chrysost. lib. de reparatione lapsi.

Porrò Naym vt ait Beda in Lucã, insignis est Galileæ ciuitas, secũdo milliario à monte Thabor, in sorte Zabulon, satis populosa. Ibi igitur beneficium aliquod conferre voluit: nullibi quippe Christ⁹ sine fructu fuit. Quæ nimirum vrbs virtutem eius non sensit, si eam Christus appulerit? In Chana, Galileæ oppido aquam in vinum mutauit. Ioan. 2. In terra Gennesara obsessos præter modum à spiritibus immundis eripuit. Luc. 8. In finibus Tyri à muliere Chananæa dæmoniũ abiecit. Matth. 15. Quas verò in Capharnaum & Hierusalem curationes operaturus est? Adeo vbicunque est Christus, ibi est & beneficus.

Proinde in Neochristianos obseruabis ipsum in Eucharistia non sumi absque fructu, nimirum vi vinificatiua & confortatiua: nec in nostra liturgia offerri sine fructu oblationis illius, quam pro redemptione nostra in cruce litauit: huius enim hæc memoria est.

Et ibant cum eo discipuli eius.

1. Vt eius rei tandem testes essent. Act. 1. 2. vt non pedibus modo corporis, sed & gressibus animæ sequendum Christum insinuent. Qui enim

Introduct. in Euang.

& vitæ dominum ostendere, nec Helyæ & Eliseo minorem qui mortuos excitarunt: immò eum esse qui mortis destrueret imperium Heb. 1. Oseæ 13.

Tres hîc nobis personæ depinguntur.

1. *Vidua mæsta de filij obitu.*
2. *Filius vnicus defunctus.*
3. *Christus solo verbo & attactu loculi eum excitans.*

Summa.

Quinque verò nobis Euãgelica lectio proponit.

1. *Christi oportunum in Naym aduentum.*
2. *Vnici filij defuncti funus & conductum.*
3. *Matris viduæ planctum.*
4. *Christi viduæ miserescentis pium affectum.*
5. *Eiusdem in mortuo suscitando virtutem.*
6. *Multitudinis quoque hoc viso miraculo piam confessionem.*

Obseruatio doctrinæ.

Obseruant Christiani ex antiquis patribus quæ probãda sit sepultura, & quæ im-

Obseruatio doctrinæ.

probanda. 1. Cynica vtique indigna est Christiano: de qua Laertius lib. 6. de vitis Philosophorum. Nec enim belluis Christianorum corpora exponenda sunt, aut contemnenda, quibus tanquam organis vsus est spiritus sanctus, vt docet Augustinus lib. 1. de ciuitate Dei cap. 13. 2. Sed neque Christiani se in ignẽ præcipitent, vt Empedocles: aut in æquora vt Leõbrotus: quasi subtractis ab hominum oculis oßibus, beatiores esse queant, quasi non omnes mortales simus. 3. Nec illis vt Antrophagis in vsu fuit, licet defunctorum corpora in cibum sumere: hoc enim inhumanum est. 4. Nec Barbarus mos apud nos locum habet, immo Christiana doctrina extinctus est, vt Theodoretus libro Græcarum affectio. sermo. 9. docet his verbis. 1. Massagetæ, inquit, miserrimos homines arbitrati qui alio mortis genere quàm violenta nece decumberent: quique idcirco

Interpretat. & obseruat. morum.

enim dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. 1. Ioan. 2. Nimirum milites ducem, proles patrem, oues pastorem, & stellæ lunam suo lumine sequuntur. Ne quis igitur ex nobis se Christi discipulum dicat: & interim illius doctrinæ aut moribus aduersetur. Ne quis se Christianum nuncupet, & interim factis Christum oppugnet. Et turba copiosa eius verborum dulcedine allecta: Qui diceret, Domine, ad quem ibimus? verba æternæ vitæ habes. Ioã. 6. Nimirũ fama eius quotidie increbrescebat.

Ecce defunctus efferebatur, filius vnicus matris suæ, cùm appropiquaret portæ ciuitatis.

Rem ipsam aggreditur, eámque tristem & lugubrem ex omni circũstantia reddit: vt non curiose, sed causa sufficienti ipsum excitatum esse audiamus.

1 Defunctus enim filius erat.

2. Nec vnus è multis, sed vnus.

3. Nec nuptæ matris, sed viduæ.

4. Nec vrbi ignotæ, sed notissimæ, vnde & turba ciuitatis multa cum illa.

5. Nec pridem hæc mors contigerat, vt eius dolor compesci posset, sed recens erat: cùm adhuc efferretur corpus.

Cùm ergo appropinquaret portæ, efferebatur defunctus.

Mos quippe Iudæis erat defun-

Interpretat.& obseruat.morum.

ctos extra vrbes & oppida sepelire & inhumare. Sic enim & Christus in horto sepultus est. Et id vtique secreto quodã mysterio, quòd statim post mortem in beatitudinem illam æternam euolare nõ possent. Vnde vt abvrbib⁹ corpora, ita à gloria illa animæ excludebantur: donec Christus captiuam duxit captiuitatem. Miseriam ergo auget defuncti conditio. Nec enim capularis erat senex, sed adolescens: baculus senectutis futurus matri suæ. Hinc discim⁹ quòd vt ait Horatius libri 1. Oda 28. Mixta senum ac iuuenum densantur funera. nullũ Sæua caput Prosepina fugit. Sic homo quasi flos egreditur & conteritur. Iob. 4. & fugit velut vmbra. Quot quæso dilectissimos à parentum finibus vna hora abripuit? 4. Reg. 4. Habes Sunamitidem vnico filio etiam puero orbatam, quem suis precibus à Deo Elysæus Propheta impetrarat. 3. Reg. 17. Habes Sareptanæ viduæ filium hoc ipso etiam tempore mortuum quo apud eam morabatur Helyas. Et sane variis de causis dominus filios etiam teneros aut adolescentes morte mancipat.

1 Aliquando ob parentum peccata, quòd filiis debitã instructionis curam non impenderint: vnde cùm hi aliquam impietatis maculã incurrerint, defectum castigationis paternæ Deus in his vindicat: vt docet Iustinus martyr quæstione 80. ad or-

Obseruatio doctrinæ.

legem de mactandis senibus comedendisque tulerunt, postquam piscatorum (apostolorum) leges, sanctorúmque (vt Pauli) acceperunt, abominabiles illas dapes ac hostias pertæsi sũt. 2. Tibareni quoq; soliti olim seniores ab altissimis rupibus dare præcipites, legem iniquissimam conseruerũt. 3. Neque amplius Hyrcani, neque ipsi etiam Caspij canes alunt hominum cadaueribus (deuorandis.) 4. Neque Scytæ vnà cum mortuis hominibus infodiunt, quos olim viuentes illi dilexerãt. 5. Quique prius mortuorum corpora canibus discerpenda, volucribúsque porrigere didicerunt: nunc ex quo credere in Christũ cœperũt, ab huiusmodi inhumanitate abhorrẽt, ac terræ mortuos suos infodiunt. Perungebant quidam corpora, & sepulchris ad hoc extructis reseruabant, qui mos fuit Ægyptiis antiquissimis nostro respondens: cuius meminit Diodorus Siculus libro 2. Bibliothecæ

Obseru. doctrinæ.

bliothecæ: & Herodotus l. 2. qui Euterpe inscribitur.

Alij exsiccabãt cadauera & domi reseruabant.

Alij, vt Rom. ea perurebãt Terentius in Andria.

Imus, ad sepulchrum venimus. In ignem posita est fle.

Sic Homerus in Illiade recenset corpus Achillis exustum, & cum eo permultos viuos ex domesticis crematos. Nos melius terræ demandamus, iuxta Dei verbum, Genes. 3. donec reuertaris in terram, Sap. 12. vt spiritus redeat ad Deũ & corpus in terram, vnde sumptũ est. Hinc est quòd Patriarchæ, immò omnis Israel & Christianus populus hunc morem secutus est.

Funerum vsus.

Antiquissimus & sanctis patribus commendatissimus fuit. Nolim hic Ioseph aut Abrahæ meminisse, nolim & piorum virorum, qui corpus sancti Stephani mortuum curarunt, Act. 7. Sed & Niceph. lib. suæ historiæ

Interpretat.& obseru.morum.

ad Orthodoxos, exemplo puerorũ 40. qui quod Elizeum riderent, ab vrsis duobus deuorati sunt, 4. reg. 2. Eodem quippe modo vna die duo filij Heli: immò & ipse Heli mortui sunt: quòd paterna indulgentia abusi filij, in multa scelera delapsi essent, 1. reg. 4. Sic & ob duritiem Pharaonis primogenita Ægypti occisa sunt, Exod. 13. ob Dauidis adulterium filius quem ex Bersabea habuerat defunctus est. 2. In parentum verò probationem, quandoque filij ex hac vita demigrant. Sic & filij & filiæ Iob (c. 1.) è viuis absumpti sunt. 3. Nonnunquam verò rapiuntur, ne malitia eorum animam immutet. 4. Sæpe autem vt doceãtur mutationes rerum omnium. Mors verò istius contigerat, vt dum suscitaretur, Christi virtus agnosceretur, quemadmodũ & Lazaro obuenit. Ceterum discant omnes huius vnius exemplo, ceu parentes, nõ oblectari nimis in filiis, nec eos pl⁹ æque diligere, sed & Deo totos cõmendare. 5. Ceu qui in flore ætatis viuunt, etiam nouissima attendere debent, nec volucri considere vitæ quoniam mors non tardat: & nescimus quando tempus sit. Hora enim nostra semper est parata. Habet igitur miseriam & luctum.

1. Quòd adolescẽs fuerit. 2. Quod filius non nepos aut agnatus.

3. Quòd vnicus, adeò vt in eo depereat nomen familiæ. Et hæc (mater) vidua erat. Paucis Euan-

Interpret.& obseruat.morum.

gelista molem ærumnę explicat. Vidua erat: proinde omnis expectatio habēdæ in istius locū prolis amissa erat. Potuerat iste, illi esse in vicem mariti defuncti: nunc & Pater & filius defuncti sunt. Hinc quoq; sufficiens est ei impendendæ misericordiæ ratio. Nam semper viduarum misertus est dominus, & eas 1. consolandas, & 2. benedicēdas pollicetur, 3. & impugnari eas in iudicio vetat. 4. Immò adiuuari iubet & honorari. 1. Iob 29. Cor viduæ consolatus sum. 2. Psalm. 101. Viduam eius benedicens benedicam. & Psalmo alio, viduam eius suscipiet. Sic benedicta Anna vidua, Lucæ 2. 3. Deuter. 24. Non peruertes iudicium viduæ, Esa. 10. Væ illis dicitur qui condunt leges iniquas, vt sint viduæ preda eorum. Idem Hierem. 7. Zachar. 7. 4. Esa. 1. Subueni oppresso, viduæ, & pupillo, Iac. 1. Religio vera & immaculata apud Deum & homines hæc est, visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum. Sic Raab benefecerunt legati Israel, Iudic. 6. Item Elyas missus est ad Sareptanam, cuius etiam filium defunctum suscitauit, vt hodie legitur in epistola. Et turba ciuitatis multa cum illa.

Hinc duo discimus. 1. Viduam hāc nobilissimam fuisse, cùm omni ciuitati nota fuerit. 2. Iudæis in vsu fuisse funus cum frequentia hominum prosequi. Vnde & detestandi sunt, qui conductus abijciunt.

Quasi

Obseruatio doctrinæ.

Ecclesiast. l. 2. cap. 22. quam celebris fuerit d. virginis Mariæ conductus cum luminibus & floribus & palmis, sufficienter narrat Gregorius Nyssenus epistol. ad Olympium de morte sororis suæ Macrinæ, curationem illius funeris sic describit, vt seorsim viri, seorsim mulieres, & seorsim sacerdotes cum Psalmis & canticis ad sepulchrum procederent. Idē Nicephorus lib. 9. cap. 50. & Gregorius Nanzanz. oratione 2. in Iulianum Apostatam, exibitum narrat. Theodosio defuncto pietatis officiū: omnibus corpus cum planctu prosequentibus: cùm interim in detestationem Iuliani Apostati, Iuliani corpus demortuum à mimis & scenicis in communem cloacam delatum sit. Hinc est quod Petrus Alexandrinus Episcopus in epistola quem scripsit de Arrianorum & Lucij in Alexandria impietatibus: inter cetera ait: Cúmque Iudex ille multos

quoque

Obseruatio doctrinæ.

quoque infantium cruciasset, quidam eorum moriētes, neque parentum, neque fratrū exequiis solennibus sunt potiti. Quod vtique deflet, in consuetudinem Ecclesiæ respiciens, quæ funeris & exequiorum solennitatem semper commendauit, Gregorius Nanzanzenus, orat. 7. idem officium exibitum Cæsario defuncto recenset. Cum pompa, inquit, elatus est, sacris parentum manibus honoratus: cùm mater luminaris Prælatione calamitati pietatem opponeret. Ioannis Chrysost. homil. 4. in cap. 2. ad Hebr. epistol. Dic mihi, inquit, quid sibi volunt in funere lampades istæ festiuæ? Quid etiam hymni? Nonne vt Deum glorificemus? Pro qua re, dic, Præsbyteros vocas, & Psallentes? Nonne vt cōsolationem recipias? Nonne vt honores decedentem? Vides vt apertissimis verbis eum qui Ecclesiæ tritissimus est funeris producendi morē descripserit? Brētius etiā quāuis Luthero

Interpret.& obseru.morum.

Quasi verò non idem Ioseph in Patre sepeliendo, Genes. 50. & pij viri in deferendo Christi ad sepulchrum corpore factitarunt, Ioan. 19.

Quam cùm vidisset dominus, misericordia motus est super illam. Vidit oculis & corporis & cordis, & diuinitate: nouit quanto destituta esset solatio, etiam nullo referēte: Statímque qui ait, misericordiam se velle & non sacrificium, misericordia motus est. Hoc suo facto nos edocens, vt alter alterius onera portemus. Proinde Paulus, Heb. 13. Mementote laborantium & vinctorum, inquit, tāquam simul vincti, 2. Cor. 11. Quis infirmatur & ego non infirmor? Et Rom. 9. optate pro fratribus anathema fieri. Et alibi, Gaudete cum gaudētibus, inquit, flete cum flentibus. Interim obseruabis fletus huius viduæ viuentis, apud Christum mortuo patrocinari filio: adeò vt Christus tandem eum excitet. sicque viuos mortuis suffragari.

Et dixit ei, Mulier, noli flere. Quasi dicat, Quid est quod velut omnibus desperatis adeò te torques? Quin eum attendis qui filium à morte excitare queat? Nihil ne tibi de me relatum est? Nihil tuas aures pepulit? Non audisti me non ægros tantum sanitati restituisse, sed & mortuos vitæ?

Interpretat. & obseruat. morum.

Siste igitur lachrymas, mox enim quem ploras excitatum videbis. Christus igitur non omnino prohibet plorare mortuos: sed sic, vt tamẽ resurrecturos eos sperem². Duplex enim est pro mortuis planctus: vnus moderatus & humanus, qui spe resurrectionis & beatitudinis compescitur. Sic Ioseph fleuit patrem, Genes. 50. Dauid Ionatham & Saul, 2. reg. 1. filij Israel Mosen, Deuter. vlt. Christus Lazarum, Ioan. 11. Sed modicum super mortuum plora, quoniam requieuit, 1. Thessal. 4. Nolo vos enim (inquit Paulus) ignorare de dormientibus, vt non contristemini sicut & ceteri qui spem nõ habent, nimirum Gentiles: Qui, vt ait Hesichius, lib. 6. in Leuit. cap. 19. Et barbam radere, & incisuras sibi in corpore facere: & viuorum corpora simul cũ mortuo igni tradere consueuerant, cùm mortuos deflerent. Tanquam enim illis corruptis, semetipsos dissipabant atque corrumpebant, quòd spem morti superesse non putarent. Nos verò qui non habemus hîc ciuitatem permanentem, sed futurã inquirimus, Hebr. 13. ingemiscimus quidem humano affectu: spe tamen futuræ gloriæ consolamur. Sic Christus spe resurrectionis proximæ, Noli flere, inquit.

Et accessit & tetigit loculum.

Non solo poterat verbo istum excitare, quemadmodum & eo Chananitidis filiã, & Centurionis puerum curauit? Sed docet hoc facto.

Obseruatio doctrinæ.

faueat tomo primo, hom. 69. in Lucam hodierni Euangelij lectionem examinans, rationem huius consuetudinis præterire noluit. Tres nimirum causas assignat, quibus docet nos ab re funeris officium adimpleri. 1. vt dilectio nostra in defunctos significetur, & lugeamus cum lugentibus. 2. vt quasi ob oculos nudo, fœtenti & putrescenti proposito cadauere, mors in memoriam reuocetur, & resipiscamus, Eccles. Melius enim est ire in domũ luctus, quàm gaudij. Quasi ipsum nos alloquentem defunctum nobis proponamus, & dicentem id, Eccl. 38. Memor esto iudicij mei: sic enim erit & tuum: mihi heri, & tibi hodie. 3. vt nostram de resurrectione fidem contestemur, vt qui non corpus hominis, quasi bruti abijciamus. Quare corpora nostra, inquit Brentius, tanquam sacræ reliquiæ terræ mandanda sunt: & sepulturæ locus non aliter habendus est, q̃ sacrum

1. car-

Obseruatio doctrinæ.

crum quod dicitur Cœmeterium, id est, dormitorium. Ergo Brenti cœmeteria à locis cõmunibus discernẽda sunt.

Interpret. & obseru. morum.

1. carnis suæ virtutem, ob inhabitantem diuinitatis plenitudinem. 2. In sacramentis etiam attactum requiri, ac illorum significationem inculcandam. 3. vtque nos non prius excitari à peccato doceat, quàm nos ille suã gratia, velut manu pulsauerit, Apocal. 1. Viuifica est igitur caro Christi. Nam si contactu ossium Elysæi mortuus excitatus est, 4. reg. 13. quantomagis cõtactu Christi viuentis? Immò verò ipsius carnem manducantes viuificantur, vt ille ait, Ioan. 6. Patres vestri manducauerunt manna & mortui sunt: qui manducat hunc panem viuet in æternum. S. Satyrus Ambrosij frater, etiam corpore Christi tantum in stola eius collo appenso, cùm se fluctibus ebullientis & intumescentis maris deuouisset, ad portum deuenit: vbi & Christi corpus, quo velut à morte ereptus fuerat, adorauit. Hoc d. Ambrosius testatur libro de excessu fratris sui Satyri. Ceterum nobis feretri quo portatur puer nomen obseruandũ est. Loculus enim dicitur, quasi paruus locus: quod post mortem nihil nisi quantum hoc putre cadauer capiet nobis supersit. Hinc detestare ambitionem eorum, qui tot regnis, terris, possessionibus, palatiis, castris: aut eorum qui tot Prebẽdis, Episcopatibus, Abbatiis, Prioratibus, Parrochiis, nondum contenti, insatiabili velut rabie, cetera etiam concupiscunt.

Mors sola fatetur (inquit Iuuenalis Satyra 10.)
Quantula sint hominum corpuscula.

Hoc quippe Alexandri ipsius exemplo experiri est. Nam

Vnus Pelæo iuueni non sufficit orbis.
Æstuat infœlix angusto limite mundi.
Cum tamen à figulis munitam intrauerit vrbem,
Sarcophago contentus erit.

Locului igitur vicem, loci perampli supplebit.

Illi autem qui portabant steterunt. Nimirum ex fama, quæ vniuersam regionem perertrabat, Christi virtutem intellexerant: quod, Luc. 4. virtus de illo exibat & sanabat omnes. Mouet & illos quod numerosa multitudine stipatus sit: vnde nõ nihil diuinum de illo rati sunt, proinde steterunt.

Interpretatio & obseruatio morum.

& ait, Adolescens, tibi dico, Surge. Vt impleatur quod dixit, Ioan.5 Mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint, viuẽt, Psal. dabit voci suæ vocem virtutis. Idcirco ait. Tibi dico. Ego, scilicet, qui sum Christus, cuius verbum potestate plenum est. Non sic Prophetæ, sed in nomine domini, vt Helyas & Elysæus mortuos excitarunt. Christus verò Patri iure ait, Ioan.17. Omnia mea tua sunt, & tua mea sunt. Alij enim operationũ miracula precati sunt à Deo, vt Act.9. Sanet te domin' Iesus Ænea. At verò dominus Iesus in maiestate est Dei Patris. Ego, igitur, ait, Ego nimirum qui claues habeo vitæ & mortis. Dico tibi, mortuo, cuius est etiam imperiũ meum audire. Tibi dico surge.

Obserua vocẽ Christi ad mortuos vsque peruenire, & eis proficere & vtilem esse, quanto magis incruentum corporis Christi pro eis oblatum sacrificium? Et resedit qui erat mortuus.

Sic Act. 9. Thabita prius mortua, ad vocem Petri aperuit oculos suos, & resedit. In testimonium quod peccator in delictis mortuus si à domino excitetur, surgat necesse est ab illis & sedeat in tranquillitate conscientiæ. & cœpit loqui, in maius suę resurrectionis iudicium: loqui nimirum gratiarum actiones.

Et dedit illum matri suæ. in consolationem. Sic Elyas cùm filium Sarreptanę suscitasset, reddidit eum matri. 3. reg. 17. Idem Elyseus fecit Sunamitidi, cuius filium suscitarat, 4. reg. 4.

Moraliter autem peccator quasi 1. in adolescentia defunctus est, cùm in calore concupiscentiæ, gratiæ vitam spiritualem perdidit. 2. Tangit Christus loculum conscientiæ per gratiã præuenientem. 3. Flet Ecclesia velut vidua eius mortem spiritualem. 4. Christus mouetur precibus viduæ Ecclesiæ. 5. Verbo suo mortuam animam in vitam reuocat, per ministros suos, ceu auditu verbi, ceu sacramento pœnitentiæ. 6. Matri tandem, id est, Ecclesiæ redditur. 7. Exultant autem omnes & mirantur quòd Deus sic visitet plebem suam. Accepit autem omnes timor, & magnificabant Deum, dicentes, Quia Propheta magnus, cuius meminit Moyses, Deuter. 18. surrexit in nobis, & quia Deus visitauit plebem suam, Luc. 1.

ORATIO.

ORATIO.

DOmine Iesu Christe, cuius imperio paret quicquid cæli & terræ ambitu continetur, cuius voce mortui ad vitam reuocantur: excita quęsumus mortuis peccatis animas nostras & fletibus Ecclesiæ motus, nobiscum misericordiam facias. Impera, quæso, & dic tantum verbo, vt ad te reuertamur & nostram infirmitatem, tuámque maiestatem agnoscentes ab operibus mortuis resuscitati, Ecclesiæ tuæ sanctæ redditi, tibi gratias & laudes in perpetuum reddamus. Amen.

FERIA SEXTA POST QVARTAM DOMINICAM QVADRAGESIMÆ.

Euangelium habetur Ioan.11.

Erat quidam languens Lazarus à Bethania.

Introduct. in Euang.

Corpori quidẽ nostro remedia & medicos exquirimus: & si quis ex nobis ægrotet corpore, protinus adsunt amici, qui omnem moueant lapidem, quo is qui æger est, pristinæ sanitati restituatur. Quantomagis verò animæ ægrotanti succurrere omnes, & pro eadẽ Deũ opt. max. Christũ quoq; verũ animarũ medicũ votis et precibus pulsare debẽt, vt cõualescat, et à Gehẽnę laqueis libera pristinę iustitiæ reddatur?

Interpret. & obseru. morum.

VT ex omnibus Euangelistis, vnus Ioannes hanc historiam ad cõfirmandam Iesu diuinitatem in Marcionem & Cherinthum, qui suo tempore Euãgelium impugnabant, enarrat, ita rem certam & indubiam quasi ob oculos proponere volens, omnes facti circunstantias pandit. 1. Quis æger, 2. cuias, 3. quos parentes habuerit, 4. quæ mortem ipsius præcesserint, 5. quo vocante Christus in locum vbi mortuus erat accesserit, 7. quid fecerit, & quando & quomodo eum excitarit. 8. & vt in eum Iudæi crediderunt. Primo ergo quis æger explicat ex noĩe, Lazar' nimirũ. 2. cuias: de castello, &c. 3. quos parẽtes habuerit,

Interpret.at.& obseru.morum.

Mariam & Martham: vnde additur, de castello Marthæ & Mariæ sororum eius. Lazari nominis interpretatio est adiutus à Deo, quæ præsagiebat futurum tandem, vt diuinum assequeretur auxilium. Hinc duos tantum in scripturis hoc nomine donatos esse legimus: ægenum, scilicet, qui micas à diuite postulabat, & istum. Vtrumque sanè Deo dilectum. A Bethania. Regionem erat familiæ, vt à Lotharingia, à Borbonio, &c. insignę vtique nobilitatis antiquæ. fuit verò Bethania alia atque alia. Vna quidem quæ & Bethabara dicebatur in regione trans Iordanem, vbi quondam Ioannes baptisabat. Altera cuius hîc mensio fit, villa erat secundo milliario ab Hierusalē in latere montis Oliueti, ad Orientem sita. Habitabat autem ibi Lazarus cum sororibus suis, vnde additur: de castello, &c. Siquidem partitis inter eos paternis bonis, media pars Hierusalem Lazaro contigerat: Magdalum castrum, Mariæ, à quo & Magdalena dicta est: Bethania Marthæ: ita tamen vt quasi indiuisa fuerint, quæ duarum sororum erant: adeò vt Bethania dicitur vtriusq; castellum. Simul enim morabantur & viuebant. Hîc ergo ægrotabat Lazarus: commodè quidem, vt ab optimis sororibus sollicitaretur. Porrò quod permultæ nomine Mariæ insignirentur, ne quis in ista dignoscenda erret, addit Euangelista fa-

ctum

Introduct. in Euang.

Vtrunque sanè hodierno discimus Euangelio. Sorores enim Lazari, quò eum animam agere vident, ad Christum legationem mittunt, vtique obsecrantes ne quem amat in necessitate deserat. Hoc ipso nos docentes Christum & ægris corporibus & animabus medicū inuocandum esse. Christus verò vt non frustrà inuocari se probaret, quatriduanum etiam mortuum è monumento fœtidū suscitauit. Porrò conficitur ex Ammonio, Alexandro & Tatiano, necnon Euangelij discursu facta hæc legatio die 7. Mensis Februarij anno suæ prædicationis vltimo: suę verò ætatis 33. mense vno. Accepta verò legatione mansit in Bethabara duobus diebus: dein tertio die iter in Bethaniam aggressus, 4. die illuc appulit, nimirum Februarij vndecima: paulo antequam in Hierusalem ascenderet & à discipulo traderetur. Fugerat quidem Iesus à facie Iudæorum tum cum

Introduct. in Euang.

cum die Enceniarum eum lapidare voluerunt, & secesserat trans Iordanem in regionem desertam quò Ioannes baptisarat. Nunc verò & 1. vt precibus sanctarum sororū satisfaciat, & 2. suā diuinitatem Iudæis testibus confirmet. 3. Necnon paulatim loco appropinquet, in quo tradendus erat, & seipsum offerre pro mundi salute volebat, in Iudæam iterum se confert.

Summa.

13. *verò hoc Euangelio panduntur.*

1. *Lazari infirmitas.*

2. *piarum sororum ad Christum legatio.*

3. *Christi Iesu auxilij dissimulatio.*

4. *Eiusdem vt in Iudæam se conferat deliberatio.*

5. *Ipsius verò discipulorum infirmitas.*

6. *Quæ fuerit illius à Martha exceptio.*

7. *Qualis & Marthæ & Mariæ fides de resurrectione confessio.*

Interpret.& obseru.morum.

ctum illius. Euāgelistis percelebre.

Maria autem erat (ait) quæ vnxit dominum vnguento, & vnxit capillis suis pedes eius.

Hoc vtique antequam Christus Lazarum suscitasset: nimirum anno vno & dimidio: quod nullam aliam fecisse legimus, nisi peccatricem illā, de qua, Luc. 7. Vnde liquet apertissimè non vnā & alteram, sed eandem mulierem fuisse, vt etiā fusius hebdomada subsequēte docebim°. Hinc igitur laudatur, & memoria illius celebratur: quod etiā Angeli, & omnis triumphans Ecclesia exultet super vno peccatore pœnitentiam agente, Luc. 15.

Miserunt ergo sorores eius ad Iesum dicentes, Domine, ecce quem amas, infirmatur.

Primo mittunt ad eum qui saluum facere poterat, etiam animam exhalantem: hoc ipso satis contestantes, quam fidem de Christo assequātur, nósque admonētes, vt siqua nos aut nostros aduersitas aut infirmitas obsederit, ad dominum recurremus, Ezech. 38. A Deo est omnis medela. Proinde Ezechias ad eum clamans, sanus euasit, Esai. 38. Ecōtra Ochozias mittēs ad Beelzebub, mortuus est, 4. reg. 1. Habes Hemorroissam solo Christi fimbriæ attactu sanatam, Luc. 8. & permultos etiam vmbra Petri curatos Act. Discam° igitur ad Deum recurrere: & primum quidem peccati morbum abigamus

b

Interpret.& obseru.morum.

per pœnitentiam & confessionem: cùm sæpenumero aduersitates nobis ob iniquitates dominus immittat. Infirmatur etiam quis in vobis, inducat præsbyteros Ecclesiæ, & oratio fidei saluabit infirmum, Iac. 5. 2. Pro fratre patrocinantur, vt discamus hoc ipso nostram in parentes & amicos dilectionem testari, si in necessitatibus eos nõ deseramus, sed continuam pro illis curam impendamus, Prouerb. 17. Omni enim tempore diligit qui amicus est. 3. Hinc est quod patrocinij & auxilij quod exquirunt argumentum sumunt ab amore, quo Christus Lazarum prosequebatur: veram orationis formam nos edocentes. Nimirum quæ diuinæ bonitati, non autem nostræ innitatur. Hoc enim modo pro nobis orare possumus. Domine Deus, diligis omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti. Maximè verò homines pro quibus & filium tuum vnigenitum misisti, Ioan. 3. Per hanc quæso in nos dilectionem miserere nostri & parce peccatis nostris. 4. Porrò nude necessitatem proponunt. Non enim aiunt, veni, aut, cura: vt doceant satis esse nostram ei afflictionem declarasse, & cetera eius committere voluntati oportere.

Summa.

8. *Certissima Lazari resurrectionis promissio.*
9. *Christi Iesu in Iudæos & mortui compassio.*
10. *Eiusdem ad Patrẽ pro Iudæis & defuncto oratio.*
11. *Lazari suscitatio.*
12. *Data Apostolis ipsum soluendi commissio.*
13. *Permultorum quoque ex Iudæis qui huic miraculo adfuerant conuersio.*

Obseruatio doctrinæ.

Obseruat Musculus Heptad. 2. in Ioan. ex ratione infirmitatis corporeæ, non omnem infirmitatem animæ ad mortem esse. Infirmitas enim animæ peccatum est. Nec mox quoduis peccatum ad mortem est. Est enim, sicut Ioan. 1. Ioan. vlt. dicitur peccatum non ad mortem: est rursus ad mortem. Peccatum ad mortem eorum est, qui finaliter sine vlla resipiscentia peccãt, vt docet Oecumenius in eum Ioannis locum. Dignum quidem morte est quodcunque peccatum Legi Dei repugnans: Verùm si gratiæ Christi particeps sit peccator, non peccat ad mortem. Nihil enim condemnationis est his qui sunt in Christo Iesu, Rom. 8. Plerunque hoc accidit electis, vt infirmitas

Obseruatio doctrinæ.

infirmitas animæ dispensetur, non ad ipsorum perditionem, sed ad gloriam Dei & ipsorum salutem.

Obseruatio doctrinæ.

Quærat aliquis quomodo infirmitas ad filij Dei gloriam faciat. An non, scilicet, maior gloria rediret, si firmi essemus sicut Angeli Dei, quàm ex eo quod sumus multis infirmitatibus obnoxij? Vtique operis non infirmitas, sed firmitudo opificis est gloria. Respondetur nõ hic respici ad id quod conditi sumus initio, sed ad id quod reformando reddimur. Rursus virtus filij in curationibus & miraculis declaratur: vt gloria medici per infirmitatem est ægroti: non si ex sano ægrotum: sed si ex ægroto sanum reddat.

Dicat aliquis quomodo per Lazarum peccator significabatur, & a domino sic amabatur? Audiat eũ dicentem, Nõ enim veni vocare iustos, sed peccatores. Si enim pec-

Interpretat.& obseru.morum.

Audiens autem Iesus, dixit eis, (per internuncium) quia infirmitas hæc nõ est ad mortem, sed pro gloria Dei, vt glorificetur filius Dei per eam.

Multæ enim infirmitates alium habent exitum, & alia de causa immittuntur à Deo. 1. Quædam enim sunt ad mortem corporis, ita vt non statim resurgãt donec generale iudicium angelica tuba præcesserit. 2. Quædam ad mortem vtramque, corporis, scilicet, & animæ: corporis per illius corruptionem, & animæ per pœnam æternam: de qua morte meminit Psaltes: sicut oues, inquit, in inferno positi sunt impij: mors depascet eos. Talis mors Antiochi, Cayn, Herodis Hæreticorum, schismaticorum & infidelium, & impiorum omnium. 5. Porrò infirmitas illa non ad mortem erat animæ, cùm Deo dilectus fuerit Lazarus: neque corporis, sic vt non statim antequam in vermes corpus eius abiret, Christi beneficiõ resurgeret: Rationem ergo reddit, cur hęc immissa si ĩfirmitas: nimirũ vt mortuus tandẽ excitetur à Christo, & sic glorificetur ipse, vt Deus.

Interpret. & obseru. morum.

Nimirũ Christus obscurè quodammodo, vt obseruat Theophilactus in Ioannem, his verbis, indicat se Deum & vnam esse suam & Dei gloriam. Ait enim, pro gloria Dei, vt glorificetur filius.

Obseruatio doctrinæ.

catores Deus non amaret, de cælo ad terram non descenderet. Hæc Augustinus tractat. 49. in Ioannem.

Diligebat autem Iesus Martham & sororem eius Mariam & Lazarum. Redditio causæ est. 1. cur hæc illi immissa sit infirmitas ad gloriã Dei, potius quàm alteri. 2. & cur hunc potius, quàm tot in Iudæa mortuos suscitarit. Nimirum diligebat Christus Lazarum & sorores eius. 3. Quòd ab his exceptus fuisset domo, Luc. 7. & necessaria accepisset. Ego diligentes me diligo. Quos autem diligit, castigat, Apocalip. 1. An non dilectus Deo Dauid? de quo dominus ait. Inueni virum secundum cor meum: & tamen quot afflictiones accepit à Saule, Semei, Absalon & ceteris? Proinde Psaltes. Probasti ait, me Deus, & igne examinasti. Nam sicut aurum in fornace, sic tribulationibus probat electos dominus. Augustinus in Psal. 61. fornax mũdus, palea iniqui: aurum iusti, ignis tribulatio: aurifex Deus. Vt ergo ignis paleam consumit, aurum purificat, ita tribulatio impios consumit, emundat autem iustos. Nimirum ait Chrysost. homil. 3. in cap. 3. Matth. Sicut triticum trituratur, vt separetur à palea, ita iustus affligitur, vt ab impio discernatur. Proba ne tristemur, si qua nos aut pios viros infirmitas & tribulatio inuaserit: immò in finem respicientes. Deo gratias referamus.

Vt ergo audiuit quia infirmabatur, tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus, vt Lazaro mortuo & iam quatriduano sepulto cùm Bethaniam appulerit, gloriosius suscitet. Tum enim q. omni expectatione deperdita, potentiam suam mirabiliorem reddit, vt Chrysostomus & Alcuinus in hunc locum obseruant. Discamus ex hoc loco in rebus penè etiam desperatis non despondere animum, nec amittere confidẽtiam nostram, quæ magnam habitura est remunerationem. Non statim exauditus est Israel afflictus ab Ægyptiis, Exod. 3. Non statim Iob, qui tamen indubia semper confidentia dicebat. Etiam si occideris me, adhuc in te sperabo. Hinc tandem reddita sunt ei duplicia omnia. Ita licet non statim afflictam videatur Deus exaudire

Interpretatio & obseruatio morum.

dire Ecclesiam, non tamen spem nostram deponamus: exurget enim dominus velut dormiens, & velut potens crapulatus à vino. Porrò locus in quo mansit dominus, & ad quem nuncius duarum sororum venerat, erat Bethabara, vt narrat Chrysostomus, de quo nunc diximus, ceu Bethania. Is autem trans Iordanem erat ex aduerso Hiericho, ad stagnum Genesara declinans, vbi populus Israel sicco pede Iordanem pertransisse legitur. In eam verò regionem se Christus contulerat, quod nuper Iudæos lapides in se conijcere paratos vidisset: vnde & aliquantulum cedere eorum furori voluit, quod nondum eius hora aduenisset. Hoc ergo in loco duobus diebus mansit post acceptum à Martha & Maria nuncium.

Deinde post hæc dixit discipulis suis, Eamus in Iudæam iterum.

Nusquam alibi dominus prædixit discipulis suis quo iturus esset, ait Chrysost. homil. 61. in Ioan. sed hîc prius prædixit ne repentino discessu perturbarẽtur. Obseruat hîc Augustinus adeò dominum ad salutem hominum promptum esse, vt si pro vnius hominis salute adhuc necesse esset ipsum crucifigi, mortem non refugeret: adeò est amator hominum. Nec enim Iudæos sibi infensos veretur, vt Lazarum excitet.

Dicunt ei discipuli, Rabbi, nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc?

Rabbi, dictio Hebraica est, idem sonans quod doctè magister. Nunc dicunt, cùm iam quinque menses effluxissent, sed quod nec adhuc sopitus esset Iudæorum in eum furor. Quæsierant autem eum lapidare. 25. mensis Nouembris festum nimirum Enceniorum. Carnales igitur discipuli sibi & Christo timent, quemadmodum & Petrus dicens, Absit hoc à te domine, non fiat istud. Cui Christus, Vade, inquit, post me Sathana: non sapis quæ Dei sunt. Sic cohibere volebant Paulum ipsius discipuli: immò & Agabus, Act. 20. ne in Hierusalem descenderet, quòd hîc permulta passurus esset. Sed spiritualis Paulus, Ego, ait, non solum ligari: sed & mori pro nomine domini Iesu paratus sum. Mori enim mihi viuere est. Detrimentum putant carnales si Christus & ipsi pro Christo moriantur: qui tandem spirituales effecti discent mori pro Christo lucrum esse. Proinde ibant gaudentes à

Interpretatio & obseruatio morum.

conspectu concilij, quoniam digni habebuntur pro nomine Iesu contumeliam pati. Respondet ergo Iesus ad singula. 1. Primo ad hoc quod Iudæorum malitiam, qui eum lapidare quæsierant, obiectabant, opponit hominum mobilitatem, dicit enim.

Interpretat. & obseruat. morum.

Nonne duodecim horæ sunt diei, Quibus homo immutatur? Modo tristis enim est, & modo lætus: modo hospes, & modo inimicus. Quod & in Iudæis patuit. Nam quum Christum fœlici acclamatione excepissent cum ramis oliuarũ, paulo post vt crucifigeretur postularunt. Sic homo nunquam in eodem statu permanet. 2. Quod locum periculosum obiectant, dicentes: Iterum vadis illuc: docet vbique securũ esse iustum. vt est apud Horat. Od. 22. lib. 1.

Siue per Syrtes iter æstuosas,
Siue facturus per inhospitalem
Caucasum, ceu quæ loca fabulosus
Lambit hydaspes.

Obseruatio doctrinæ.

Si tu per duodecim horas diei, duodecim Apostolos interpreteris, occurrit quæstio dissoluenda. Quomodo Iudas qui vnus ex duodecim erat, qui ipsum diem tradidit ad mortẽ, hora diei dici potest? Sed quando hoc dominus dicebat (inquit Cyrillus, lib. 7. in Ioan. cap. 15.) non ipsum Iudam attendebat, sed Matthiam in locum illius subrogandum.

Nam si quis ambulauerit in die, non offendit, quia lucem huius mundi videt: si autem ambulauerit in nocte offendit, quia lux non est in eo.

Metaphora est sumpta à peregrinantibus, qui ne corporaliter labantur & errent, lucem hanc sensibilem conductitiam habent. Dies tempus est iustitiæ. Sicut in die honestè ambulemus, ait Paulus. Lux gratia: mundus Ecclesia, ceu electorum congregatio. Si quis igitur in via iustitiæ ambulat, gratia illuminatus, quæ eos qui veram Ecclesiam sequuntur illustrat, offendere non potest. At qui in nocte errorum & peccati ambulant, qui eos diuina

Interpretatio & obseruatio morum.

uina non illuminet gratia, offendit facilè. Quasi dicat, Illis mors & afflictio offensio est, qui in peccatis ambulant: At his qui iustitiam sequuntur, mors gloria est. Idcirco cùm talis sim, quid est quod timeam? Nam propterea Deus exaltauit illum, quod factus sit Patri obediens vsque ad mortem. Cyrillus Alexandrinus, lib. 7. in Ioan. cap. 15. Et Augustinus, tract. 49. in Ioan. paulo aliter interpretantur. 1. Quod se diem appellauerit. 2. duodecim horarum nomine, duodecim Apostolos intellexerit. Quasi diceret: Vos qui estis horæ diei, quare sic consilium dare vultis? Horæ quippe diem sequuntur, & die moderante peraguntur. Theophilactus aliter. Quidam, inquit, hunc diem intelligunt tempus præcedens passionem: noctem verò ipsam passionem. Quasi non timendum dicat, quod nondum hora suæ passionis venerit.

Hæc ait, & post hæc dicit eis, Lazarus amicus noster dormit, sed vado, vt à somno excitem eum.

Hæc dixit, ait Chrysostomus in Ioannem, eundi necessariam causam exponens, non Hierosolymam, sed Bethaniam se iturum asserens: idque non ad reprehendendum Iudæos, sed amici causa, ne quid formident.

Dixerunt ergo discipuli, Domine, si dormit, saluus erit, nec necesse te eo pergere.

Dixerat autem Iesus de morte eius, illi autem intellexerunt quòd de dormitione somni diceret.

Adeò omnia ad literam interpretabantur, cùm interim litera occidat, spiritus autem viuificet: nec in verbis, sed in sensu, nec in foliis, sed in medulla sit verbum Dei, vt Hieronym. in 1. caput ad Galat. docet. Dormiebat ergo ille domino, mortuus erat hominibus, ait Augustin. in tractatu: quia facilius fuit ei mortuum ad vitam reuocare, quàm nobis dormientem excitare.

Universidad de Deusto Biblioteca

Interpretatio & obseruatio morum.

Tunc ergo Iesus dixit eis manifestè, Lazarus mortuus est: & gaudeo propter vos, vt credatis, quia non eram ibi.

Credatis, inquam, me Deum esse, 1. Vt qui licet absens, nec mortis, sed ægritudinis nũcium acceperim, eum tamen defunctum esse sciam. Sensim enim tum miraculis, discipulorum fides ædificabatur, non vt adhuc inciperet, sed vt inchoata crescceret. 2. Vel credatis quia nõ eram ibi. Si enim ibi fuissem, nec tamen eum pro quo rogatus fui curassem, imbecillitatem in me suspicari possitis. At tandem cùm videritis me iam putrescentem excitare, magis magisque meam virtutẽ demirabimini, ait Theoph.

Sed eamus ad eum, vt glorificetur filius hominis.

Dixit ergo Thomas qui dicitur Didymus, ad condiscipulos, Eamus & nos, & moriamur cum eo.

Hoc vel constantiæ adscribitur, vel coactæ ad extrema voluntati, & quasi desperatæ de Christi salute. Nec id maculam gloriæ d. Thomæ impingere potest, cùm crassa illa & ignorantia & timiditas, in contrarias virtutes demutata sit, postquã Christus die Pẽtecostes Spiritũ sanctum

Obseruatio doctrinæ.

Homines & maximè fideles nõ sunt propriè dicendi mortui, sed dormientes, si è vita excesserint, vt docet d. Hieronym. epistol. 2. ad Riparium in Vigilantium hæreticum. Lege enim Euangelium, inquit, Matth. 22. Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob: non est Deus mortuorum, sed viuentium.

De quattuor diebus, inquit Augustinus, tractatu 49. in cap. 11. Ioan. multa dici possunt. Quatriduanus igitur mortuus multa nobis indicare potest.

1. *Dies mortis est de mortis propagine, cùm Roman. 5. per vnum hominem, peccatum intrauit in mundum.*

2. *Est de lege naturæ violata, quæ est: Quod tibi nolis fieri, ne alteri feceris, Tob. 4.*

3. *De lege Dei per seruum Moysen data. Exod. 20.*

4. *De Euangelio, quòd vbi quis præuaricatus fuerit iam fatet.*

Interpretat. & obseruat. morum.

sanctum eis misit. Vel eamus, ait, & moriamur: id est, sic armis pro tuendo domino agamus, vt potius illi commoriamur, quàm aliquam illi iniuriam incuti sinamus. Adeo vt tandem Petrus etiam fragilis Thomas de se præsumit.

Venit itaque Iesus, & inuenit eum iam quattuor dies in monumento habentem.

Nam biduo illuc venit, & biduo in priore loco remanserat, eóque die decesserat Lazarus, quo nimirum acceperat Christus. Hoc autem tempus expectat, vt miraculum sit illustrius.

Erat autem Bethania iuxta Hierosolymam, quasi stadiis quindecim.

Id est milliario secundo: octo enim stadia milliare efficiunt. Hoc verò præmittit vt persuadeat quod tandem narraturus est, plurimam nimirum turbam huic miraculo adfuisse, tandémque conuenisse illuc vt Lazarum, qui resurrexerat, viderent. Ait ergo.

Multi ex Iudæis venerant ad Martham & Mariam: vt consolarentur eas de fratre suo.

Vna hæc ex rationibus est, ob quam citius venire distulit Christus, nimirum vt inimicos suos haberet miraculi testes, & non sine causa diceret Matth. 23. Quoties volui cõgregare filios tuos, &c. & illud Osee 13. Perditio tua ex te Israël. Porro obserua ex hoc loco piorum & antiquum fidelium morem de flendis defunctis, iuxta illud Eccle. Modicum plora super mortuum, &c.

Martha ergo vt audiuit quia Iesus venit, occurrit illi.

Nescit enim bonus animus morari. Statim vt audiuit occurrit. Sic Pater cùm vidisset filium, à longe occurrisse dicitur. Luc. 16. Et nos si quando Deum aduenire in corda nostra sentiamus, præoccupemus faciem eius in confessione nostrorum peccatorũ, & illius bonitatis, & in psalmis & canticis spiritualibus & gratiarum actionibus iubilemus ei. Surge igitur qui dormis ne pigrescas.

„ iam clarum mane fenestras
„ Intrat, & angustas ostendit lumine rimas.
„ Stertis adhuc? En sol iusticiæ Christus, te suæ miserationis radiis aspergit, quin caput exeris, & eum prompto animo non attendis? Occurramus ei cum feruore pietatis & deuotionis.

Maria autem domi sedebat.

Hoc ait Euangelista, ne cui mirum sit cur non cum sorore ac-

cesserit, cùm tanto animi ardore Christum attendisse legatur, Luc.7.vt obiurganti Marthæ dominus dixerit. Mariam optimã partem elegisse. Ignara igitur aduentus Christi, domi sedebat.

Dixit ergo Martha ad Iesum, Domine, si fuisses hîc, frater meus non fuisset mortuus. Sed & nunc scio quia quęcunque poposceris à Deo, dabit tibi Deus.

En oratio: immo potius querimonia Marthæ, quòd Christus fratri viuenti non adfuerit. In hoc sane incredula, quòd Christũ absentem sanare potuisse diffidat. Quasi verò absente humanitate, non vbique diffusa sit eius diuinitas, qui dicere potest Malach.3. Ego cælum & terram impleo. Vnde Ioã.1. Filius Dei vnigenitus qui est in sinu Patris, ipse annunciauit nobis. In sinu Patris erat & annunciabat nobis in terris voluntatem eius: cur non esset etiam cum Lazaro diuinitate, etsi absens esset carne? Non ergo tanta est istius Marthæ fides, quanta Centurionis. Proinde Chrysost. colligit ipsam non credidisse Christum esse Deum: immo neq; cognouisse quod propria virtute miracula faceret cùm addat, Sed & nunc scio quia. Vera tamen loquitur si introspexeris, cùm ait, quæcumque poposceris à Deo, dabit tibi Deus. Ipse enim interpellat pro nobis qui & cum multis lachrimis exorans in cruce, exauditus est propter suam reuerentiam.

Dixit illi Iesus, Resurget frater tuus, quod amplius est, quàm vt à morte conseruatus sit. Porro obserua cum Chrysosto. 1. Christum vtrumque mulierem docere. Non enim ait, Petam vt resurgat, sed quod erat medium, resurget ait: Quod etiam nõ fusis precibus eum excitare queat. 2. Sed & absentiam retundit, cùm absens ab inferis corpore, hinc tamen animam Lazari sit reuocaturus. Dicit ei Martha: scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die. Hoc ait quoniã indeterminate Christus dixerat eum resurrecturum. Nec enim temporis circunstantiam addiderat, aut modo, aut tandem, aut in nouissimo die. Martha igitur attendit quod fide determinatius erat, generalem illam resurrectionem, de qua sæpissime Prophetas, & Christum Iesum loquentem audierat. Sic Iob ait. In nouissimo die de terra surrecturus sum, &c. Ossa vestra sicut terra germinabunt.

Dicit

Dicit ei Iesus, Ego sum resurrectio & vita, id est causa resurrectionis & vitæ. Ioan.1.1.Cor.15. In ipso viuimus, mouemur & sumus. Act. 17. Omnis qui credit in eum, habebit vitam æternam. Ioan.3. Resurrectio igitur est quia vita. Et hoc ipso diuinitatem suam pandit. Nam si ipse est vita, ait Chrysosto. non loco circuncluditur, sed vbique potest sanare.

Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet: & omnis qui viuit & credit in me, non morietur in æternum.

Viuet in anima, donec caro resurgat: & nunquã morietur morte spirituali. Aut, quoniam ait Alcuinus in Ioan. propter vitã spiritus & immortalitatem resurrectionis hæc dicta sunt: eadem sunt, vt si diceret, mortuus corpore, viuet anima in gloria: & licet ipsius corpus mors detineat, nõ morietur in æternum: id est, mors nõ erit æterna, quia caro ipsa resurget in nobilitate & gloria. 1.Cor.15. Credis hoc? Hoc scisciturvt tenacius mẽti eius inculcet. Non ait, Quæris quomodo fiat, sed credis? quia accedẽtem ad Deum oportet credere. Heb.11. Et sine fide impossibile est placere Deo.

Ait illi, Vtique domine: Ego credidi quia tu es Christus filius Dei viui qui in hunc mundum venisti.

Tribus titulis Christum honorat. 1. Christi nomine, vtique cõmuni regibus omnibus & sacrificis: sed in spirituali gradu proprio Christo. Hunc enim vnxit Deus spiritusancto. Act. 10. Esa. 61. In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ reconditi, Colos. 1. De cuius plenitudine nos omnes accepimus. Proinde hoc nomine Christus pontifex noster, rex quoque totius fidelis populi iudicatur.

2. Filius Dei viui dicitur, ad diuinitatem ipsius exprimendam: Deus enim est de Deo: lumen de lumine. Filius vtique per naturã, cùm nos tantum per gratiam eius filij simus. Filius Dei viui: qui & vnus est. Ostentent nimirum alij ex Gentibus se Ioue genitos, alij se Herculis, aut alterius cuiusuis fictitij Dei sanguine cretos: solus Christus filius est Dei viui.

3. Quod eum in hunc mundum venisse fatetur, hoc ipso incarnationis & humanitatis mysterium agnoscit, & cur Christus in hunc mundum missus sit: nimirum vt saluetur mundus per ipsum, Ioannis 3.

Interpret.& obseruat.morum.

4. Propriè autem ait, venisti, vt eum sui ipsius liberum fuisse antequam nasceretur doceat. Vnde nec coacto, nec velut ceteri homines cùm nascuntur, carens arbitrio, natus sit: cùm & mulier virum circundedisse dicatur.

Et cùm hoc dixisset, abiit, & vocauit Mariam sororem suam silentio, dicens: Magister adest & vocat te.

Silentio vocauit: id est voce suppressa: ne simul & audirent & venirent Iudæi, quos Christo infensos esse satis nouerat. Ceterum ne quis miretur quod Euangelista non recensuerit Christum hanc Marthæ prouinciam demandasse: multa enim breuitatis gratia prætereuntur.

Illa vt audiuit, surrexit cito & venit ad eum, eodem feruore percita quo eius soror. Nondum enim venerat Iesus in castellum, sed erat adhuc in illo loco, vbi occurrerat ei Martha. Vnde necesse habuit illi occurrere.

Iudæi ergo qui erant cum ea in domo, & consolabãtur eam, cùm vidissent Mariam quia cito surrexit & exiit, secuti sunt eam dicentes, Quia vadit ad monumentum vt ploret ibi.

Hoc quoque maximè mulieribus vsitatum fuit. Illi porro sequebantur, vt eam consolarentur. Porro vt Chrysosto. obseruat, feruentior hæc soror fuit: nec enim turbam verecũdata est, nec suspitionem timuit, quam de Christo Iudæi habebant, cùm aliqui inimicorum Christi interessent: sed omnia contempsit humana præsente magistro, quæ aliquando recumbentes non erubuerat, quin Christi pedes vngeret. Perfecta enim charitas foras mittit timorem, 2. Corin. 12. In qua virtute eam æmulemur, vt & Dei gratiam consequamur.

Maria ergo cùm venisset vbi erat Iesus, videns eum, cecidit ad pedes eius.

Id illi familiare fuerat: 1. Tum & in humilitatis signum. 2. tum quòd remissionẽ peccatorum ad eos prostrata accepisset. Et nos quidem adorare debemus in loco vbi steterunt pedes eius, & cadere ad pedes illius, nimirum præsbyteris aduolui, vt docet Tertullianus libro de pœnitentia.

Iesus

Obseruatio doctrinæ.

Nemo putet non conuenire mansuetudini Christi, vt aliquo fremitu perturbetur, quod in fremitu sit indignatio. Respondemus enim in rebus priuatis ac lenibus fremitu concuti, non esse hominis pij ac mansueti. At in rebus vel gloriam Dei, vel salutem mortaliũ concernentibus, etiã Moyses, alioqui omnium Israelitarum mitissimus, seuerissimus redditur: & Christus omnium mortalium mãsuetissimus spiritu fremit ac perturbatur. Ceterum fletu & fremitu Christus humanæ suæ naturæ veritatẽ contestatus est, cum qua omnes defectus naturales assumpsit, vt in hunc locum obseruat Athanasius lib. 4. cõtra Arianos & oratione compendij Deo spiritu sancto. Flere enim, carnis accidens connaturale fuit, ait D. Basilius homil. de gratiarum actione. August. tract. 49. in Ioan. Turbatus est inquit quia voluit, &c. Verbum enim animam suscepit & carnem:

Interpret.& obseruat.morum.

Iesus ergo vt vidit eam plorantem & Iudæos qui cum ea venerant plorantes, infremuit spiritu, & turbauit semetipsum.

Infremere metaphora est, sumpta à fluctibus maris mugientibus: significátque Christum ita totis visceribus fuisse commotum atque concussum, vt nullam vocem edere potuerit. Turbare pro commouere dicitur, non autem pro extra limites rationis ponere. Hæc ergo fecit Christus, quoniam affectus eius essent in ipsius potestate. Et probè spiritu infremuisse dicitur ꝙ non ex carnis cõcupiscentiis hæc illi passio obueniret. Ratio autem huius fremitus & turbationis est & 1. malitia Iudaica, 2. & diaboli in homines imperium, quod Christus sua morte euersurus erat.

Et dixit, Vbi posuistis eum? Dicũt ei, Domine veni & vide.

Quasi ignarus loci interrogat, quo sensim animos eorum tentet & probet.

Et lachrymatus est Iesus.

1. Humanæ naturæ conditionẽ. Homo enim sicut fenum, dies eius sicut flos agri. Psal. Qui quasi flos egreditur &c. Sic Xerxes in Abido numerum exercitum contemplatus, fleuit: quod ante multos annos nec vnus quidem ex eis superstes futurus esset, vt refert.

2. Deflebat & Iudæorum ruinã

Interpretat.& obseruat.morum.

propter cordis sui duritiam: vt & cũ ascẽderet Hierosolymã. Luc.19. 3. Aut flebat quòd denuo Lazarũ ad miserias vitæ reuocaturus esset ait Glossa.

Dixerunt ergo Iudæi, Ecce quomodo amabat eum, Lazarũ.

Nam deflere mortuum, maximũ est in eum dilectionis argumẽtum. Sic flebat Darius Danielẽ. Daniel. 14. Et Dauid Ionathã. 2. Reg. 1. & 2.

Quidam autem ex ipsis dixerunt, Nõ poterat is qui aperuit oculos cæci nati, facere vt is nõ moreretur?

Meminerunt cæci curati, de quo Ioan. 9. sed altius putant esse curare infirmum, adeo cæci sunt & duces cæcorum. Matt. 15. & semper impij habent vnde murmurent.

Iesus ergo rursus fremens in semetipso venit ad monumentum. Erat autem spelunca, & lapis superpositus.

Ne vapor & fætor exalatet.

Et dixit, Tollite lapidem.

Hoc iubet Christus, vt cadauer viderent & fætorem sentirent, & miraculũ fateantur. Dicit ei Martha soror eius qui mortuus fuerat, Domine, iã fætet, quattriduanus est enim. Hinc eius fidei infirmitatem colligit Cyrill. lib. 8. in Ioã. cap. 21. quod Christum impossibile putet quattriduanum excitare: ne-

Obseruatio doctrinæ.

totius hominis sibi coaptans in personæ vnitate naturã: ac per hoc vbi summa potestas est, secundum voluntatis nutum, turbatur infirmitas Theophyl. in Ioan. ad approbandam conditionem humanam iubet ei quod suum est prosequi, inquit Euthimius. Sinebat, ait, naturã quæ sua sunt ostendere: rursus tamen fremens affectũ cohibuit, vetans ne vltra modum progrediatur. Nam etsi quædam humana, vt ambulare super mare, non vt homo tantum perfecerit, ait Dionys. epist. 4. ad Caium Therapẽtem, alia tamen vt homo tantum fecisse dicitur, vt comesse & affici mærore. Fuerunt igitur in Christo naturales passiones secundum naturam & super naturam, secundum naturam quidem: nam mouebantur in ipso, quando sinebat carni, vt pateretur propria. Super naturã verò, quod non præbebant in domino voluntatis naturalia. Nihil enim in ipso coactum conspicitur, sed

Obseruatio doctrinæ.

sed omnia spõtanea. Hæ d. Io. Damas. l. 3. de fide orthodoxa c. 20. Porrò Basilius homil. de gratiarũ actiõe, et Euthymi⁹ in Ioã. ex hoc domini fletu, obseruãt Christũ docuisse lugendos amicos defunctos, cùm superius dixerit, Lazar⁹ amic⁹ noster dormit: incondolentiã quidem velut ferinam declinans: tristitiæ verò studiũ & lamentationum multitudinem deuitãs ingenerosam. Proinde Chrysost. homil. 69. ad populum, lugendos docet peccatores defunctos, vt nostræ lachrymæ & preces illis prosint: et pro iis sanctos orãdos, non autem lugẽdos. Procopius verò Gazeus li. comment. in Leuit. Quòd lachrymas dedit Christus Lazaro defuncto, 1. amoris significationẽ habuit: proĩde et moderatè lachrymabatur. 2. Deplorabat magis humanã naturã, si rẽ quis diligẽti⁹ inquirat, quæ subiacebat sæuissimæ mortis tyrãnidi. Quòd si quis obiectet fletum & turbationem sæpissime in nobis

Interpretat.& obseruat.morum.

re: neque ex reuelatione lapidis aliquod emolumentum, sed potius fætorem tantum consecuturum putet.

Dixit illi Iesus, Nonne dixi tibi, quoniam si credideris videbis gloriam Dei?

Omnia enim sunt possibilia credenti. Docet autem Christus se ad benefaciendum alicui etiam defuncto fide probari. Tulerunt ergo lapidem. Iesus autem eleuatis sursum oculis dixit, Oculorũ elatione docet se nõ virtuti Beelzebub operari, vt ei Iudæi improperarant, sed Dei. Olim quidẽ qui dæmoniis seruiebãt submissi aurẽ in terrã inclinabãt. Christum sursum aspicit, quia de supernis est.

Pater, gratias ago tibi, quia audisti me. Ego autẽ sciebã quia semper me audis: sed propter populum qui circunstat, dixi, vt credant quia tu me misisti.

Ad hunc finem tendebant omnia eius miracula, quod nollet aliquem perire, sed omnes ad veritatis agnitionem venire.

Hæc cùm dixisset, voce magna clamauit, sicut & in cruce, vt doceat vocem suam pertingere vsq; ad abyssos & infernum.

Lazare veni foras.

Imperantis est, quod quæcunque

Interpretat. & obseruat. morum.

voluit fecit in cælo & in terra, &c. En vt orauit pro mortuo & ei imperat: ne tu non proficuum Christum mortuis putes. Quòd si proficuus, rectè vtique Ecclesia corpus Christi offert p viuis & mortuis, vt aliquādo Deo dāte deducturi sum⁹.

Et statim prodiit qui fuerat mortuus, ligatus pedes & manus (institis fasciis lineis) statim addit, vt intelligas sine mora esse operationes Dei: nec successiue verbum Dei operari, vt sæpe diximus. & facies eius sudario erat ligata. Dixit eis Iesus, Soluite eum, & sinite abire, adplenissimā miraculi manifestationē. Hinc autem liquet quòd ligatus è monumento prodierit. Contēplare quàm pauca è mundo retulisset.

Multi ergo ex Iudæis qui venerant ad Mariam & Martham & viderant quæ fecit, crediderunt in eum.

Sic Christus finem suis assecutus est, quia per infirmitatem Lazari, gloria Dei manifestata est.

Obseruatio doctrinæ.

vitiosa esse: verum quidem, sed non in Christo. Causa enim remota, effectum tolli necesse est. Illud autē quod passiones nostras in vitium pellit, peccatum est, cuius est in extrema agere, eáque alioquin naturalia sunt. Siquidem ante lapsum homini quædam paßiones ingenitæ erant ex labore & agricultura, cùm ad hoc paradyso destinatus esset, vt eum coleret & custodiret: quæ vtique vitiose non fuissent, nisi peccatum acceßisset. Porro cùm peccatum non fecerit Christus, nec inuentus fuerit dolus in ore eius, non mirum est si naturales quidem paßiones habuit, etiam non vitiosas. August. lib. 4. 83. q. 65. Quid interrogat Christus, ait.

Vbi eum posuistis?

Nimirum vt vocationem nostram quæ fit in occulto significaret. Prædestinatio enim vocationis nostræ occulta est: Cuius secreti signum est interrogatio domini, quasi nescientis, cùm ipsi nesciamus: sicut docuit Apostolus, vt recognoscam sicut & cognitus sum: vel quod ignorare se peccatores alio loco dominus ostendit dicens. Non noui vos. (Quod significabat Lazarus sepultus) quia & in disciplina & præceptis eius non sunt peccata. Huic interrogationi simile est illud

Obseruatio doctrinæ.

est illud Genes. 3. Adam vbi es? Quoniam peccauerat, & se abscōderat à facie Dei. Quam occultationem hic sepultura significat, vt peccantis habeat similitudinem moriens, sepultus & absconditus à facie Dei. Quòd Christus ait: Nonne dixi tibi, si credideris &c. docuit fidem viuorum etiam vita functis prodesse. Cyrillus enim Hierosolymitanus cateches. illuminat. 5. tantum, inquit, potuit illa sororum fides, vt mortuus à porta inferni reuocaretur. Fide quoque Samaritidis, & Helisæi oratione, puer eius à mortuis suscitatus est. Precibus & fide Helyæ filius Sareptanæ vitæ restitutus est. Sed & fides Christianorum & oratio Petri profuit Dorcadi defunctæ. Quid his respondebunt impij illi Necromachi qui defunctos fide & Precibus viuorum adiuuari negant? 2. Machab. 2. Salubris vtique est cogitatio pro defunctis exorare 5. Iacobus in liturgia, Dominum oremus inquit, vt patres ac fratres nostri qui antè abierunt, in pace requiescant. Dionysius Areopagita lib. Eccles. Hierarc. Rogat, ait, Pontifex, vt Deus omnia peccata quæ humana fragilitate admissa sunt aut imbecillitate, ei qui exceßit è vita remittat. Idem recenset Clemens Rom. lib. 6. const. Apostolicarū cap. 30. antiquitus diaconum oraße dum sacra liturgia celebraretur. Proinde D. Athanasius lib. de variis quæstion. quæst. 39. Si non aliquo beneficio, ait, animæ peccatorum defunctorum participarent ex illo sacrifio corporis Christi, non vtique in cura & exequiis fieret commemoratio. Nec enim animæ piorum mortuorum separantur ab Ecclesia, quæ est regnum Dei, ait August. lib. 20. de ciuitate Dei cap. 9. Cyrillus Hierosolymitanus catech. myst. 5. Pro omnibus, inquit, oramus qui inter nos vita functi sunt, &c. Oblationes annuas, ait, pro defunctis facimus. Eadē fermè sunt verba Theophylacti in Luc. 12. Adeo vno ore antiquißimi patres testantur fidem & preces viuorū mortuis profuisse: quod ij dum viuerēt, & in charitate morerētur meruerint hæc sibi suffragia tandē prodesse. Quod solo imperio Christi quatriduanus mortuus suscitatur, docemur quanta cum potestate tuba

Obseruatio doctrinæ.

Archangeli & Dei iussus succedet, de quo 2. Thessal. 4. tum sc. cùm mortui qui in Christo sunt resurgent primi. Discimus quoque nihil concludi ex carnis putore & corruptione ad resurrectionis negationem. Ecce inquit Tertullian. libro de resurrectione carnis, in Lazaro præcipuo resurrectionis exemplo: caro iacuit in infirmitate: caro penè computruit in dedecorationem: & tamen Lazari caro resurrexit cum anima quidem, sed incorrupta.

Quòd Christus Apostolis dixit, Soluite eum. *Augustinus libro de pœnitentia, vt refertur de Pœnit. d. canon. Quem pœnitet. colligit dominum per hoc ostendisse potestatem soluendi peccatores concessam Apostolis & sacerdotibus, quibus nimirum dixit Matth. 18. Quodcunque solueritis super terram, &c.*

Allegoria huius facti.

D. Augustinus l. quæst. 83. q. 65. Allegoricè sic historiam hanc examinat, vt 1. Lazarus in monumento significet animam, terrenis peccatis obrutam.

2. Putor quartæ iam diei, assuefactionem in peccato, quæ etiam apud homines malè oleat.

3. Pedes & manus ligatæ, actiones & bona opera impedita esse.

4. Caput sudario velatum, ablatam Dei & sui ipsius notitiam.

5. Lapis superpositus, captiuitatem peccati & seruitutem, ablata libertate benè operandi, indicet.

6. Christus orans, & sororum fides, significet & Christi mediationem, & fidelium patrocinia peccatori profutura esse.

7. Porro Apostoli soluunt, quod soluendi peccatores potestas illis & eorum successoribus collata sit.

8 Tollunt capitis sudarium, dum verbo oculos peccatorum aperiunt, vt Deum & se agnoscunt, qui tandem posito velamine, facie ad faciem visuri sunt.

ORATIO.

DOmine Iesu Christe fili Dei viui, iudex venturi seculi, qui nihil tyrannidem Iudaicam veritus, vt votis piarum sororum Lazari

Lazari satisfaceres, in Iudæam iterum venisti: iisque de resurrectione futura instructis, nostræ naturæ miseriam & Iudaicorum cæcitatem deplorasti, precibus quoque ad Patrẽ illum tuum omnipotentem fusis, tuo imperio quatriduanum iam fœtantem Lazarum à monumento suscitásti: te humiliter deprecamur, vt vota nostra benignus aspicias & exaudias, mortuas iam & fœtentes animas nostras sanes: & cùm nos ex hoc mortali seculo vocaueris, velamine alarum tuarum protegas: Da pie vt tum viuorum suffragia, fides, merita, maxime verò sacrosanẽti corporis tui incruenta oblatio nobis ad leuamen & medelam conducat, vt expurgatis omnibus delictis nostris, tãdem in cælum euolare, & te perfrui valeamus. Amen.

SABBATO POST QVARTAM dominicam quadragesimæ.

Euangelium habetur Ioan. 8.

Dicebat Iesus turbis Iudæorum. Ego sum lux mundi.

Introduct. in Euang.

VT qui terrenã peregrinationẽ perficiũt, lumine hoc sensibili diriguntur, nec in tenebris nisi cum maximo periculo ambulare possunt. Ita & nos qui in cælum tendimus, & ad æternã fœlicitatem hac peregrinatione peracta suspiramus, spirituali lumine indigemus.

Interpret. & obseruat. morum.

DIcebat Iesus turbis Iudæorum, adultera absoluta, vt Scribas & Pharisæos obduratos ad tenebras ptinere, se autẽ & lumẽ animarũ & luatorẽ ostẽderet: simúlq; ad hoc missum doceret vt omnem mundum suo fulgore illustraret.

Ego sum lux mundi.

Ego inquam maximè. Nam tametsi Ioãnem lucernã esse dixerim: necnõ & Apostolos lucere corã hominib.

Interpretat. & obseruat. morum

monuerim, non tamẽ tantus est fulgor illorum quãtus is qui à me est. Immò verò quemadmodum lumen Lunæ à Sole abundat, ita & illi de plenitudine mea omnes acceperũt. Ioan. 1. Et sine me nihil possunt facere. His igitur verbis, inquit Chrysost. hom. 51. in Ioannem obiectionem Iudæorum refellit. Illi enim Christo improperabant quod Galilæus esset, alij verò eum vnũ ex Prophetis esse censebant. Ne igitur aut soli Galileæ venisse, aut vt olim Prophetæ Iudæis destinatum eum esse credebant, se lucẽ totius mundi nuncupat. Porro tritum est Platoni Mercurio Trismegisto, Hesiod. Homero, & permultis antiquis Gentilibus Deum lucem appellare, vt eum omnis boni authorem, & mali depulsorem insinuarent.

Porro mundi nomine, aut vniuersum genus hominum, quod mundũ paruum dici testatur Clemẽs Alexãdrinus in Apolog. contra Gentiles aut etiam vniuersam rationalem creaturam, homines nimirum & angelos, quòd vtriusque militãtis scilicet & triumphãtis Ecclesiæ caput sit Christus.

Quod Christus se mundi lucem nuncupat, multa complectitur, quæ & suam maiestatem, personam, munus & virtutem concernunt. Octo nimirũ hoc nomine significantur.

Introduct. in Euang.

Hoc vero Christus est. Proinde, Surge qui dormis, ait Paulus & illuminabit te Christus. Hoc vtique ille apud Iudæos testatus est, vt habetur in Euangelio. Porrò hæc verba Christus habuit in templo Salomonis, iuxta gazophilatium, mox vt adulteram absoluit, paulo antequam cæcũ natum illuminaret: Nimirũ cùm Scenopegiæ dies ageretur. Septembris die 19. Anno suæ prædicationis 2. Vt obseruat Ammonius in Harmonia Euãgelica, nimirũ ipsius ætatis 32.

Summa.

Porrò quinque complectitur hoc Euangelium.

1. *Christum lucem esse quã sequi debemus.*
2. *Ipsius testimonũ verũ esse.*
3. *Iudæorum Iudicium in discernenda Christi doctrina deprauatum fuisse.*
4. *Patrem filio testimonũ reddidisse.*
5. *Inimicos Christi in eum nisi Dei permissu sæuire non potuisse.*

Obser-

Obseruatio doctrinæ.

Quæritur quomodo Apostoli lux mundi à Christo dicantur Matth. 5. & quomodo ipsemet se lucẽ mundi prædicet. Soluit Cyrillus Alexandrinus lib. 5. in Ioan. cap. 18. Quòd vnusquisque illorum lux quidem erat per participationem gratiæ & spiritualis splendoris communicationem. Christus verò substantialiter & sua natura lux est vera & immensa.

Interpretat. & obseruat. morum.

1. Diuinitas, vt docet D. Dionysius Areopagita lib. de diuinis nominibus cap. 4. quod lucis appellatione exprimatur.

1. Bonum summum, ceu transcẽdentis omnia. deitatis bonitas, à supremis antiquissimísque substantiis ad extremas vsque pertingẽs, & supra omnes. Cùm neque superiores ipsius attingant eminẽtiam, neque inferiores effugiant, quin ab ipsa contineãtur: Sed illuminat quæ lucem admittunt: omnia creat atque viuificat, continétque ac perficit.

2. Summa prouidentia. Lux enim ad se cogit omnia atque conuertit, quæ vident, quæ mouentur, quæ illuminantur, quæ calefiunt: quæque omnino ab ipsius radiis cõtinentur. Ideirco sol quoq; Helios græco vocabulo dicitur, quod seruet inuiolata omnia, congregétque dispersa. Hæc Dionysius.

3. Scientia diuina quæ omnia reuelat, vt & sol omnia pandit suo lumine.

2. Personæ ratio quam Iustinus martyr lib. de trinitate examinat. Vt enim quãdiu est sol, tandiu est eius lumen: nec sol prior est suo lumine: ita neque Pater prior est filio: & tamen vt à sole lumen procedit, ita à Patre filius gignitur. Nec quis lumen à sole reipsa & substantia seiungit, nisi quadam methaphisica ratione: ita nec filius à Patre seiungitur nisi ratione personarum. Proinde sic lux filij personam indicat vt doceat eum.

1 Patri coæternum. 2. à Patre genitum.

3. à Patre substantia indiuisibilem.

3 Humanitas sic assumpta, vt Christus Patrem non reliquerit. Nam sicut lux à sole emanans nostras regiones illustrat, immò & domos ingredi dicitur: nec tamen solem relinquit, quin ei indiuisibiliter adhæret: sic Christus exiuit à Patre & venit in mũdum. Ioan. 16 cùm verbum caro factum est, & habitauit in nobis: nec tamen Patrem nec cælum reliquit. Ioan. 1. Filius Dei vnigenitus qui est in sinu Patris. Hinc ad suos. Nescitis quia ego in

Interpret.& obseruat.morum.

Pat re, inquit, & Pater in me est?

4. Iucundus aduentus. Lux enim hominem, immo & aues etiã ipsas lætificat, & flores pandit, & omne animantium genus excitat, Ecclesia. 2. Dulce lumen & delectabile, est oculis videre solem. Hinc nato Christo claritas circunfulsit, & angelus hæc ad eos verba habuit. Luc. 2. Annuncio vobis gaudium magnũ quod est omni populo, quia natus est hodie vobis saluator mundi.

5. Puritas & candor. Quid enim lumine nitidius? Quemadmodum igitur lux inquinari non posset fæcibus, etiam si in eas suos radios effundat, quin potius exsiccat & consumit earum fœtoré: ita quoque Christus inquinari non potuit peccatis & sceleribus hominum, licet hic inter impurissimos Iudæos & Gentiles versatus sit, quin potius suo verbo & exemplo eorũ peccata absumpsit. Sic enim cum Publicanis manducans D. Matthæũ, cum Pharisæis, Nichodemum, Gamalielem, & Simonem lucratus est.

6. Aduentus ratio. 1. Lux enim idcirco à Deo creata & nobis data est, vt omnes illuminet, immo & luceat super iustos & iniustos: ita Christus missus est vt illuminaret omnem hominem venientem in hunc mundum, & sese non bonis tantum, vt Apostolis, Centurioni, Mariæ Magdalenæ: sed & peccatoribus offerret. Fidelis enim sermo, ait Paulus 1. Timoth. 1. quia Christus Iesus venit in hunc mundum, peccatores saluos facere. 2. Et vt Sol non Gallos modo sed & Hispanos, Germanos, Italos, Anglos, immo omnes illustrat viros & mulieres: ita nec regionum, nec sexus, nec personarum apud Christum discretio est: sed in omni gẽte qui facit iusticiam acceptus est illi. Act. 10. Pauper & diues, nobilis & ignobilis æque Christo sunt, sicut & æque Soli: Neque enim potior est lux regi quàm seruo.

3. Lux viam docet: sic Christus iter in fœlicitatem æternam.

4. Lux viuificat omnia, ita venit Christus vt esset nobis vita. Ioannis 8.

5. Lux omnia purgat. Venit etiam Christus vt lauaret nos in sanguine suo. Apocalyp. 1.

6. Lux ad laborem: Christus ad pietatem omnes prouocat.

7. Lux prius disiunctos vt somnum caperent ad communionem

Interpretat.& obseruat.morum.

nem vocat: Christus nos ad charitatem.

Depingitur ergo lucis nomine quod Christus venerit vt

1. omnes sine personarum acceptione illustraret.
2. ad salutis iter dirigeret.
3. à peccatis purgaret.
4. ad pietatem promoueret.
5. interius viuificaret.
6. ad amicitiam & charitatem conuocaret.
7. Bonorum & malorũ in Christo & per Christum discretio.

1. Nec enim noctu sed lumine, cæcus à vidente, homo ab homine, color à colore, & res à re discerni potest. Nã vt dicit Theodoretus sermo. 2. de principio lib. affectionum græcarum, lumen hoc sensibile intuentibus plane indicat quid sit aurum, quid argentum, quid æs, quid ferrum: ita Christus indicat quid bonum & quid malum: & eius appensa doctrina & exemplo, facile intelligemus, qui boni & qui mali sint: qui fideles & qui infideles.

2. Et vt lux solis alia liquefacit vt ceram, alia indurat, vt lutum: sic Christus positus est in ruinam & resurrectionem multorum.

3. Vtque latrones lumen oderunt, ita impij Christum.

4 Nec lux causa est quod quis impingat in lapidem, aut in præcipitium cadat imprudentia illius, cùm æque illi sicut & aliis luceat: ita nec Christus arguendus, quod permulti etiam è fidelibus cadunt, aut igni æterno deuouebuntur. Hoc enim eorum peccato, non denegata Christi gratia illis accidet. Oseæ. 13.

8. Christi virtus: quæ quamuis in eum exurgente impiorum turba, nunquam deficiet. Proficient enim illi tantum, quantum ij qui lumen solis efflando se extincturos putant. Impudentes nimirum hæretici, suarum doctrinarum flatibus Christi lucernam deprimere non poterunt, quin quandiu Sol, id est quandiu Christus ipse est, tandiu quoque vniuersum hic mundi theatrum illustret. Hoc itaque nomine Christus vanos Iudæorum in ipsum conatus indicat, & vt eum sequantur potius admonet, non verbo aut lingua tantum, sed opere & veritate.

Qui sequitur me, non ambulat in tenebris.

Universidad de Deusto Biblioteca

Interpretat. & obseruat. morum.

1. Affectionum carnalium, cùm mundo, & sibimet renũciauerit.
2. Peccatorum quæ sunt opera tenebrarum Rom. 13. Luc. 1.
3. Falsæ doctrinæ: Nã vt vera doctrina lux est, ita mendax obscurissima caligo.

Porrò ambulare metaphora est ab itinerantibus, quibus lumẽ proficit, vt ad patriam & portum perueniant: nobis quoq; Christus adeo necessarius est, vt non nisi ipso duce tot huius mundi in maligno positi naufragia & præcipitia effugere valeamus. Ambulare igitur in nobis dicit profectũ de virtute in virtutem, & continuam in his quæ nos ad cælestem ducunt patriam, curam & sollicitudinem.

Sed habebit lumen vitæ. Quod est.

1. Verbum Christi. Psal. 118. Lucerna pedibus meis verbum tuũ.
2. Gratia in præsenti. Hinc est quod Gratia Dei sum id quod sum, ait Paulus. Gratia Dei per Iesum Christum. Ioan. 1.
3. Spiritus s. lumen est vitæ, id est Christi: quoniam à Patre filióque procedit: & per eum Christus suam illustrat Ecclesiã. Ioã. 14. Spiritus cùm venerit, docebit vos omnia.
4. Gloria in futuro. Psaltes enim ait in lumine tuo videbimus lumen: quia. 1. Ioan. 1. Deus lux est. Psaltes Placeam coram Deo in lumine viuentium. Cùm enim lumen vitæ promittit dominus, ait Cyrill. Alexand. lib. 5. in Ioan. cap. 18. non de lumine isto corporeis spectando oculis verba facit: neque de vita corporali, sed de spirituali solum lumine & vita cælesti atque perpetua loquitur: Quinimmo hisce verbis seipsum pollicetur asseclis suis & sectatoribus, qui est lumen vitæ, sicut & fons vitæ, & panis vitæ: immò author vitæ & vitam suis largiens æternam.

Porrò vt lippientibus oculis odiosa est lux, & malè sano palato, insuauis est panis, ita impiis istis Pharisæis ingrata est reprehensio: proinde ipsimet econtrà blasphemiis Christum adoriuntur, Hinc impingentes mendacium.

Dixerũt enim Pharisæi. Tu de teipso testimonium perhibes. Testimonium tuum non est verum.

Adeo non ad discendum, sed contradicendum se vbique propensos ostendunt. Nam cùm dominus se lucem mundi dixisset, similes isti iis qui ne lumen solis intueantur oculos palpebris obuelant aut vultum auertunt, Christi doctrinam à se abdicant, immò calumniantur.

Et quia

Interpretatio & obseruatio morum.

Et quia ipsum nudum existimant hominem, nube carnis obductam, sed splendore signorum non aduertunt deitatem: vnde inualidum testimonium eius esse censent, quod eum purum hominem esse arbitrentur. Idem verò hæretici Ecclesiæ improperant, quod Pharisæi Christo eius sponso. Si quid enim illa decidisse, instituisse, obseruasse & demutasse, legitur, illi ecõtrà, quasi hæc sola esset, & non Spiritum s. haberet, non illi Christus ad finem vsque assisteret. oblatrant: Tu de teipsa testimonium perhibes. At verò non à seipsa loquitur, sed à Christo: & Spiritus s. Nec enim vos estis qui loquimini, ait Christum discipulis suis: sed Spiritus Patris, qui loquitur in vobis.

Respondit Iesus & dixit, Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum verum est. Scio enim vnde veni & quò vado. Vos autem nescitis vnde veni aut quò vado.

Quod posteriore loco dixerant, imprimis refellit: nimirum eum falsum loqui, quod de se sermonem faciat. Se nimirum eximit ab hominum numero, quòd sciat vnde venit per æternam generationem, & quò vadit per carnis glorificationem. Hoc quoniam nõ intellexerant Pharisæi, carnis tamen eius infirmitatem attendentes, ei notam mendacij inculcabant. Verum quidem est neminem in propria causa, aut testem, aut iudicem esse debere: sed interim Christus maior est homine: cùm à Patre exiuerit, & venerit in mundum. Duo igitur attendenda in omni teste aut iudice Christus admonet. 1. Vnde venerit. 2. quo vadat: id est, à quo potestatem acceperit, & in quem finem. Nos quoque quoties in hæreticos de Ecclesiæ discretione disserimus, duo hæc semper ob oculos eorum ponimus: vnde venerit eorum Ecclesia, & vnde nostra: quò tendat eorum Ecclesia, & quò nostra.

Obseruatio doctrinæ.

Si tu examinare volueris vnde veniat Ecclesia, considera tu mihi continuã Episcoporum successionem, adeò vt ad primum qui in Epi-

Interpret. & obseru. morum.

Nimirum an à Deo venerit, vt idẽ statuatur, quod à Gamaliele. Si enim, inquit, secta hęc à Deo est, prẽualere non poteritis, sin minus: interire eam necesse est, Matth. 15. Omnis enim plantatio quam non

Interpret. & obseru. morum.

plantauerit Pater cælestis, eradicabitur. Vt verò Ecclesia à Deo esse agnoscatur, Tertul. l. de virginibus, & l. de præscript. contra hæreticos, recurrendum monet ad antiquissimas Ecclesias, in quibus aut Apostoli, aut Apostolici viri sederint: & ad nos vsque deducendam successionem, vt ab Apostolicis, & à Christo profluere doctrinæ Ecclesiæ, & ipsa Ecclesia doceatur. Quod cùm de hæreticorum Ecclesia concludi nequeat, de nostra tamen apertissimè liqueat, manifestum erit eam à Deo esse. Supererit & alteræ Ecclesię discernendæ ratio: Nimirum quo vadat: Quærendum enim erit quænam omnino spiret in Dei honorem, reuerentiam, obsequium, laudes, seruitutem: non in blasphemias, arrogantiam, rebelliones, contemptus, inobedientiam: quænam in pietatem feratur & charitatem: quænam in impietatē rapiatur & sanguinem: quænam antiquorum patrum doctrinam probat, & quænam contemnit: sic facile assequeris, quænā mendax sit Ecclesia ex verbis Christi. Hoc quoniam discernere non possunt hæretici, ignorant quænam Dei sit Ecclesia, vt & Iudæi, quia nesciunt vnde Christus venerit, & quò abierit, doctrinam ipsius capessere nō potuerunt. Obstat igitur ignorantia illorum, sed & peruersum iudicium, vt addit Christus.

Obseruatio doctrinæ.

scopatu sedit reperias. Tum enim ait Tertullianus, aut ad Apostolos, aut ad viros Apostolicos deuenies. Hæc lib. de præscript. in hæreticos. Hieronymus epistola in Luciferianos, In illa, inquit, Ecclesia permanendum est, quæ ab Apostolis fundata, ad hunc vsque diem durat, Origen. in Matth. cap. 29. Non debemus exire à prima & Ecclesiastica traditione, nec aliter credere, nisi quemadmodum per successiones Ecclesiæ de nobis tradiderunt. Et August. cōtra epist. Manichæi cap. 4. & 5. In Ecclesiæ gremio, inquit, multa sunt quæ me iustissimè tenent. Tenet cōsensus populorum & Gentium. Tenet authoritas miraculis inchoata, spe nutrita, charitate aucta, vetustate firmata. Tenet ab ipsa sede Petri Apostoli, cui pascendas oues suas post resurrectionem suam dominus commēdauit, vsque ad præsentem Episcopatum successio sacerdotum.

Interpretatio & obseruatio morum.

Vos secundum carnem iudicatis.

Est autem secundū carnem iudicare, prout dictat carnalis sensus, & animalis, aliquid opinari: non autem spiritu & ratione illud discutere. Et hæc duo sanè in omnibus hæreticis reperias, ignorantiam, & animale iudicium. 1. Dicunt enim se legis doctores, inquit Paulus ad Timoth. sed nesciunt neque de quibus loquuntur, neque de quibus affirmant. Semper discentes, & nunquam ad apicem veritatis peruenientes. Qui tamen vt cæci de coloribus: quanto ignari sunt, tanto impudenter Christi verbum examinant. 2. Sed & visiones cordis sui loquuntur, omnia animali homine discernentes, qui tamen non percipit ea quæ Dei sunt. 1. Cor. 3. Nec enim caro & sanguis hæc reuelat, sed spiritus Patris, Matth. 16. Porrò dupliciter secundum carnem iudicatur. 1. Personæ ceu rei, externo respectu. 2. carnis affectu. Sic rem externam sacramenti considerare, sacramentum contemnit, Iudæus carnem Christi infirmam perpendens, & Christum ipsum paruifacit. Hæreticus affectu carnis abdicat quæ ei reluctantur, ieiunia, vigilias, castigationes, & cetera similia. Iudæus carnis affectu ductus, nec sibi, nec suis renunciare cupiditatibus voluit, quo liberius Messiam amplecteretur.

Ego non iudico quemquam.

Sic vt iudicium illud referatur aut ad 1. Tempus quod in primò aduentu non iudicare, sed iudicari venerit, Ioan. 3. q. d. Nunc neminem iudico. 2. aut ad naturam, nimirum humanam. Qu. d. Non iudico quenquam, vt homo, inspiciens cordis secreta, sed vt Deus, hoc enim Deo soli reseruatur, Hebr. 4. 3. aut ad modum, quòd se non humano modo, aut affectu iudicare asserat, sed puro & perfecto iudicio vnūquemque examinet.

Et si iudico ego, iudicium meum verum est, quia solus non sum, sed ego & qui misit me Pater. Et in lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est. Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso: & testimonium perhibet de me qui misit me Pater.

Interpretatio & obseruatio morum.

In eos retundit quod prius in illum fuerant eiaculati Iudæi. Dixerant nimirum illum à se loqui: nec quemquam sibi testem esse debere. Atqui, inquit Christus, Deuter. 19. scribitur id quod vobis tritum est, duorum hominum testimoniũ verum esse: quanto igitur Dei testimonium maius est? Sed non duo tãtùm: verùm tres sunt, qui testimonium dant in cælo: Pater, Verbum, & Spiritus sanctus, 1. Ioan. 5. Eodem quoque ariete argumenta hæreticorum obtundemus. Nimirum non sola sibi testimonium dat Ecclesia, sed Pater è cælo nostram hanc classem moderatur, & demittit Spiritussanctus imbrem, qui testimonium det spiritui nostro. Ceterum testimonium Christo perhibuit Pater in monte Thabor, Matth. 18. In Iordane, Matth. 3. In omnibus operibus quæ in nomine eius filius edidit. Opera enim quæ ego facio in nomine Patris mei, inquit, hæc testimonium perhibent de me.

Dicebant ergo ei, vbi est Pater tuus?

Hoc interrogant quod modo dixerat dominus se non solum esse, sed & Patrem suum esse cum eo: quod carnali sensu accipientes quasi non de Patre Deo intelligeret, sed homine: vbi nam ille sit scisciitantur: quasi eum flocci faciant.

Respondit Iesus, Neque me scitis, neque Patrẽ meum. Si me sciretis, forsitan & Patrem meum sciretis.

Nam correlatione se habent Pater & filius. Vnde qui nouit Patrem fuisse ab æterno, nouit & filium fuisse ab æterno: & econtrà. Adeo non respondet Christus vbi Pater eius sit, quòd eo responso indigni sint. Assueti, scilicet, Christum credere, & more gigantum cum diis bellando naturæ repugnare, intellectu priuantur: Econtrà humiles in cælum vsque efferuntur.

Hæc locutus est Iesus in Gazophilatio docens in templo: & nemo apprehendit eum, quia nondum venerat hora eius.

Non quod fatis & constellationibus constringeretur: sed quod in eum nemo nisi Dei permissu potestatem haberet. Nondũ ergo venerat hora prædicta à Prophetis, prædestinata à Patre, &c.

ORATIO.

DOmine Iesu Christe lux vniuersi mundi, quem qui sequuntur non ambulant in tenebris, sed lumen vitæ assequuntur, illu-

mina corda nostra ad cognoscendas veritatis & salutis vias: aufer à nobis peccatorum tenebras: aperi oculos nostros, vt agnoscamus vnde Ecclesia, veritas & salus veniat, & quò vadat: & carnale iudicium à nobis auerte, vt puro & sano spiritu te tuáque discernentes, & amplectentes nunc lumen gratiæ & tandem lumen gloriæ tuæ assequamur. Amen.

DOMINICA IN PASSIONE.

Euangelium habetur Ioan. 8.

Dicebat Iesus turbis Iudæorum & principibus sacerdotum. Quis ex vobis arguet me de peccato?

Introduct. in Euang.

Medicus vbi ægroto morbum suum patefecerit, & grauitatem illius, toto deinde studio laborat eum ab illo morbo reuocare, ne tãdem intereat, & vitæ patiatur dispendium. Optimus itidem animarum medicus, vbi latentem Iudæorum aperuit languorem, quòd scilicet filij essent diaboli, & eius desideria studerent explere, acrioribus interrogationibus eos nunc ad salutem reuocat, & ad veritatem audiendam exhortatur: quasi aspera quædam medicamenta putrido vulneri admouẽs: quæ

Interpret. & obseru. morum.

AVdistis sæpius Christum accusatum quòd Mosi & legi derogaret, cùm Sabbato ægrotos sanaret: quòd traditionibus patrum aduersaretur, dæmoniũ haberet: in Beelzebub dæmonia eijceret? potator vini & vorax esset, cũ peccatoribus & Publicanis manducaret: proinde statutum fuisse à magnatib⁹, vt qui Christum Iesum profiteretur, extra synagogã fieret: immò ab iis, illius mortem ratam & decretam fuisse. Christus igitur quòd cogitationes cordis eorum nosset, & se tandem eorum falsis delationibus moriturum præuideret, ius suum dicere & causam suam tueri, coram inimicis etiam iudicibus voluit. Non tamen quasi non spontaneè mori paratus sit (factus enim est Patri obediens vsque ad mortẽ, Philip. 2.) sed suam innocentiam tuetur. 1. Vt non reus putetur. 2. Ne etiam sibi sapere vi-

Interpretat. & obseru. morum.

deantur eius aduersarij, & ad seipsos redeant: dum se iniustè ab illis accusari probabit. Sic enim Miche. 6. Deus cum Israele expostulat. Et Esai. 1. & 5. vt ad meliorem frugem redeat. 3. Simúlque quasi in iudicio contendit, vt curam habendam de bono nomine doceat, Eccl. 4.

Porrò magna est conscientiæ securitas, quæ aduersarios etiam iudices facit: & hoc ipso sanè quid maius facit Christus quàm Samuel, qui cum pop. regis habendi desiderio teneri videret, eísque Samuelem consecrasset, dixit ad vniuersum Israel, 1. Reg. 12. Loquimini de me coram domino, & coram Christo eius, vtrum bouem cuiusquam tulerim, &c. Maius quoque est testimonium innocentiæ Christi, eo quòd sibi fieri Paulus expetebat à maioribus natu Ecclesiæ Ephesi, Act. 20. f. Siquidem nec Israel inimicus erat Samueli, nec seniores Ephesi aduersabantur Paulo. Isti verò, quos Christus testes & iudices facit, in ipsius vitam coniurarant. Quis ergo, inquit Christus, ex vobis arguet, id est, conuincet de peccator: siue id in mores, siue in doctrinam sit? Nimirum hoc solus Christus dicere potuit, qui peccatum non fecit, & in cuius ore dolus non est inuentus. Ceteri verò nascuntur iræ filij: Adeò vt non sit qui faciat bonum, non vsque ad vnum. Quis enim dicere queat: mundum est cor meum, & purus sum à peccato?

Introduct. in Euang.

totam eius saniem & putredinem exedant. Hæc Cyrillus, libr. 6. in Ioan. cap. 7. in hodiernum Euangelium.

Porrò verba hæc habita sunt à domino Iesu, anno prædicationis illius secundo, ætatis verò 32. mensis Septembris 22. nimirum vltima festiuitatis Scenopegiæ, ad quam occultè conuenerat.

Summa.

Septem verò hoc Euangel. continentur.

1. *Christi pro sua vita & doctrina defensio.*
2. *Potia quæ Iudæi Christo non crediderunt, ratio.*
3. *Iudæorum in Christum exprobratio & blasphemia.*
4. *Illius blasphemiæ (quod Christus dæmonium habeat) triplici ratione depulsio.*
5. *His qui Christo crediderint, vitæ promissio.*
6. *Christi de sua diuinitate testimonium.*
7. *Iudæorum in Christum furiæ.*

Obseru. doctrinæ.

Non semper à moribus ad doctrinam,

Obseruatio doctrinæ.

doctrinam fidei consecutione esse necessariam testatur Tertullianus, lib. de præsc. in hæreticos. Probari autem potest, & eorum exemplo qui perditè viuentes sanam fide prædicarunt, vt Scribæ & Pharisei, Matth. 23. Et Prophetæ qui perditè viuentes, vera tamen ediderunt oracula, vt Balaam Num. 24. Saul 1. Reg. 19. Cayphas, Ioan. 11. Vera quoque somnia viderunt, vt Nabuchodonosor, Daniel. 2. Pharao, Genes. 41. Sed & permultorũ Gentilium mores, & si non meritorij, boni tamen fuerunt: vt Thalassij senatoris continentia, Lucretiæ pudicitia, Socratis frugalitas: omnium ferè Philosophorum vita austera, & id genus similia: quorum tamen doctrina fidei mendax fuit.

Sed & quot nunc & olim fuere hæretici, qui vt sanctitatem viderentur amplecti, se ab Ecclesia segregarunt: vt Audiani,

Interpretatio & obseruatio morum.

peccato? Prouerb. 20. Sacerdotes nescierunt, & præuaricati sunt, Ierem. 2. Vidi in loco iudicij, & ecce iniquitas: Principes quoque infideles sunt, socij furũ, Esay. A planta pedis vsque ad verticem non est in homine sanitas, Esai. 1. Christus autem se quid amplius homine habere ostẽdit, dum se de peccato argui non posse palam prædicat. Et hoc quidem ipsa etiam dæmonia contestata sunt, clamantia, Scimus quòd sis sanctus Dei, Luc. 4. Ipsa vxor Pilati viro hæc significans, Nihil tibi & iusto illi. Hoc Iudas confessus est, sanguinem iustum vocans: hoc Pilatus: tantum impij obduruere Iudæi.

Talis verò decebat, vt nobis esset Pontifex: innocens, impolutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cælis factus, ait Paulus, Hebr. Qui pertransiret benefaciendo, & sanando omnes languores.

Sic igitur sese habent verba Christi, quasi dicat, Non refugio iudicem & testem: accedat qui volet, & me de peccato conuincat, presto sum.

Proinde suo nos exemplo: immò & omnes verbi Diuini ministros, & Ecclesiæ prælatos instruit, vt suam vitam censura quadam examinari permittant. Sed quoniam non semper à moribus ad doctrinam consecutio necessaria est, adeo vt qui sanis est moribus,

Interpret.& obseruat.morum.

doctrinam aliquando dubiam prædicet: non morum tantum integritatem, sed & doctrinæ suæ veritatē Christus confirmat, dicens.

Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?

Quasi dicat, Si Pseudopropheta essem, iurè me explederetis: at verò non potestis non tantū mores meos de peccato, sed neque doctrinam meam de impostura arguere. Cùm ergo & in moribus integritas, & in doctrina veritas elucescat, quare nō creditis mihi? Cuius vita despicitur facile est, vt & doctrina contemnetur, & ei dicatur, Rom. 2. Qui prædicas non furandum, furaris. Qui ergo alium doces, teipsum non doces. Oportet nimirum, ait Plutarchus, lib. de doctrina principum, vt ipsa regula primùm recta sit, nihil habens obliquum, quo deinde cetera sibi admota exęquet: ita & concionatorem seu prelatū purum esse, quo tandem alios reformare liberè queat. Cur igitur non creditis, ait Christus, cùm veritatem dicam? Quasi contestaturus nihil eorū molimina veritatem impedire posse. Hoc sanè sapienter sensit & interpretatus est Zorobabel (vt refertur. 3. Esdræ 4.) tū corporis regis Darij custos, melius vtique quàm ceteri duo iuuenes: quorum vnus scripsit forte esse vinum: alter fortiorem regem. Nimirum hæc Zorobabel sententia fuit: fortiores sunt mulieres: super omnia autem vincit veritas.

Obseruat. doctrinæ.

Cathari, Donatistæ, Parmeniani: quot etiā nunc se purissimos iudicant ex Anabaptistis, spiritualibus Prophetis, & ceteris quorum tamen doctrina impia est? Ne tu igitur ex moribus fidem commēdes, sed mores ex fide. Quod Christus præmittit morum examen, doctrinæ veritati: cauenda peccata insinuat, quod hæc suo pondere ad peccatum in Spiritum sanctum & doctrinam pertrahant. Omnem enim hæresim, ait Epiphanius in hæresim, 75. Arrij aut temeritas, aut vana gloria, & elatio fastuosa, aut concupiscentia effecit. Sic Eusebius, lib. 3. histor. Eccles. cap. 28. Quia, inquit Cherinthō, erat vētri, gulæ, ac libidini deditus, ea futura decernebat, quæ sibi libido propria dictabat, ventris, & eorum quæ sub ventre sunt incitamenta, cibis, potibus, nuptiis prædicabat explenda.

Epiphanius in Carpocratitas, Degūt, inquit, in luxu, &

Obseruatio doctrinæ.

& omnia ad corporum voluptatem operantur. Optatus lib. 2. in Parmenianum, incestos dicit Donatistas, & stupratores virginum. Demum, ait, Ecce Parmeniane quales Episcopos celebras, & cum pro tuis erubescere debuisses, catholicos innocentes accusas. Idem vtique Beszæ, qui à teneris scortationi & omni libertati assuetus, audet mores Ecclesiasticorum mordere, dicere possumus. Idē apostatis Monachis: idem & ceteris huius farinæ, quos non nisi patratis maximis delictis iusto iudicio Deus in hæreses ruere permisit.

Vt Christus ei qui veritatem dicit credēdum, ita mendacem concionatorem abigendum insinuat. Quis enim regum & principum aut se aut suos à subdito quodam inhonorari, immò eorū aut suum nomen dedecore aspergi permittat, quin eum aut de medio tollant, aut in exilium mittāt? Vtrumque sanè & Theodosii & Amphilochij facto liquet apud Nicephorum lib. 12. c. 9. Cùm enim Amphilochius Iconij Episcopus à Theodosio eiectionem Arrianorum non impetrasset, tandem cum aliis Episcopis Imperatorem salutās, consulte filium eius Arcadium contempsit: quem Imperator vt rusticum & inciuilem arguit: illo verò sufficere hunc honorem principi Arcadio respondente: Eijcite, inquit Theodosius, hunc à palatio. Porrò cùm extraheretur Amphilochius, ad Imperatorem conuersus: sic scilicet existimare te oportuit, inquit, succensere

ritas. Quid igitur proficiēt suis technis & blasphemiis Iudæi? Poterūntne veritatem deprimere? Ceterū, vim habēt omnes hæ dictiones.

Ego dico vobis. Non minus quàm vox illa veritas. 1. Ego vtique verus Messias & Christus qui olim per Prophetas locutus fuerā. 2. Loquor, & familiarem me vobis reddo: in propria quoque persona cælestes thesauros communico. 3. Vobis, inquam, qui vos Abrahæ filios iactatis, nec interim illius fidem & opera æmulamini, vobis filiis degeneribus & induratis geminibus viperarum: quo non voluntatis meæ mortem peccatoris esse doceam. Quare ergo non creditis mihi, quem innocentem & Messiam esse negare non potestis?

Universidad de Deusto Biblioteca

Obseruatio doctrinæ.

etiam cælestem Imperatorem propter eos, qui aut illi aut filio derogant, proinde abigendos esse. Porrò vt discernendi sunt Pseudoprophetæ à piis concionatoribus, (Matth. 5.) Paulus indicat: inter veram prædicationem & falsam, hoc discrimen assignans. Quod. 1. falsa immunda sit. 2. in adulationis sermone. 3. aut ambitiosa. Hæc enim ait, 1. Thessal. 2. exhortatio nostra non fuit de errore, immunditia & dolo: neque in sermone adulationis fuimus, neque quærentes ab hominibus gloriam. Immunditiæ studuerunt Nicolaitæ, quòd mulieres haberent communes. Adamitæ, quòd promiscuè omnibus commiscerentur. Albigenses, quòd detestabilem luxuriam operarentur. Marcus Golobarsus, quòd vxores à viris diuelleret & seduceret. Sicque alij permulti. 3. Adulatio omnibus hæreticis in vsu est, vt alliciant Principes: immò omnes carnales homines. Tales Epicurei, de quibus Esai. 30. Loquimini nobis placentia & audiemus vos. Tales ij, qui principibus adulantur, illis omnem etiam Ecclesiasticum potentatum deuouentes: homines beatos iam prædicantes: nihil opus ieiunio, carnis maceratione, & pœnitentiæ operibus inclamantes, quo lubricam hanc carnem titillent, eique adulentur. 3. Omnes quoque ferè hæretici superbia & ambitione tument & inflati sunt, vt mox dicemus. Proinde quoties hæc tria ex alicuius doctrina colliguntur, tutiora sectari necesse est. Econtra verò Christi doctrina puritatem, humilitatem, & in peccatores seueritatem adeò commendat, vt iis quæ concionatori requiruntur virtutibus vberrime Euangelica abundet historia.

Diuus Augu-

Obseru. doctrinæ.

Diuus Augustinus tract. 42. in caput Ioannis 8. hæc verba examinans, obseruat de eodem posse verificari esse ex Deo, & non esse ex Deo. Natura enim quid ex Deo est, vitio non ex Deo. Obiectant verò Manichæi duas hinc sequi naturas: vnam bonam, alteram malam: & dominum dicere, Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Dico autem. Natura sunt ex Deo: vitio non sunt ex Deo. Sicut & sunt filij Abrahæ: Et non sunt filij Abrahæ. Abrahæ sunt natura: & filij sunt diaboli voluntate. Natura enim bona est: peccatum autem est à mala voluntate. In natura vtique malum non est. Hæc Origenes etiam tractat dialogo de recta in Deum fide. Dionysius libr. de diuinis nominibus.

Obserua quid sit verbum Dei, & quid illud audire. Verbum enim Dei se dicunt omnes hæretici habere, licet etiam sibi ipsis

Interpretatio & obseruatio morum.

Qui ex Deo est, verba Dei audit.

1. Rationem reddit Christus cur sua & omnis pia doctrina ab impiis non admittatur. Non vtique quod aliquis defectus in ea sit, sed in auditoribus. Quemadmodum enim solem hunc arguere non potes, si quis eum non intueatur, & labatur (omnibus enim æquus est, & se videndum præbet) sed eum qui lapsus est potius arguis forsan, quod oculos clauserit, luménque intueri neglexerit: Nullus quoque Christi doctrinam velut impiorum ruinæ causam esse censebit, sed eorum cæcitatem, & obduratam mentem, qui verba Dei audire neglexerint.

2. Ceterum dicat aliquis, Num omnia à Deo sunt? Sunt vtique si naturam rerum spectes, quia ab eo ortum habent & existunt omnia. Si verò spiritualem generationem, qua filij Dei gignuntur, & ex Deo nascuntur: ij soli tales esse noscuntur, qui fidem habent in eum, & rectè credunt.

3. Et tales vtique verba Dei audiunt, non solum auribus corporis, sed & mentis affectu, & operis executione. Nec enim satis est aure corporis audisse verbum, sicut audierunt Iudæi, & impij permulti qui concionibus adsunt. Siquidem audire verba Dei, ait Cyrillus, lib. 6. in Ioannem cap. 7. est præceptis illius,

Interpret.& obseru.morum.

qui per scripturas loquitur obedire. Qui autem duntaxat exteriorem sonum verborum Dei auribus percipiunt, sed ea neque menti infigunt, neque ad opus accommodant, verba Dei nec audiunt, nec aliquem salutis suæ fructum referunt. Non enim semen quod cecidit & à volucribus comestum est, aut quod à viatoribus conculcatum est, aut supra petram absque humore est, fructum adferre dicitur, Matt. 13. Proinde dominus, Luc. 11. Beati, inquit, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Et Paulus ad Romanos scribens cap. 2. Non, inquit, auditores legis, sed factores apud Deum iustificabuntur. Et Iacobus in epistola sua cap. 1. Estote, ait, factores verbi, & non auditores tantum, fallentes vosmetipsos. Quia si quis auditor est verbi & non factor, hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis suæ in speculo. Considerauit enim se & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit. Et Iac. 4. Scienti bonum facere, & non facienti, peccatum est illi. 2. Pet. 2. Multo enim melius esset veritatem non agnoscere, quàm post agnitam retro conuerti. Quamobrem dominus terribiliter auribus nostris inclamat, Luc. 12. Seruus non sciens voluntatem domini sui & non faciens, vapulabit paucis: sciens autem voluntatem domini & non faciens, vapulabit plagis multis. Et de Iudæis loquēs quotidie verba eius,

Obseruatio doctrinæ.

contrariantur. Et is vtique mos fuit Pseudoprophetarū, vt acclamarent sibi dominū reuelasse quæ dicerent, cùm ne minima quidem visione eos dignaretur dominus. Sic Sedechias, Micheæ colaphum impingens. 3. Reg. 22. Num mihi, inquit, sicut & tibi locutus est dominus? Immò Propheta domini qui venerat in Bethel (3. re. 13.) à pseudopropheta sic deceptus est, quod sibi locutum esse dominum diceret: iussisse denique vt in domum virum Dei reduceret, eique panem & aquam apponeret. Porrò quemadmodum fuerunt, Pseudoprophetæ in populo, ita & in nobis sunt magistri mendaces (inquit Petrus 2. epist. 2.) prurientes auribus: quique dem se verbum Dei habere iactitent, cùm tamen os eorum eructet mendacia & blasphemias. Proinde ne quis sibi prætextum quærat illis sectandis, quòd verbum Dei audiat. 1. Verbum enim Dei manet in æternum.

At

sed

Obseruatio doctrinæ.

At hæresis à quibusdam suscitata etiam & aliquando defluxura est. 2. Verbum Dei non mutatur: quia non est Deus, vt homo, vt mentiatur, Numer. 24. Hæresis autem à mutatione est: ea enim, pura Ecclesiæ doctrina deprauatur. 3. Verbum Dei est id quod à patribus Euangelisatum est: adeò vt si angelus de cælo aliud afferat, anathema sit, Galat. 1. Porrò antiqui Ecclesiæ patres, Apostoli. 2. eorum successores nullam hæresēon sua doctrina confirmarunt: sed dogmata illis contraria conscripserunt. Non ergo audire verbum Dei dicantur, qui hæreticos adeunt. Sed & Biblia legunt hæretici, legerunt etiam isti Iudęi, quibus Christus ait, vos non auditis verba Dei. Legit Biblia Iulianus Apostata: Porphyrius Christianę doctrinę hostis infensissimus. Legit Mahumetus: legit, & audiit Arrius, & ceteri omnes: sed non vt ea sequerētur, verùm vt de-

Interpret.& obseru.morum.

sed inutiliter audientibus ait: Ioan. 15. Si non venissem & locutus non fuissem, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo.

Obseruat Gregorius Papa, hom. 18. in hoc Euangelium, iuxta hanc Christi regulam probare vnumquemque se posse, si ex Deo sit. Nimirum si se interrogauerit an verba Dei in aure cordis percipiat. Triplicem quoque statuit hominum differentiam. 1. Eorum qui nec aure corporis, nec cordis verbum Dei audiunt. 2. Eorum qui nec aure quidem corporis audiunt, sed nullo ea mētis desiderio complectuntur. 3. Eorum qui & aure audiunt, & opere adimplere student: eósque tantum dici verè verba Dei audire.

Propterea vos nō auditis quia ex Deo non estis.

Sed nunquid non in synagogis suis Mosen & Prophetas audiebāt? Num eos legebant? Audiebant quidem, sed aure corporis, literæ addicti, non ad ea quæ dicerentur, tota anima attendentes. Nam siue de Messya agebat lex, non aduerterunt completa omnia quæ de ipso sunt, oculis suis. Siue de cæremoniis legalibus, has tantum carnaliter interpretabantur. Siue de præceptis legalibus, ea suis traditionib' peruertebant. Proinde de his optimè locutus fuerat. Spiritus sanctus per Esayam cap. 6. Vade ad populum istum & dic. Aure audietis, & non

Interpretatio & obseruatio morum.

intelligetis: & videntes videbitis, & non perspicietis. Incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos compresserunt, ne fortè videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant. & conuertantur & sanem eos, Matth. 13. b. Marc. 4. b. Luc. 8. f. Ioan. 12. f. Roman. 11. b. Act. 28. f.

Responderunt ergo Iudæi & dixerunt, Nónne benè dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?

Statim vbi Christus conuinci se de peccato postulauit, silentio morum ipsius integritatem, & doctrinæ veritatem Iudæi confirmarunt: nunc autem quod se pungi Christi verbis videant, conuitiantur ei in duobus. Nam quòd Samaritanos Gentes abominarentur, vt diximus, quemadmodum & abominamur hæreticos, quod partim fidem, partim incredulitatem sectarentur: quasi idem crimen Christo inculcantes, Samaritanum vocant. Id forsan tribus maximè rationibus.

1. Quòd illum in quibusdam legem peruertere dicerent, in quibusdam sectari, quod Samaritanis erat familiare.

2. Quod ad Samaritas diuertisset, eósq; sua doctrina imbuisset, Ioã. 4.

Obseruatio doctrinæ.

prauarent, & in corruptum sensum detorquerent. Sicut Sathan scripturas in Christum produxit, sed corruptas & detortas. Audire igitur verbum Dei est eo sensu illud excipere, quo interpretatum est ab Apostolis: & eorum successoribus, martyribus, doctoribus, Episcopis: quod vtique sectari, est vnam Ecclesiam & eius doctrinam quæ in continua ab Apostolis successione est sequi.

Facessent ergo hæretici cum suis corruptionibus, quas tamen esse verbum Dei iactitant. Termini nobis positi sunt, ait Epiphanius, lib. 2. tom. 1. in hæreses, & fundamenta & ædificium fidei, & Apostolorum traditiones & scripturæ sanctæ & successiones doctrinæ: & vndiquaque veritas Dei munita est. Nemo ergo decipiatur nouis fabulis.

Hieronymus in Luciferianos,

Obseruatio doctrinæ.

nos, In illa, inquit, Ecclesia permanendum est, quæ ab Apostolis fundata, vsque ad hanc diem perdurat. Et paulo post. Nec sibi blandiantur si de scripturarum capitulis affirment, quod dicunt. Cùm & diabolus aliqua de scripturis sit locutus: & scripturæ non in legendo, sed in intelligendo consistent. Corrumpunt autem scripturas, vt docet Marcionis exemplo Ireneus, libr. 3. in Valent. cap. 12. Marcion enim (inquit) & qui cum eo sunt, ad intercidendas scripturas conuersi sunt: quasdam quidem in totum non cognoscentes: secundum Lucam autem Euangelium & epistolas Pauli decurtantes, hæc sola legitima esse ducunt, quæ ipsi minorauerunt.

Porro quomodo verbum Dei semper sibi constans apud hæreticos esse posset, cùm sic varient inter se, vt quod vnus fatetur alter neget. Mentior, ait Tertullianus,

Interpretatio & obseruatio morum.

3. Quod in parabola hominis à latronibus spoliati & semiuiui relicti, Samaritanum magis quàm sacerdotem & Leuitam commendasset, Luc. 10. Dæmoniacum autem pro more vocant Spiritusf. in Christo vbertatem furori Sathanico tribuentes.

En habes velut in speculo depictos omnium hæreticorum mores. Quoties enim catholicus eos instruit & arguit, toties ad conuicia & blasphemias prorumpunt. Dentes eorum arma & sagittę, & lingua eorum gladius acutus. Sic epoti sunt blasphemiarum calice, quem supra serpentem mulier gestat, vt refertur Apocalypseos, cap. 17. Sic impudẽs fuit os Barieu magi, Paulo resistentis, Act. 13.

Ceterum nihil nos moueant tot calumniæ quas ingerunt, ceu nos cloacam, putorem, & mundi peripsema, ceu magos, impostores, Antichristi fautores, idolatras, præstigiatores, asinos & indoctos vocent. Non est seruus maior domino suo. Si Christum tot conuiciis prosciderunt Iudęi, quid non æquo animo ferre debemus? Ceterũ ad primã

Interptet.& obseru.morum.

Obseru.doctrinæ.

iniuriam non respondit Christus, quod Samaritani nomine insigniri non detrectaretur, adeò erat hominum amantissimus. Sic enim, Luc. 10. Per Samaritanum vulneratum insinuatur. Immò Samaritanus idē sonat, quod custos. Et tu quidem ò Christe, custos es hominum, custos Ecclesiæ, custos gregis tui. Sed & iam Samaritanos amplectebatur Christus, & quod verbum ipsi excepissent, primíque Euangelio credituri essent. At quoniam blasphemiam patri Iudæi inferebant, Christum dæmonium habere dicentes, Christus liberè respondet.

Ego dæmonium non habeo.

1. Vt doceat nunquam patienter quenquam in Deum blasphemias eructantem audire. 2. Manifestam quoque reddat Iudæorū impudentiam. Porro

lib. de præscript. in hæretic. si non à regulis suis variant inter se, dum vnusquisque proinde suo arbitrio modulet, quæ accepit, quemadmodum ea de suo arbitrio composuit. Ireneus quoque lib. 1. in Vtlent. cap. 5. Hæretici cùm sint duo vel tres, de iisdem non eadem dicunt; sed & nominibus & rebus contraria respondent. Adeò, vt Pharisæi rectè dicantur: non solum quod in Christum inimicitias exerceant, sed quod ab inuicem quotidie diuidantur. Quomodo ergo verbum Dei apud eos est, qui stulti, vt luna mutantur?

State ergo & tenete traditiones quas didicistis, & hoc vos ipsos probate an electi sitis: si verbum Dei ab Apostolis ad nos vsque in vnica Dei Ecclesia prædicatum ardentibus animis audiatis, & non curiose ad hæreses declinetis.

Qui non honorificat filiū non honorificat patrem qui misit illum: sic qui non honorat sanctos, non honorat Deum qui eos elegit. Honorare enim decet sanctos (ait D. Ioannes Damascen. lib. 4. de fide orthodoxa cap. 16.) vt filios & hæredes Dei: quemadmodum ait Deiloquus Euangelista, Quicunque receperunt eum dedit eis potestatem filios Dei fieri, &c.

Quòd hæretici

Obseruatio doctrinæ.

Quòd hæretici suam semper quæsierint gloriam patet in eo maxime quod principes eorum, suos non à domino Iesu nuncuparunt, vt docet Hieronymus in Luciferianos, sed à suo nomine: vt

Symoniani à Symone: Menandriani à Menandro: Arriani ab Arrio: Sabelliani, à Sabellio. Sic Macedoniani, Eustathiani, Tatiani, Montanistæ, Manichæi, Photiniani. Eunomiani. Et vt ad nostros veniam, Vvitclephitæ, Vualdenses, Abmarinciani, Petrobrusiani, Hußitæ, Lutherani, Caluinistæ, Cingliani, & ceteræ huiusmodi pestes. Quódque sibi semper plura arrogarint, quàm quisquam Apostolorum & electorum virorum, liquet hac inductione. Symon se Dei virtutem dicebat: spiritibus malignis se in cælum efferri voluit: vnde hinc Romæ à Nerone posita est statua aurea, cùm hac inscriptione: Symoni sancto Deo. Euseb. Cæsarien. histor. Eccles. libro. Menander in suo nomine baptismum instituit. Tertull. testis est libro de præscrip. Saturnius se saluatorem à Patre missum ad fi-

Interpretat.& obseruat.morum.

Porro ratiocinationibus ex indubitatis principiis necessario cōcludit se dæmonium non habere. prima ex his verbis elicitur. Sed honorifico Patrem meum. Quasi sic argumentetur. Nunquam dæmonium honorificat Deum & Patrem.

Porro ego ei semper honorem defero. Ego igitur dæmonium non habeo. Ceu, impossibile est ei qui dæmonium habet, Dei honorē prosequi, cùm totus spiret quæ dæmon suggesserit: Impossibile igitur est me dæmoniū habere. Quoties nimirum Patrem honorificauit? Immo quando non honorificauit, qui humiliauit semetipsum Philipp. 2. Qui etiam putatiuo patri suo Ioseph subditus erat. Luc. 2. cui in baptismo & monte Pater testimoniū dedit. Matth. 3. Ioan. 1. Matth. 18. qui sua omnia Patri accepta tulit, doctrinam, opera, immò hoc ipsum quod erat? At verò prospice ab initio dæmonia Deum nō honorasse. Esa. 14. homini eius creaturæ inuidisse. Sap. 5. Seminarium ei peccati indidisse. Genes. 3. Idololatriā omniáque scelera persuasisse: adeo vt princeps mundi diceretur: princeps super omnes filios superbiæ, adeo vt sibi sacrificari vt Deo voluerit

Interpretat.& obseruat.morum,

immolabant enim olim filios suos & filias suas dæmoniis. Porro non tantum Christus dæmoniaci nomẽ à se ablegat, sed & idem in Iudæis retorquet, eodem medio quo se dęmoniũ non habere docuerat dicẽs.

Vos autem inhonorastis me.

Quasi sic erigatur in eos ratiocinatio. Quicunque filium Dei inhonorat, maligno & dæmoniaco spiritu impellitur. Vos autem inhonorastis me, tot opprobriis, blasphemiis & conuinciis proscindentes: immo & mortem meam molientes. Vos igitur dæmoniaco spiritu obsessi estis. Secundum argumentum hæc verba implicat.

Ego non quæro gloriã meam.

Quasi dicat, Quicunq; à dæmone impelluntur, suam gloriam quærũt. Sed ego gloriam meam non quæro. Ego igitur dæmonium non habeo.

1. Quòd verò dæmon suam gloriam semper quærat, patet in eo quod dixit, ascendam supra astra cæli, & similis ero altissimo.

2. Quòd etiam hi qui Sathanico spiritu ducuntur tales sint, patet in Cayna: qui se super fratrem extulit: immò & Deum contempsit. Genes. 4. in Nembroth. Genes. 4. Pharaone. Exod. 4. Nabuchodonosor. Daniel. 1. Anthiocho. 2. Machab. 9. Herode. Act. 12. Immo & in omnibus hæreticis, elatis, cupidis, superbis: vt ait Paulus 2. ad Timoth. c. 3.

At vero hi qui spiritu Dei ducti sunt, nunquam ambitione tumuerunt:

Obseruatio doctrinæ.

delium salutem. Noëtius se Mosen & fratrem suũ Aaron vocabat. Barchochebod se stellam ad consolationem oppressorum. Montanus se Paracletum dicebat. Theodas & Iudas Galyleæ sibi Messyæ nomen: Gnostici sibi omnium rerum cognitionem. Cathari sibi vitæ absolutam integritatẽ arrogarũt. Apostolicos se alij, nostri sæculi hæretici se à secretis Deo esse, reformatores Ecclesiæ, Prophetas. Videntes, pueros, fideles seruos vocant. Postellus se restitutum dicit vt mundum reparet: omnésque nihil nisi quod dicunt esse rectum putant. Adeo arrogantiam Sathanæ patris sui omnes imitantur. Quod humiles Apostoli & electi non suam sed Dei gloriam quæsierunt, & si mundo dispecti fuerint, tãdem tamen eorum gloriam quæsiuit dominus.

1. Quod in memoria æterna sit iustus. 2. Immo & post mortem eorum corpora, glorificatis animabus honoret: quod

Obseruatio doctrinæ.

quod non ceteris etiam dum viuerent mundo celeberrimis indulget. Hoc probat Cyrus, Theodoretus Cyrenensis libro affectionum græcarum sermo. 8. de martyribus. Anthiochus quidem Deus vocatus est: & Cayus qui Tyberio Imperatori successit. Vespasianus quoque & Hadrianus sibi templa ingentia excitarunt. Verùm & vitali simul aura, & impio honore priuati sunt Martyrum verò templa conspicua cernuntur, magnitudinéque præstantia. Eadem ferme D. Ioannes Chrysostom. tom. 5. homil. 66. ad populum Anthiochenum, Christus discipulos, inquit, postquam abierunt, effulgere fecit. Et quid dico discipulos? Nam & eorũ loca & sepulchra, simúlque & tẽpora perẽni memoria celebrari curauit. Tu verò mihi sepulchrum ostendas Alexandri, & profer diem quo vitam finiuit. Nihil horum insigne, sed omnia destructa sunt & exterminata.

Interpretat.& obseruat. morum.

runt: sed semper humiles se coram Deo & suis abiecerunt. Sic Moses & Hieremias se balbos dicentes Exod. 3. Hiere. 1. Sic Esayas se pollutum labiis nuncupãs cap. 6. Dauid vermem & non hominem. Apostolus se mundi peripsema vocitans.

Petrus Christianos velut oues occisionis depingens. Idem se peccatorem acclamans Luc. 9.

Tertia raciocinatio ex his verbis depromitur.

Est qui quærat & iudicet.

Gloriam meam. Quasi dicat. Deus non quærit gloriam dæmoniorum, sed neque iudicat & punit eos qui dæmoniis aduersantur. Ille verò est qui quærit gloriam meã & iudicat discretiuo iudicio. Ego igitur dæmonium non habeo. His quoque verbis Christus suam & Patris gloriam eandem esse insinuat, non aliam atque aliam: cùm velut zelotes eam quæsierit, & illatum gloriæ Christi opprobrium tã seuere vindicarit in Iudæis Luc. 19. & vindicaturus sit in omnibus infidelibus.

Ceterùm è Christi verbis docemur omnem fastum & ambitionem excutere, Dei solius gloriam quærere, vt ipse idem nostram gloriam quærat. Sic enim sanctorum suorum gloriam & quærit & vindicat, quos tamen adeo mundus cõtempsit.

Interpretat.& obseruat.morum.

Amen amen dico vobis. Si quis sermonē meū seruauerit, mortem nō videbit inæternū.

Beneficia pollicetur eum iniuria lacessentibus, vt doceat vincere in bono malum, Rom.12.& si esurierit inimicus, cibum illi porrigere, si sitierit potū dare, vt carbones ignis congerantur super caput eius.

Ceterum sermonem Christi seruare est fide & operibus illud prosequi: Non mori verò inæternum, est non incurrere mortem illā æternam cui damnati subijciuntur: de quibus Psaltes, Sicut oues inquit in inferno positi sunt, mors depascet eos. Non ergo disputat de morte corporali, quę cito transit, & proinde minus propriè mors dicitur: nec dominus Deus morientium, sed viuorum Abraham & Isaac Deus vocatur, etsi hi decesserint: sed de morte quæ inæternum manet, quam nō vident, id est non incurrunt electi. Ibunt enim qui bona fecerūt in resurrectionem vitæ Ioan.5. Nec verò mirere quod Christus solito iuramento id confirmat dicens, Amen amen. Magnū enim est quod promittit, iterū quoq;, iterúmq; inculcat bona illa nobis ex promisso non ex debito obuenire.

Obseruatio doctrinæ.

Possem & hic non Imperatorum tantum, sed & hæreticorum qui tanto fastu Ecclesiam persecuti sunt, sepulchra aut memorias exquirere. Memorabilis vtique locus fuit Alexandriæ, nomine Arrij: sed destanda memoria quod vbi humanæ necessitatis causa declinans, intestina atque viscera, Deo blasphemias eius vindicante emiserit: vt narrat Eusebius libro 10. histor. Eccles. cap. 14. Quis verò non detestetur nomen Sabellij, Photini, Apellis, Cherinthi, Ebyonis, Alexādrini, ceterorúmque hæreticorum? Sic vindicat Deus honorem suorum & eum quærit: cùm interim abominabilem esse velit impiorum memoriam.

Dixerunt ergo Iudæi: Nunc cognouimus quia dæmonium habes. Abraham mortuus est & Prophetæ, & tu dicis: Si quis sermonem meum seruauerit, mortem nō gustabit in æternum? Nunquid tu maior es patre nostro Abrahā qui mortuus est Et: Prophetæ mortui sunt? Quē teipsum facis?

Accepta

Interpretat.& obseruat.morum.

Accepta contumelia, bonus fit melior: & malus accepto beneficio fit peior Nimirum istos dominus amicè ad seipsum prouocabat, illi vero opprobriis eum afficiunt. Porrò vide quibus nitātur. Vtique dictioni mori: quod nō intelligant mortem variè sumi. 1. Pro peccato, quòd mors animæ dicitur prima. 2. Pro priuatione fruitionis & vitæ æternæ, quæ est mors secunda animæ & corporis. 3. pro morte corporis transeunte. Interpretantur ergo non mori, pro non decedere ex hoc seculo, per separationem animæ à corpore. cùm sit intelligēdum pro Gehennam non incurrere. Obserua interim omnem hæresim & contradictionem oriri maximè ex vario sensu dictionum, quòd aliter hæretici interpretantur quàm Ecclesia. Porro nec tantum in mortis significatione errarunt Iudæi, sed & quod Abraham & Prophetas Christo maiores esse arbitrantur. Christúmque arrogantiæ insimulant, quod se super eos ingerat. Proinde Christus respondit.

Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est. Est Pater meus qui glorificat me, quem vos dicitis, quia Deus noster est: & non cognouistis eum.

Hoc respondet Christus, vt ambitionem, superbiam, omnium viciorū principem, Deóq; maximè detestabilem doceat. Proinde magnam sibi impingi blasphemiam cum arrogantiæ insimulantur ostendit. Ego, inquit, non glorifico meipsum, vt homo: cùm potius sic paulominus ab angelis minoratus sim: & omnibus huius seculi afflictionibus meme submiserim. Alioquin, gloria mea nihil est: cùm nihil sit gloria quæ ab homine proficiscitur: fumus nimirum & aura leuis est, sed neque homo sibi testimonium reddere queat. Est Pater meus natura, qui glorificat me per miracula & doctrinam, qui glorificauit in baptismo & transfiguratione, quem vos dicitis quia Deus vester est, potius quàm ceterarum nationum, eumque illum vobis proximum esse iactatis quòd non fecerit taliter omni nationi. Proinde Gentiles cōtemnitis vobísque vt domesticis Dei cognitionem arrogatis. Et tamen non cognouistis eum, quia nec cognouistis me, & nemo veniat ad Patrem nisi per me. Perfecta nimirum immo & fidelis cognitio non nouit Patrem sine filio, nec filium sine Patre.

Porrò obserua 1. quàm aperte Christus doceat patrem suum Deum esse: proinde inexcusabiles esse Iudæos qui non credide-

Interpretat.& obseruat.morum.

rint.2.nec audiendos hæreticos qui ex eo quòd Christus se dicit se glorificari à Patre, colligunt minorem esse Patre: quoniam inquiunt, qui glorificat maior est quàm qui glorificatur. Quasi verò, vt ait Cyrillus Alexandrinus lib. 6. in Ioannem cap. 11. Non etiam dicatur Christus Patrem glorificare Ioan. 17. Pater clarifica filium, inquit, vt filius tuus clarificet te. Et, ego te clarificaui super terram. Immo homines Deum glorificant, cùm dicat Christ⁹ Matt. 5 Luceat lux vestra corã hominibus &c. vt glorificẽt Patrem vestrum qui in cælis est: nec proinde illi maiores Deo esse dicuntur. Glorificat ergo Pater filium, vt æqualẽ sibi, quod vna sit Patris & filij gloria. Ceterum quia de ignorantia conuincit Iudæos, se scientiæ diuinæ fontem & thesaurum ostendit, vt rursus ad se eos inuitet: ait enim. Et ego noui eum.

cognitione æterna vt Deus, cùm vna sit mea & Patris scientia: hęc scilicet qua eum noui, & ipse seipsum agnoscit: ceu cognitione infusa, per cohabitationem omnis gratiæ & veritatis. Ioan. 1.

Et si dixero quia nescio eum, ero similis vobis mẽdax.

Non sicut mẽtitur is qui se scire dicit quæ nescit: sic qui se ignorare dicit quæ satis nouit. Mendaces verò erant Iudæi, quod se Abrahæ filios esse, & Deum nosse iactarent: necnon Christũ dæmoniacum esse dicerent. Et quoniam dixerant, Nunquid tu maiores Patre nostro Abrahã, se lõge maiorẽ illo esse ostẽdit dicẽs.

Abraham pater vester exultauit vt videret diem meũ, vidit & gauisus est.

Vidit autem aut cùm Elizeo seruo, quem mittebat ad accipiẽdam Isaac vxorem: ait Gene. 24. Pone manum sub femore meo, & iura mihi per Deum cæli: aut cum in figura trinitatis tres angelos hospitio suscepit, Gene. 18. Vel diem suum, diem crucis intelligit quem Abraham oblatione arietis & Isaac præfigurauit Gene. 12. vt Cyrillus obseruat. Dixerit verò aliquis, Quomodo Abraham vidit diem Christi, cùm Christus ipse alibi dixerit Luc. 10. Beati oculi qui videntquæ vos videtis. Multi reges & Prophetæ, voluerunt videre quæ vos videtis & non viderunt. Sed facilè soluitur: si videre diuersimode sumi adnotauerimus. Est enim videre oculis carnis, quomodo Christus nec Prophetas nec reges multos eum vidisse dicit, cùm prius beatos oculos Apostolorum qui hæc viderent prædicasset. Et est videre spiritu, quomodo vide-

Interpret.& obseruat.morum.

do viderunt hi qui concupierunt videre oculis carnis, & tamen non viderunt. Vidit ergo Abraham Deum in spiritu, & gauisus est. Vtiq; quia fuit ipse expectatio omnium. Sic gaudium eo nato annunciauerunt angeli Luc. 2. & lætatus est Symeon. Hæc dies enim (inquit, Dauid Psal. 117.) quam fecit dominus, exultemus & lætemur in ea.

Obseruatio doctrinæ.

Ioannes Cassianus lib. 5. de incarnatione domini conuenientissima, inquit æternitatis suæ voce ac maiestatis Christus respõdit dicẽs, Priusquam Abraham fieret ego sum. Nã quomodo qui natus recenti tempore fuerat, ante Abrahã se esse dicebat? Per illum scilicet cui vnitus erat penitus verbum Dei, vt intelligerent omnes quanta esset Christi & Dei vnitas: cùm quicquid Deus in Christo diceret, totum iam sibi diuinitatis vnitas vindicaret.

Interpret.& obseruat.morum.

Dixerũt ergo Iudæi ad eum, Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti?

Semper animali sensu omnia perscrutantur, & Christum secundum carnem iudicant, non aduertentes illum de coæterna & consubstãtiali Patris diuinitate ploqui: quomodo egressus eius ab initio, à dieb⁹ æternitatis Micheæ. 5. Vnde ad eũ Pater Psalm. 109. Ex vtero ante luciferum genui te. Non hæc igitur expendũt impij Iudæi, sed neq; diuinæ sapiẽtiæ verba, quæ Christus & Dominus possedit me in initio viarũ suarũ, antequã quicquã faceret à principio. Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis antequam terra fieret, &c. Ego feci in cælis vt oriretur lumen indeficiens, & sicut nebula texi omnem terram. Excæcauit igitur eos malitia, ne hæc perpenderẽt.

Dixit eis Iesus, Amen amẽ dico vobis, antequã Abrahã fieret ego sum. Amen amen, confirmantis est dictio, quod de re maxima sermonẽ faciat. Porro, Ego sum, de se ait, & de Abrahã, antequã fieret. Nam quantũ id quod est, & id quod fit, ab inuicẽ differunt, tantũ Deus à creatura. Deo enim propriũ est esse: creaturæ propriũ est fieri. Vnde ad Mosen Deus. Dic inquit illis, Qui est, misit me ad vos, & ego sum qui sum.

Tulerunt ergo lapides vt iacerent in eum.

Adeo obstinatum & impium arguere periculosum est. Nõ de-

Interpretat.& obseruat.morum.

ficient rationes, miracula & verba Christo: sed obdurati sunt isti, nec intelligunt. Eodem quoque modo hæretici induruerunt, adeo vt necessariis coacti argumentis potius ad saxa, ignem & gladios currant, quàm aliquid boni admittant.

Iesus autem abscondit se & exiuit de templo.

Hic mos familiaris fuit Christo, vt doceret iratis cedere. Vt enim subtractione ligni extinguitur ignis & diminuitur: ita absentia eius in quem quispiam ira inflammatur, sedatur & mitigatur efferuentis iræ incendium. Porro discamus non vt Iudæi adeo faciles ad iram esse. Iaco. 1. Ira enim viri iusticiam Dei non operatur. Ephes. 4. Ideò sol non occidat super iracundiã vestrã.

ORATIO.

COmpesce igitur domine Deus tua gratia furentem in nobis & ebullientem iram: ne vnquam sensus aut animum nostrum sic turbet, vt aliquid aut in te, aut in proximum moliamur. Largire quoque nobis omnipotens Deus, vt toto corde & animo tua verba audire, obseruare, operibus adimplere possimus: abhorreat mens nostra omnem blasphemiam, adoret consubstantialẽ filij tui maiestatem: absit ab ea fastus & ambitio, sed tibi honorẽ & gloriam referat: vt tandem iustè omnium retributor, gloriam nostram quæras, iniurias nobis illatas ab hæreticis & scismaticis vindices: Nósque cum Abraham & omnibus electis in æterna illa fœlicitate lætari permittas. Amen.

FERIA 2. POST DOMINICAM in passione.

Euangelium Ioan. 7.

Miserunt principes & Pharisæi ministros vt apprehenderent Iesum.

Interpretat.& obseruat.morum.

IAm dominus cordis Iudaici duriciẽ multis argumentis arguerat: cęcitatem Iudæorum ab ambitione

Introduct. in Euang.

NOn egent qui sani sunt medico, sed qui ægroti. sed neque

Introduct. in Euang.

neque sanis membris cauteria adhibenda sunt, verùm malè habentibus. Pari quoque ratione principes non sunt bonis sed malis timori. Rom. 13. Impiè igitur egerunt impudentissimi Pharisæi, & Iudæorum primores, quod vt Christum apprehenderent, satrapas miserunt, vt in hodierno dicitur Euangelio.

Contigerunt autem hæc ipsis scenopegiæ diebus, anno Christi prædicationis secundo, vt docet Ammonius in harmonia: Christi verò ætatis 32. mense octauo, Septembris 18.

Summa.

Duo nostrum hoc complectitur Euangelium.

1. *Iudaicorum principum tyrannidem, qui vt iustum Christum caperent, ministros miserunt.*

2. *Christi bonitatem qui 1. reprobationem Iudæorum prædicit, 2. & tamen omnes vt ad se veniant inuitat.*

Obseruatio doctrinæ.

Persona quandoque ag-

Interpretat.& obseruat.morum.

bitione & auaritia emanare docuerat, proinde reprobandos eos, & à beatitudine quam adepturus erat arcendos denunciarat: cùm Miserunt Principes & Pharisæi ministros vt apprehenderent Iesum. Nimirum audierant turbam de illo murmurantem: quippè quod vt paulo antè recenset Euangelista, de turba multi crederent in eum, & dicerent, Christus cùm venerit nũquid plura signa faciet quàm quæ facit? Verebantur ergo ne si tandem omnis plebs in eum crederet, sua ipsorũ authoritas marcesseret: adeo qui clauem habent scientiæ & regni cælorum, ne quidem populum ingredi permittũt in cognitionem Messiæ. Non satis illis est sua ipsorũ obstinatio & perditio: Volunt & cæteros secum in exitium rapere, & ne saluentur impedire. Infœlix vtique magnatum genus, qui cùm subditos ædificare & instruere deberent, vita & doctrina praua destruũt & demoliuntur. Sanguinem vtique gregis de manu eorum requiret dominus. Ezech. 34. vt de manu Ophni & Phynees, filiorum Heli, qui quod scandalo erant in Israël, ambo in bello mortui sunt: Arca Dei à Philistiim capta est: Heli confractis ceruicibus à vita decessit, sed & nurus eius vxor Phinees prægnans in ipso partu expirauit. 1. Reg. 4. Vrgent igitur hunc principum furorẽ omnes circunstantiæ. Nec enim sa-

Interpretat. & obseruat. morum.

Obseruatio doctrinæ.

tis est non credere, sed ipsum, vt impietatis alicuius reum apprehẽdere volunt. 1. Qui mittunt? Principes. 2. Qui mittuntur? Ministri & satrapæ. Cur? Vt apprehenderent Iesum: 1. Porro principum est pseudoprophetis quidem silentium imponere, immò & perimere. Non enim sine causa gladium portant, Roman. 13. Eadem quoq; muneris ratione prophetas domini tueri & conseruare debent. Nunc vice versa Christus omnibus prophetis maior, filius Dei & Messiæ ab illis opprimitur. Hanc vtique tyrannidem obseruare potes in Saule qui Achimelech & alios sacerdotes, vindictæ & ambitionis regnandi affectu, iussit occidi, quod Dauidem excepissent, 1. Reg. 21. & 22. In Hieroboam qui manum extendit in virum Dei qui missus fuerat in Bethel: vnde & iniusti testimonio facti ipsa exaruit. 3. Reg. 13. In Achab & Iesabele qui prophetas domini peremerunt, vt pseudoprophetas exciperent. 3. Regum 18. Porrò videte Principes & Iudices quid faciatis, non hominis sed Dei iudicium exercetis, 2. Paralypom. 19. Vrget ergo ratio personarum qui mittunt, vt Iesus apprehendatur: & nunc vtinam non adstitissent, & in vnum impij conuenissent principes aduersus Dominum, & aduersum Christum eius, vt templa demolirentur antequam religionem pessundarent & doctrinam dicentes Psalm. 2. Disrumpamus

grauat delictum. Nimirum vt Iuuenalis Satyra 8. docet.

Omne animi vicium tanto conspectius in se
Crimen habet, quanto qui peccat maior habetur.

Si qua in Ecclesiam consurgit à principibus tribulatio, grauior vtique est, & seuerior plectenda à Deo iudicio, quàm quæ ab inconsulto & nescio quo turbine commoto populo excitatur. Quippe principum est populum regere, non ab ipso regi: illi exẽplo esse, non ab eo exemplum sumere: immo hunc etiam rabientem prudentia compescere. Nam vt Virgilij primo Æneidon verbis vtar.

-magno in populo cùm sæpe coorta est
Seditio, sæuitque animis ignobile vulgus:
Iámque faces & saxa volant, furor arma ministrat:
Tum pietate grauem, ac meritis si fortè virum quem
Conspexere, silent: arrectisque auribus adstant.

Ille

Obseruatio doctrinæ.

Ille regit dictis animos & pectora mulcet.

Si ergo vice versa principes ipsi inter se seditiones cõmouent, Si in Christum & Ecclesiam excitantur: quam à Deo vindictam expectare possunt? Immò quantis plectentur supplicijs, si impios, maximè verò Dei inimicos, non peremerint? Ea de re deiectus est Saul, quòd Amalec pepercerit. Ecõtrà cõfirmatus est Iehu, quòd Baalitos pseudoprophetas peremerit. 4. Re. 10. Iratus est dominus in Achab, quòd Becadab regem Syrie deuictũ reseruarit. 3. re. 20. Proinde quidam de filijs prophetarum, eo primũ à leone percusso à quo vulnus non acceperat, tãdem ab alio sauciatus, aspersus puluere, parabola quadam ius sibi reddi à rege postulans, eudem proprio ore condemnatum ostendit. Et hæc dicit Dominus, inquit, Quia dimisisti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius, & populus tuus,

Interpretat. & obseruat. morum.

mus vincula eorum, & proijciamus à nobis iugum ipsorum. Vtinam in Turcam & infideles omnes potius quàm in Christi membra bella gessissent. 2. Mittunt ad Iesum, non vt honoretur, sed vt apprehendatur. Sic Iezabel 3. Reg. 19. Sic Ochozias ad Elyam, non autem ad prophetas Baal vt apprehenderentur miserũt. 4. Reg. 1. Sic Achab Micheæ molestus est, non Sedechiæ pseudoprophetæ. 3. Reg. 22. Sic rex Samariæ homicidam destinauit qui Elisæum virum Dei capite truncaret. 4. Reg. 6. Et nunc vtique. Dat veniam coruis, vexat censura columbas.

Crocitantes quippe verbi Sathanici ministellos, obuiis etiam vlnis permulti iudices excipiunt: Et si quis Cacangelij fautor apud eos reus etiam omnis sceleris deferatur, eo liberior erit & securior, qui è nostra prodiens Ecclesia, aut minimum quoddam verbum aut factum Gnostico cuidam exprobrarit. Det Deus auspiciis tandem melioribus vti. Sic peruerterunt oculos suos, vt non viderent Deũ, Danielis 13. Sic mutatus est iusticiæ color optimus. Sic sedet sola ciuitas vidua.

Sic ab omnibus Christus & Ecclesia opprimitur. Et quidem iudicium durissimum fiet & Scribis & Pharisæis, & his qui præsunt vt Iesum opprimant. Sapientiæ 6. Potẽtes enim potenter tormenta patientur.

Interpretat. & obseruat. morum.

3. Mittunt non honoratos viros, sed ministros & satrapas: quod frequentissimum est his qui Ecclesiam Christi sponsam persequuntur. Petrus Alexandrinus in epistola sua refert Lucium Arrianum Iudæos, Barbaros, Gentiles, & omne hominum genus in Ecclesiam armasse, quod illi satis esset, modo eum exterminaret. Sic Gnostici in nostram Franciam grassati sunt.

Dixit ergo eis Iesus, Adhuc modicum tempus vobiscũ sum, & vado ad eum qui me misit.

Missi fuerant illi inquit Cyrillus lib. 5 in Ioã. cap. 8. vt Iesum apprehendant, sed ipse salutaria eis verba profundit, quib⁹ diuerso capiãtur. Adhuc inquit modicum, &cet. Quasi dicat, Quid in me irruitis? Non est consilium contra dominũ. Inuitis vobis adhuc modicum viuo: nimirum anno & dimidio. Et sic vado ad eum qui me misit, ad Patrem scilicet, in cælum ascendendo: vt sedeam à dextris virtutis Dei. His verbis 1. docet se hominem esse, vt qui breui sit moriturus. 2. se Deum, vt qui non tantum diem suæ mortis præsciat, sed contestari videatur, nihil omnes fraudes, machinas & insultus in eum profuturos: sed tẽpus expectando liberè & voluntariè sese morti oblaturus est. Porro multa ex eius verbis nobis obseruanda sunt. 1. Ex eo quidem quod modicum adhuc se hîc victurum insinuat.

Obseruatio doctrinæ.

pro populo eius. Eãdem quoque sententiam idem Achab incurrit: necnon & Iesabel ob falso delatum, & tamen occisum Naboth. Nimirum simili pœna digni sunt principes, ceu qui impios viuere sinunt, maximè verò Dei inimicos, ceu qui pios persequuntur. Nam Christus ipse expostulandum à Iudæis omnem sanguinem iustum qui effusus est, docuit Matth. 13. Discant igitur reges nec iustum persequi, nec impium viuere sinere. Data quippe est illis potestas ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum. Nec principes debent esse timori bono operi, sed malo. Rom. 13. Vis non timere potestatem? bonum fac. Eorum est, vt & hortulanorum, munus bonam sementem inserere, bonas arbores conseruare, malas euellere. Et velut Chirurgi prauũ sanguinem tantum educant, ita & illi impios tantum gladio plectere debent. Eorum est prurietia pseudodogmata abscin-

Obseruatio doctrinæ.

abscindere, nec velut rem exiguã exurgẽtes hereses parupendere, quasi absque ferro & igne citò euanescere debeant. Quippè vt doctè Hieronymus in cap. 5. ad Galat. pandit, Scintilla res parua est, & penè dum cernitur non videtur, sed si fomitem comprehenderit, & nutrimenta sui inuenerit, mœnia, vrbes, latissimos saltus, regionésque consumit. Fermentum res modica, farinæ conspersum totam massam corrumpit: ita & doctrina perversa ab vno incipiens, vix duos aut tres primum in exordio reperit auditores, sed paulatim cancer serpit in corpore: Et iuxta vulgare prouerbium, vnius pecudis scabies totum commaculat gregem. Igitur scintilla statim vt apparuerit, extinguẽda est, & fermentum à vicina masse est semouendum, & scabiosum animal à cauliis ouium est repellendum, ne tota domus, massa, corpus, & pecus ardeat, corrumpa-

Interpretat. & obseruat. morum.

Spem nos vetat inchoare lõgam, & docet nihil hinc nobis tristitiæ accidere debere, si velocius è vita rapiamur: cùm non sit seruus maior domino suo.

2. Quod ait, Vado ad eum qui me misit: nos omnes sic vitam nostram dirigere docet, vt semper ad eum tendat qui nos formauit, & nobis animam infudit. Hæc enim nobis consulenda sunt, ait Persius.

Quid scimus, aut quidnam victuri gignimur, ordo, Quis datus.

Nobis continuo vt peregrinis, patria ob oculos habenda est, vt dum corpus redit in terram vnde sumptũ est, spiritus reuertatur ad Deum qui dedit illum. Et sicut Paulus 1. Cor. 9 Curro inquit non quasi in incertum, nec quasi aërem verberans, ita certa meta vitæ nostræ præfigenda est: scilicet vt idem quod Christus dicamus, Vado ad eũ qui me misit.

Ne autem adhuc negligentes sint ad eum quærẽdum, cùm adhuc sese eis exibeat.

Quæretis me (*inquit*) & non inuenietis: & vbi ego sum, vos non potestis venire.

Quæsierunt vtique eum pio affectu illi, qui Petro prædicante cõpuncti sunt corde dicentes, Quid facimus viri fratres? Act. 2. Non tamen corpore præsentem inuenerunt, quamuis secundum diuinitatis præsentiam eis non defuit, secundum quam nobiscum est omnibus diebus vsque ad consummatio-

Interpretat. & obseruat. morum.

nem seculi Matth. 28. Quæsierunt & hi qui adhuc superstites in excidio Solymæ in mentem reuocabant Christi miracula quæ viderant, doctrinam quam audierant, innocentis mortem quam procurarant: propter quæ se cõdignè puniri intelligentes, Christum quærunt propitium, sed non inuenient.

Quod vero addit, Et vbi ego sum, vos non potestis venire, suam diuinitatẽ insinuat. Nec enim ait, vbi ero: quia id ad humanam duntaxat conditionem attinuisset: qua iturus erat ad patrem, inquit Cyrillus: sed vbi sum secũdum deitatis substantiam: qua semper in Patre & cum Patre est: neque à Patris gloria discedit vmquam. Ad hanc ergo gloriam in qua Christus inseparabiliter est cum Patre, non potuerunt Iudæi peruenire. Nec quoque ad quemuis gloriæ gradum, cùm in infidelitate permanserint.

Obseruare verò licet ex his domini verbis omnem pigritiam eijciendam, Deum verò dum inueniri potest quærendum: vt Esayas cap. 55. admonet. Nec enim, ô Deus, est in morte qui memor sit tui. Circũdederũt me gemitus mortis, inquit Dauid, & dolores inferni circundederunt me: præoccupauerunt me laquei mortis: timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me

Obseruatio doctrinæ.

tur, putrescat, & interea. In eos iuris seueritatem exerceant principes, qui suo consortio corrumpũt & perdunt omnia: non autem in eos qui ædificant, instruunt, & bonum operantur. Impiè igitur egerũt Pharisæi, quod vt Christus apprehenderetur ministros suos destinarunt, cùm nusquam innocentia tutior quàm apud iudices: & impietas maiore in discrimine quàm apud eosdẽ esse debeat.

Cur tam breui dominus in hoc mundo nimirum 33. annis et dimidio viuere voluit?

1. Vt verbi eius virtus doceretur, quæ non etiam toto vitæ eius æuo, sed tribus annis & dimidio diffusa tantum fructum fecerit.

2. Vt desiderium Apostolorum excitaret, & omnia ad seipsum à terra exaltatus traheret. 3. Vt illis spiritũ sanctum mitteret quo maximè indigebant. Ioan. 16. Nisi enim inquit, abiero, paracletus non veniet ad vos. 4. Vt nos

Obseruatio doctrinæ.

nos de breuitate vitæ consolaretur. Cur vita nostra adeo breuis est? 1. à peccato, à quo nobis morbi infliguntur. 2. Dei prouidentia id fit, ne nimis multiplicẽtur iniquitates nostræ. 3. Ne tædeat nos in tantis tribulationibus. Sic quippe Iob. Tædet inquit animam meam vitæ meæ. Et Helyas. 3. Reg. 19. Accipe, inquit, domine animam meam. Et Dauid. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. 4. Vt discamus omnia hoc in mundo fluxa esse: proinde cælestia spiremus. Iacob. 4. Quæ est vita nostra? Vapor ad modicum parens, & postea exterminabitur. Hoc sibi præfixerunt Rechabitæ, qui patris sui Ionadab præcepto obtemperantes, non ædificarunt domos, nec plantauerunt vineas: vnde apud Deum fuerunt reputati.

5. Vt semper in cælum patriam nostrã rapiamur. Heb. 12. cùm nõ habeamus hic ciuitatẽ permanentẽ, sed futurã inquiramus. Nã et proin-

Interpretat. & obseruat. morum.

me tenebræ. Tum morbi, angustiæ, parentum clamores, diuersaque somnia ingerentur: quomodo ergo liberè tot sauciam peccatis animam impietati semper assuetam, in Deum erigemus? Hieremiæ 13. Sicut Æthiops non potest mutare pellem suam, & pardus varietates suas: sic vos non poteritis benè agere, cùm didiceritis mala facere.

Dixerunt ergo Iudæi ad semetipsos,

Quasi murmurantes: Nec enim suas cogitationes palam facere audebant, ne à Christo arguerentur.

Quò hic iturus est, quia non inueniemus eum? Nunquid in dispersionem Gentium iturus est, & docturus Gentes? Quis est hic sermo quẽ dicit, Quæretis me & non inuenietis, & vbi ego sum, vos non potestis venire?

Animales isti non percipiunt quæ Dei sunt. 1. Corinth. 2. Gloriabantur, ait Cyrillus, apud seipsos, se eodem collectos solo, separatis à Gentibus, certis concludi finibus, Gentes passim dispersas, vagas esse designabant, seque eo ipso illis præferebant. Verùm nunc mutatus est rerum ordo, & vtriusque populi conditio in oppositum conuersa.

Universidad de Deusto Biblioteca

Interpret.at.& obseruat.morum.

Gentes enim in vnum Christi ouile collectæ sunt. Ioan. 10. Apostolorum suscipientes prædicationem. Iudæi verò quia non cognouerunt tempus visitationis suæ, & bonum pastorem (qui Matth. 15. se venisse professus fuerat ad oues quæ perierant domus Israël) repulerunt in direptionem, dissipationem, & dispersionem, dati sunt iusto Dei iudicio. Porro prophetant inscij Christum per Apostolorum prædicationem in Gentes dispergendum: de quibus Esayæ 52. Quàm pulchri sunt pedes Euangelisantium pacẽ, annuntiantium bona. Et Psalm. In omnem terram exiuit sonus eorũ.

In nouissimo autem die magno festiuitatis die, scilicet octauo, quo & numerosiores auditores, & iam de reditu omnes cogitabãt, & proinde ad templum conueniebant, quid secum doctrinæ & fructus in domos asportaturi stabat Iesus. Habitu corporis promptũ se & paratum ad exibendum omnibus auxilium ostendens, & clamabat, vt à copiosa multitudine audiretur, & vocis tenore se omnes vt gallina pullos congregare sub alas velle Matth. 23. dicens,

Si quis sitit, veniat ad me & bibat.

1. Sitim vocat ardentem consequẽdæ gratiæ affectum. 2. Se autem fontem gratiæ esse docet: nimirum de cuius

Obseruatio doctrinæ.

de Rom. 7. Omnis creatura ingemiscit et parturit vsque adhuc reuelationem filiorum Dei expectans: & pius quisque idem quod semetipsum meditatur quod Paulus. Cupio dissolui & esse cũ Christo. Relictum esse liberum arbitrium in bonum Christus ipse satis ostendit, dicens. si quis sitit, veniat ad me. Nec enim dubium est non voluntate & cordis affectu bonum sitire & concupiscere. Proinde hic pauca in hæreticos pro libertate arbitrij adnotare possumus. Gregorius Nyssenus lib. 7. Philosophiæ cap. 1. & Ioan. Damascenus lib de fide ortho. cap. eam probant. 1. Quòd humanæ actiones vt prauæ non habeant Deum causam. 2. nec naturam, cùm res non sint. 3. nec necessitatem non enim eadem semper sunt. 4. nec fatum, cùm illud non sit contingẽtium. 5. nec casum, cùm non inanimatorum. 6. nec fortunam, cùm non inexpectatorum sint actiones.

Proinde

Obseru. doctrinæ.

Proinde authorem habent hominem deliberantem, & semet consulentem. Hoc etiã Origenes, l. 1. Periarchon: & quomodo Dei gratia resurgimus, qui nostro peccato recedimus, docet Augustinus in Psalm. 98.

Interpret. & obseru. morum.

de cuius plenitudine nos omnes accepimus. 3. Aquæ nomine 1. gratiam & Spiritussancti dona intelligit, Eccl. 15. Aqua sapientiæ potabit iustum dominus 2. ceu remissionem delictorum, qua vt aqua corpus, ita & animæ eluuntur, Psal 50. Lauabis me, & super niuem dealbabor. 4. Bibere sumitur pro assequi eam gratiam, qua tandem exsatiari possimus. 5. Si quis verò, ait, vt neminem cogi, omnibus autem liberum esse ad eum aditum doceat. 6. Veniat ad me, inquit, quoniam per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad Patrem, Eph. 2.

Qui credit in me sicut dicit scriptura, Id est, conformiter ad scripturam sacram, nec enim omnium est fides.

flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.

Id est, è pectore & corde ipsius prodibunt gratiarum exuberantes fluctus in proximorum ædificationem. Fluminis enim, id est, Spiritus s. in illis habitantis, impetus, lætificat Ecclesiam, Dei ciuitatem. adeò vt vnusquisque prout illi Deus donauerit, similem sibi lucrari nitatur: & tam ex illorum verbis quàm factis, quasi gratiæ quidam riuulus prodeat.

Hoc enim dicebat de Spiritusancto, quem accepturi erant credentes in eum post resurrectionẽ, & in cælos ascensionem: quo accepto Apostoli gratia sibi donata, id est, & doctrina & miraculis & piis exemplis vniuersum orbem irrigarunt. Ceterum, ministri & Satrapæ Pharisæorum, his auditis tanto abest, vt Christum apprehenderint, quod eius verbis demulci (s. diffusa erat gratia in labiis eius, Psalm.) ad suos redierunt: & nunquam hominem se sic loquentem audiisse contestati sunt. Sic etiam ab inimicis Christi innocentia & magnitudo testimonium habet. Discant hinc satellites in iustum non sæuire: sicut nec Abdias in Helyã duob⁹ primis combustis quinquagenariis, 4. reg. 1.

ORATIO.

DOmine Iesu Christe qui, furorem satellitum, vt te raperent à principibus missorum, vi prædicationis tuæ fregisti, & ve-

ſut rabientes animos mitigaſti: compeſce quæſo tui verbi virtute inſurgentes in Eccleſiam tuam hæreticos & ſchiſmaticos. Fac quoque ô optime hominum redemptor vt te ſitiãt: ad te fontem aquæ viuæ recurrant, & turbidis hæreſeõn fontibus relictis, ad puros Eccleſiæ tuæ latices reuertantur. Da & Principibus noſtris, vt impios perimere, bonos eripere, & tãden cum illis in cęlo triumphare poſſint.

FERIA TERTIA POST DOMINICAM IN PASSIONE.

Euangelium habetur Ioan. 7.

Interpretat. & obſeruat. morum.

POst hæc. Id eſt, poſtquã paſta in ſolitudine turba, circa feſtum Paſchale, Ieſus in vrbe Caphar naũ de ſacramento corporis & ſanguinis ſui proloquutus eſt: adeò vt multis ſcandaliſatis abeuntibus, duodecim diſcipulis ſuis dixerit, Nũquid & illi vellẽt abire? Vbi tandem duritiem cordis Iudaici expertus eſt, è Iudæa ad tẽp° ſe ſubtraxit.

Si nutrix à paruulo ſe abſcondit, quo eum in ſui deſiderium prouocet, ita Chriſtus vt excitet Iudæos ad ſe quęrendum, latet, & ab eis ſuã præſentiam ſubtrahit. ſit quoque frequenter, vt Deus à nobis longe receſſiſſe videatur, etiam poſt inſpirationes pias: Id tamen eſt, nõ quod ſaluare nequeat, Eſay. aut nolit, 2. Timot. ſed quia benignitas illius nos ad pœnitentiam adducit.

ambulabat Ieſus in Galilæa.

Adeò vt toto ſemeſtri quid egerit nõ recẽſeatur à Ioanne. 1. aut quia minus

Introduct. in Euang.

QVi mercedẽ temporalem ſectantur, ſi quid rectè fecerunt, ſi pro rege fortiter dimicarint, ſuas laudes celebrari deſiderant, hominúmque fauorem aucupantur. At verò qui Chriſto decertant, quod & Deo opt. max. qui omnia in illis operatur, gloriam referant, & cæleſtem fœlicitatem concupiſcant, procul à faſtu diſſiti, etiam ſuas laudes prædicari erubeſcunt. Hoc Chriſtus ipſe ſuo docuit exemplo. Prouocantibus enim eum cognatis, vt in Hieruſalem aſcenderet, quo famam ſuam celebriorẽ redderet, ne ſuam gloriam

Introductio in Euangelium.

gloriam venari videretur, cum illis aſcendere noluit, ſed velut in occulto tandem aſcendit: docens gloriæ humanæ tempus hic adeſſe, non tamen eorum qui meliorem beatitudinem concupiſcunt.

Porro habita ſunt hæc verba anno ætatis eius 32. menſe 8. menſis Septembris 12. die. Nam 15. feſtum ſcenopegiæ vſque ad 22. celebrabatur.

Summa.

Sex omnino noſtrum hîc Euangelium complectitur.

1. *Cur & Chriſtus à Iudæa viſitanda abſtinuerit.*

2. *Vt eum agnati ad Hieroſolymam die feſto Scenopegiæ adeundam, eum carnali affectu ducti prouocarint.*

3. *Vt ille humanum faſtum abijciens, omnia ſuo ordine faciunda docuerit.*

4. *Vt Iudæorum in eum liuorem expreſſerit.*

Interpretatio & obſeruatio morum.

minus celebria. 2. aut à quibus nõ tantum emanaret fructus. Certum eſt enim eum præcipua tantum prælibaſſe. Sed & habet Emphaſim dictio ambulabat: ne tu eum otioſum putes fuiſſe, qui ait, Ioan. 9. Me oportet operari donec dies eſt. Et Luc. 2. Nunquid in his quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe? Vt non reuocari potuit Chriſtus ingratitudine ſuorum Galilæorum (vt Luc. 4. patet) ab officio prædicationis: Nec quoque Eccleſiaſtes, aut quiuis gregis dominici paſtor deſinat, vrgente etiam eum ſuorum impietate, verbum Dei pandere oportunè & importunè, vt ait Paulus: Nec deſidię ſtudeat, cùm audiat Chriſtum paſtorum principem & exemplar, Matth. 10. ſic inuigilare.

Non enim volebat ambulare in Iudæam, quia quærebant eum Iudæi interficere.

1. Quòd illo indigni eſſent. Sic enim recedit à peccante Iſrael, & omnibus impiis. Vt & Apoſtolus monet excutere puluerem de pedibus ſuis.

Proinde ſtudeamus Deum amplecti in puritate cordis, ne lõgius abſcedat. Non enim habitabit in corpore ſubdito peccatis: nec maleuolã

5. *Et tamen tandem occultè ad diem feſtum aſcenderit.*

6. *Denique quàm varia de eo vulgi opinio fuerit.*

Interpret.& obseru.morum.

introibit animam. Quæ enim conuentio Christi ad Belial? 1. Cor.6. Dicito nanque mihi (inquit Effrem lib de compunctione cordis cap.2.) si quis te in lutum cœni proiecerit, & ibi te semper manere cogat, libenter hoc feres? Si tu cùm sis cinis & vermis hoc sustinere non potes, quomodo vis impollutum Deum in te peccatis fœtido manere?

2. Vt cederet Ioanni Baptistæ ad tempus, cuius manifestationis vices nondum aduenerant, vt tandem docebit: vnde semestri declinat, quo & semestri Ioannes prædicet: sicut & eodem temporis spatio & natalem & mortē Christi præcessit, vt docet Rupertus, lib.7.in Ioannem.

3. Aliam causam refert Euangelista in contextu.

Porrò additur in græco codice, ἵνα ἐξουσίαν, idque apud Chry. etsi οὐ γὰρ ἤθελεν legatur in ceteris: id est, non enim volebat, legūt omnes. Chrys. tamen: nō enim habebat potestatē. Non quod non posset se à Iudæis eripere, qui potuit omnia quę voluit: verbo enim milites prostrauit in horto, Ioan. 20. Per medium etiam Iudæorū in templo ibat: sed modo Paulo Samotenū docens se Deum in virtute: modo Marcioni testificans se hominem in infirmitate os obstruebat, Chrysost. homil.48.in Ioannem.

Introduct.in Euang.

D.Cyrillus Alexandr.lib. 4.in Ioan.cap.31. Galilæam hanc, in qua Iudæa relicta Christus se contulit, Gētium regionem fuisse dicit, de qua Esay. 9. quæ ab Aquilone Iudęę coniungitur. Quoniam igitur post paßionem saluator noster à Iudæa in Galilęā, id est, ad Ecclesiam Gentium transiturus erat: idcirco etiam olim in latere altaris quod Aquilonem & Galilæam respiciebat adorabatur. Nam Leuitic. 1. in figura Christi primo Deus vitulum in holocaustum iußit offerri. Deinde, si verò de pecoribus oblatio est, inquit, de agnis & hœdis ad holocaustum masculum & absque macula offeret, ponetque manus super caput hostiæ, & immolabit ad latus altaris: quod respicit ad Aquilonem, coram domino. Porrò Iudæa ad Austrum erat, Galilæa ad Aquilonem.

Porrò vt Iudæorum ita magnatum peccata causa sunt, vt Deus recedat à populo. Pro Pharaone Ægyptij submerguntur: Propter Dauidis peccatū Israel peste perimitur. 2. reg. Nec quoque adest Helyas ad consolationem Israel ab Achab & Iesabel, sed

Interpretatio & obseruatio morum.

latet. Ita quoque Christus non venit ad Iudæos, quia principes eorum illi inuidebant.

Obseru.doctrinæ.

Multum interest festum dicatur Iudæorū an Christianorum. Differētiam tantam statuit Hesychius l.6.in Leuitic.c.22. quantam inter figuram & figuratum. Neque enim est eiusdem temporis, inquit, sed aliud quidē pertinere ad figuram, aliud autem ad veritatem, qui vtraque sanciuit, præcepit. Propter quod & Christus primum celebrauit figuratum Pascha: post hoc autem propriam tradidit cœnam, August.lib.1.c.13. ad inquisitiones Ianuarij, discretionem eam approbat diei Dominicæ exemplo: qui non Iudæis, inquit, sed Christianis resurrectione domini declaratus est. Vnde Gregor. Nanzanzenus in oratione quam post electionem coram F. Basilio egit: Iudæus (ait) festiuitatem peragit, sed secundum literam. Peragit & Gentilis, sed vt placeat dæmoni-

Interpretat.& obseru.morum.

Erat autem in proximo dies festus Iudæorum.

1. Occasionē prodit qua moti fuerint cognati Christi ipsum euocare in Hierusalem. Nimirum quod proxima erat vna è Iudæorum festiuitatibus celeberrima ad quam masculi adulti ferè omnes ex diuersis regionibus confluebant.

2. Rectè autem addit dictionem Iudæorum, quasi nostras festiuitates à legalibus discernat.

3. Aut quia Iudęi festis diebus Deo minus se addixerant, quàm delitiis & propriis affectibus. Hac nimirum causa Deus calendas & solennitates eorum reijcit, Esa 1. & Malach.2.

1. Nolite igitur dies festos inhonorare (inquit Ignatius, epistol.ad Philippēs.) nec stationes & vigilias cùm eas in primitiua Ecclesia commendet, Tertull.lib.2.ad vxorem.

2. Sed neque summæ rationi qua festiuitates institutæ sunt inuideamus, & ad deteriora eas trahamus: non anima quippe, sed corpore student: student quidē festa celebrare (ait Hesychius lib.4.in Leuiticum) quibus diuinis rebus maximè vacare debemus.

Scenopegia.

1. Quid sit Scenopegia, scripturæ qui legerunt, nouerunt. Faciebant

Interpret.& obseru.morum.

autem die festo tabernacula, ad similitudinem eorum, in quibus habitauerunt, cùm ex Ægypto educti peregrinarétur in heremo, August. tractat. 28. in Ioannem. Hæc quoque ratio ex Leuitic. 23. & Deuter. 16. desumitur.

2. Theophilact. in Ioan. 7. c. aliã reddit: scilicet, celebratum hoc festum in gratiarum actionem, propter connectas fruges mense Septembri. Vnde Psalmos quosdam Dauid, qui inscripti sunt, pro torcularibus, quidàm compositos esse dicunt in hoc festum, quod tum torcularia redundarent.

3. Hinc est quod Scenopegia dicitur vox græca, aut à σκῆνος quod est tabernaculum & φαγεῖν, id est comedere, quod his diebus sub dio agentes lętarentur, vt docet Lira: aut à σκῆνος & πήγνυμι, id est, figo, quod fixis tabernaculis exultarent: vt Radulphus Flauiacensis, lib. 17. in Leuitic. cap. 3. docet.

1. Ita noluit Deus populũ suum obliuisci beneficiorũ, quæ illi contulerat in Ægypto. Quid enim peius est quàm beneficium, saltem recordatione non compensare? dicat igitur vnusquisque cum Dauide, Psal. 65. Venite, audite, & narrabo omnes qui timetis Deum, quanta fecit animæ meæ.

2. Siue etiam manducatis, siue bibitis, omnia in nomine Dei facite, 1. Cor. 10. Gratias agamus Deo etiã pro cibo & potu: dat enim escam omni

Obseruatio doctrinæ.

bus: nos autem, vt omnia sint spiritualia, opera, motus, consilia.

1. *Theophilactus in Ioannem torquet Scenopegiæ significationem ad resurrectionem nostram, quando omnes quidem fructus nostrorum operum consummabuntur: tabernaculáque nostra per mortem destructa, iterum construentur.*

2. *August. tract. 28. in Ioannem sic Scenopegia interpretatur. Educti, inquit, sumus de Ægypto vbi diabolo tanquam Pharaoni seruiebamus: vbi lutea opera in terrenis desideriis agebamus. Hinc educti per baptismum tanquam per mare rubrum, mortui omnibus inimicis, id est, peccatis nostris, in desertum traiecti sumus. Nunc autem antequam ad permissionis patriam veniamus, in tabernaculis sumus, cùm nos hic peregrinos nouimus.*

Quattuor modis in scripturis diuinis fratres dicuntur, natura, gente, affectu, cognatione,

Obseruatio doctrinæ.

tione. Natura: Esau, Iacob, duodecim Patriarchæ, Andreas, Petrus, Iacobus, & Ioannes. Gente, qua omnes Iudæi inter se fratres dicuntur, vt Deuteron. Cognatione: sic Abraam & Loth. Affectu, omnes Christiani. Hæc Hieronymus lib. contra Heluidium.

Obiectabit forsan aliquis, non idcirco infidelitatis conuinci Christi consanguineos quòd eum moneant, vt Galilæa relicta, Iudæam adeat: quippe cùm sacræ literæ ipsum prædixerint Hierosolymis concionaturum, vt ab Esaya cap. 2. De Syon exibit lex, & verbum domini de Hierusalem. Vnde Hierusalem ciuitas sancta dicitur.

Et dominus ait: Hierusalem Euangelistam dabo.

Vocatur enim catulus leonis Iuda, & rex filiarum Syon: & sanctus sanctorum. Hoc maximè quòd eius erat

Interpretatio & obseruatio morum.

omni carni, inquit Psaltes. Ab ipso quoque & per ipsum sunt omnia.

Dixerunt autem ad eum fratres eius.

Fratres pro consanguineis sumitur, Hebraico more. Ex his verò fuerunt Iacobus, qui & frater domini dictus est: filius tamen Alphei & Mariæ Iacobi. Necnon Thaddeus eius frater, qui miraculo vini interfuerant in Chana Galilęæ, ait Chrysost. hom. 48. in Ioannem.

Transi hinc.

Quò tendant hæc verba & vnde promantur, varia est sententia. Chrysostomus id ex inuidia dimanasse. Cyrillus Alexandr. & August. ex inanis gloriæ cupiditate & sibi & Christo conquirenda profluxisse sentiunt.

& vade in Iudæam.

Iudæam allegant quòd & celebrior populo, & magistratibus honoratior: necnon locus sit, quo è diuersis regionibus qui discere aliquid diuinorum vellent, aduentabant, vt patet, Act. 2.

Quàm multi sunt qui dicant verbi Dei ministro, Transi hinc. Pauci qui id acclament: Mane nobiscum, vt & Samaritæ, Ioan. 4. & duo discipuli pergentes in Emaus, Luc. 24. adeò lippis oculis lux verbi Dei offendiculo est.

Interpret. & obseru. morum.

Sed neque satis est à se Dei ministrum abigere, ablegant quoque in Iudæam, quod hîc scirent quæri Christum ad mortem. Quod enim & eijciunt sacerdotes, & verbi præcones, necnon & homicidis deuouent? Sic Helyas eiectus. 3. reg. Sic Ieremias & Micheas.

Ita factum ab Arrianis recensent Athanasius epistol. ad Orthodoxos in persecutione: & Petrus Alexandr.

Vt discipuli tui videant opera quæ facis.

Ad inanem gloriam hortantur (ait Cyrill. Alexandr. lib. 4. in Ioan. c. 32.) quasi ad hoc ille signa faceret, vt laudem ab hominibus consequeretur, qui tamẽ & laudem toties fugit, eam sibi exiberi prohibẽs his quos sanarat. & regiam conditionem à se abiecit.

Discipulos porrò intelligunt turbam illum sequentem, ait Chrys.

Adeò cælum ipsum petimus stultitia, inquit Horatius, vt potius magna quàm recta moliamur. Neque verò etiam de rectè factis gloriandum est: Sed qui stat videat ne cadat. Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. In similitudinem triumphantium, quibus in curru retro comes adhærebat (inquit Hieronymus epistola ad Paulũ super obitu Blesillæ) & per singulas acclamationes ciuium dicebat, Hominem te esse memento. Non enim nobis domine, sed nomini tuo da gloriam.

Nemo quippe in occulto aliquid facit, & quærit ipse in palam esse, Si hæc facis, manifesta teipsum mundo.

Insimulant quoque Christum ambitionis, quod quærat in palam esse, qui tamen ait, Ego non quæro gloriam meam, sed eius qui misit me Patris.

Neque

Obseru. doctrinæ.

omnem implere iustitiam & sanctificationem in Iudæa. An non igitur à fide manabat, quod fratres Christi persuadere volunt ei, vt se in Iudæam conferat? Hoc sanè si tantum scripturas inspexissent, non iactantiam, si tantum quod de Christo credere debuissent, non autem suam in eum inuidiam: si eo modo & Patrem & filium exaltare, non ipsum filium manibus inimicorum mancipare voluissent. At quoniam liuore, aut gloriæ cupiditate ducuntur, infideles quoque vocantur: vt docent August. Chrysost. Theophilactus & Cyrillus Alexandrinus.

Interpretatio & obseruatio morum.

Neque enim fratres eius credebant in eum.

Hoc addit Euangelista. 1. aut vt excuset tam proterua verba. 2. & vt doceat, non qui secundum carnem Christo propinquus est, consanguineũ quoque esse spiritu: sed egere alia gratia.

Iudęi sanè ex sancta radice Patriarcharum oriundi, quod carne tantum, non autem spiritu eorum essent, reprobati sunt. Non igitur in progenitorum virtutibus superbiendum vel confidendum, si nos in peccatis esse nõ desinimus, Chrys. hom. 43. in Gen.

Dixit ergo eis Iesus, Tempus meum nondum aduenit.

1. Venerat quidem plenitudo temporis de qua Gal. 4. tempus vtique Christi: sed de alio ad mentem consanguineorum intelligit. Non enim aduenerat tempus gloriæ & regni, quoniam prius eũ humiliari oportebat, Luc. 24. Philip. 2. Sic August. tract. 18 in Ioan. 2. Aut tempus mortis & crucis, quod illi ex inuidia accelerare curabant, vt interpretatur Chrysostom. & Theophilac.

Nisi tentatio, nec corona: nisi certamina, nec brauia nisi studia, nec honores: nisi tribulatio, nec remissio: nisi hiems, nec æstas.

Vbi quoque sementis tempus, tempus & pluuiæ. In seminibus enim multam quidem pluuiam, nubium collisionem, multam denique glaciem fieri oportet: sic vernans spica exurgere debet. 3. Aut nondum palam faciendi omnia tempus est, cùm Iudæorum animus sine ira doctrinam meam pati nequeat, Cyrillus l. 4. in Ioan. cap. 23. 4. Aut non est tempus meæ festinitatis, cùm videam Iudęorũ increbrescere malitiã, Theophilac.

Quandiu nox adest, sæpe ne præsentem quidem amicum agnoscimus: exorto verò die nouimus. Ita ira vetat ne verum cernamus, qua deposita, idem attendimus, ait Chrysostom. homil. 3. quod periculosum sit adire spectaculum. Iratis igitur probè cedendum docet dominus.

Obseruatio doctrinæ.

Quærat quispiam, quomodo sibi constet Christus cùm se ascensurum ad diem festum negauerit: qui tamen tandem ascenderit. Soluunt antiqui patres variis rationi-

Interpret. & obseru. morum.

Tempus autem vestrum semper est paratum.

1. Mundi gloria nunc in promptu est. Augustinus. 2. Non prius implendę sunt Prophetię quàm moriamini: neque enim finis estis legis, vt ego. 3. Vos qui abruptis ani-

Interpret. & obseru. morum.

mis in iactantiam rapimini, semper, id est, sine discretione in eam tenditis.

4. Eodem quoque modo festiuitatem lætitiæ indiscretè agitis.

Tum verò maximè lugendum cùm malitia increbrescit. Sic Ieremias & Helyas: sic Micheas & omnes Prophetæ lugent scelera Israel. Adeò differunt vices statuum in electis & in reprobis. Electi quidem euntes ibant & flebant, &c. Reprobi autem ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt, Iob 20. Reprobis tempus gloriæ semper paratum est: electis est tantum hic in spe, Rom. 7.

Non potest mundus odisse vos: me autē odio habuit, quia testimonium perhibeo de illo, quòd eius opera mala sunt.

1. Ex aduerso statuit se & suos cōsanguineos, festiuitate gaudētes, & mœstos: humiles & superbos: Mundum etiam sibi & suis opponit.

2. Interim terrenis rebus inhiantes arguit. 3. ostendit adhuc eos ignorare quis ipse sit, Cyrillus, lib. 4. cap. 34.

Obseruat hîc Cyrillus & Chrysostomus Christum tangere suos, & benignè reprehendere. Hinc autem vincere & non indignari, etiam si abiecti sint, qui nobis cōsulant erudimur. Nam si non credentium & iniquum & à charitate abhorrens consilium æquo animo tulit, quam nos

Obseruatio doctrinæ.

bus, quas ex Cyrillo, Theophilact. Chrysost. August. permultisque aliis selegimus.

1. *Apertissimè nolle se vnà cum Iudæis festū agere diem, & vmbras cum illis sequi dominus affirmat. Nam quod ad paucos & ad fratres dictum est, ad totum genus Iudæorum pertinet.*

Non enim societatem fratrum spreuit, quippe qui cum eis in Galilæa versabatur.

Hoc igitur q.d. Vos qui vmbris adhuc adhæretis, qui Iudaice affecti estis, ascendite in hunc festum diem, quod per vmbras celebratur. Ego verò cui vmbræ iam cordi non sunt, non ascendo: quia per figuras celebrare iucundum non est: expecto autem veræ solennitatis tempus (meæ paßionis, scilicet, & resurrectionis) quod nondum impletum est. Non ergo ascendit diem festum acturus, sed docturus.

2. *Et non cum hilaritate, qua solent ferias celebratu-*

Obseruatio doctrinæ.

ri, sed clam, ait Chrysostom. Cyrillus, Augustinus.

3. *Sed neque dixit simpliciter (inquit Chrysostomus) non ascēdam, scilicet adhuc, id est, in initio festiuitatis, sed ipso mediante, vt tandem dicitur.*

4. *Aut adhuc, id est, vobiscum: quod forsan hinc maior daretur occasio homicidij Iudæis, à quo eos tum oportuit temperare, quia tēpus Christi mortis nondum aduenerat. Hinc igitur Christum Iudæorum furori cessisse ad tempus docet, Athanasius, lib. de fuga sua.*

Ascendit autem occultus (ait Cyrillus Alexandrinus, libr. 4. in Ioannem, cap. 40.) quemadmodum in tabernaculum testimonij, ita clam descendebat, vt tunc solum esse videretur, quando loquebatur Moysi, Exod. 40.

Ceu ascendens quadā specie latebras affectasse visus est

Interpret. & obseru. morum.

nos consequemur veniam, qui terra sumus & puluis, cùm consulentes iniquo animo ferimus. Hæc Chrysost. in Ioan.

Vos ascendite ad diem festum hunc: ego autem non ascendam.

Consulit illis quod ex lege iubebatur. Non enim venit legem soluere, sed adimplere. Vnde ad sacerdotes quos curauerat leprosos misit. 1. Vobiscum, Chrysost. 2. aut vt inseruiam vmbræ. Cyrillus. 3. aut vt gloriam vener humanam.

Fugienda est maximè gloriæ cupiditas, & concionatori, & illi qui Deum oraturus est, Matth. 7. vt non sicut hypocrita apud Pers. Mens bona, fama, fides, hæc clare, & vt audiat hospes.

Illa sibi introrsum & sub lingua murmuret. Eadem sanè carybdis summe periculosa est concionanti. Deus quippe superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.

Hæc cùm dixisset, ipse mansit in Galilæa. Vt autem ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad diem festum.

1. vt legi se morigerum doceret.
2. vt legem approbaret.
3. approbando impleret.

Non manifestè, sed q. in occulto.

Interpret.& obseru.morum.

1. Ne venari gloriam videretur.
2. Vt murmure excitato adesset, qui sedaret.

Iudæi ergo quærebant eum in die festo & dicebant, Vbi est ille? Et murmur multum erat de eo in turba. Quidã quia bonus.

Quod à sanitatibus & pacifica doctrina arguebant.

Quidam non, sed seducit turbas.

Quasi præstigiator & dæmonibus familiaris esset.

Augustinus expendẽs diuersas de Christo populi sententias, de omnibus, inquit, seruis eius hoc dicitur: modo quicunque eminuerit in aliqua gratia, spirituali profectu. Alij dicunt quia bonus est, alij non, sed seducit turbas. Vnde hoc? Quia abscõdita est vita nostra cum Christo in Deo.

Nemo tamen palam de eo loquebatur propter metum Iudæorum.

Obseruat. doctrinæ.

(inquit Radulphus Flauiacensis lib.20.in Leuitic.cap.3.) vt nobis innotesceret quod ea celebritate nobis figurabatur, sed non intelligebatur. Vnde dum quasi latendi speciem prætendebat, sub illius vmbræ velamine se latere docebat. Ecclesia enim quæ Christi corpus est, iam ipsam tenet rem, cuius illi prætendebant imaginem. Quod & Zacharias Propheta longè antè præcinuerat dicens, cap. 14. Omnes qui reliqui fuerint de vniuersis Gentibus, quæ venerunt contra Hierusalem, ascendent ab anno in annum, vt adorent regem dominum exercituum, & celebrent festiuitatem tabernaculorum. Sic enim celebrant festiuitatem hanc dum lætantur sub eius gratia, qui laborantes eos ac oneratos graui sarcina iniquitatum ad se vocant.

Septem verò diebus obseruatio celebritatis huius extenditur: qui postquam ad dominum conuersi sumus, tota vita hac, quæ septem diebus voluitur, transeuntes, eremum hanc horribilem ac periculosam, quasi sub tentoriis agere debemus, & æterna terræ promissionis gaudia suspirare.

ORATIO.

ORATIO.

DOmine Deus Pater omnipotens, cuius filius dominus noster Iesus Christus, toties à Iudæis persecutus, calumniis & opprobriis vexatus, immò & ab illis ad mortem quæsitus, non destitit tamen Hierosolymam diebus festis ascendere, vt non suam sed tuam gloriam quæreret, tuámque voluntatem impleret, qui non vis mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuat, & qui non vis aliquem perire, sed magis ad agnitionem veritatis venire: da quæsumus, vt renouata mente diem festum puritatis internæ sub tabernaculo corporis nostri, sicut olim sub vmbraculis Israelitæ, agere possimus. Visita nos, quæsumus, & licet reluctantem tandiu admone, donec omni fastu & cordis duricie abiecta te laudare & magnificare, tibi veram & puram cordis & oris confessionem reddere valeamus. Per dominum nostrum Iesum Christum. Amen.

FERIA QVARTA POST DOMINICAM IN PASSIONE.

Euangelium, Ioan.10.

Facta sunt Encęnia in Hierosolymis, &c.

Introduct. in Euang.

VT ægris oculis odiosa est lux, & panis malè sano palato ingratus: ita verbum & operatio diuina Christi ingrata infidelibus, obduratis & impiis hominibus. Hoc in Iudæis docet Christus hodierno Euãgelio: interim admonens, quibus gradibus & illum agnoscere & vita æterna donari possimus, & depellẽs, quæ sibi de arrogata

Interpret. & obseruat. morum.

TEmporis conditione festum ipsum Encęniorũ circunscribit, ne in templi initiatione & dedicatione, cuius tum memoriam agebant, erremus. Tribus enim vicibus consecratũ fuerat templum. 1. Sub Salomone mensis Septembris die decima. 3. Reg. 8. 2. Sub Principe Zorobabel à Iesu sacerdote. 3. die Februarij. 1. Esd. 6. 3. Sub Iuda Machabæo in hieme 25. die mensis Nouembris. 1. Machab. 4. fiebat igitur festiuitas hæc in memoriã templi repurgati à pollutionibus Gentilium sub Antiocho Syrię tyranno.

Interpret. & obseru'morum.

Mistice verò potest quilibet nostrum dedicationem quandam sui ipsius templi & corporis celebrare, si pœnitẽtiam egerit, & repurgatus à prioribus iniquitatibus, se totum Deo manciparit. An nescitis enim, inquit Paulus, quòd corpora vestra templum sunt spiritussancti? Vos estis templũ Dei viui, si modo Christus habitat in vobis.

Proinde mundemus nos (ait idem 2. Cor. 7.) ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei, Ephes. 4. Deponite veterem hominem: Vt idem de nobis dici queat, quod dominus de Zacheo intulit, Luc. 19. Quia salus huic domui à Deo facta est.

Et ambulabat Iesus in tẽplo, in porticu Salomonis.

Non simpliciter ait in templo, in quo minus exspatiari erat licitum, sed in porticu, id est, in atrio secundo extrinseco, quod Gentiles etiam poterant ingredi. A Salomone autem nomẽ acceperat, 1. vt qui templum primus cõstruxerit & atrium. 2. Et quia ibi erexit Salomon eminens oratorium in formam columnæ, super quam fudit orationem illam magnã quæ habetur, 3. reg. 8. 3. Aut quia ibi expectauit populum & templi ministros, vt vnà omnes templum ingrederẽtur. Nec obstat, quod Persæ & Babylonij templum & vtrumque atrium euerterant, cùm adhuc remanentibus fundamentis aliud

Introduct. in Euang.

diuinitate obiectabatur.

Acciderũt hæc duobus mensibus post festiuitatem illam Scenopegiæ, qua Iesus Hierosolymis in templo tot conciones habuerat: nimirũ anno 2. Christi prædicationis, ætatis verò eius 32. mense 11. Nouembris, quem Hebræi Caslen vocant. 25.

Summa.

Porro 8. hodierno panduntur Euangelio.

1. Vt Christus festo innouationum ambulans in porticu Salomonis sese inimicis etiã suis, vt solem & lucem obtulerit. 2. Vt illi subdolè tentauerunt. 3. Vt Christus eos ad doctrinã & opera sua remiserit, vt eius diuinitatem & incarnationis mysterium comprehenderent. 4. Vt idem rationem aperuerit, propter quam obcæcati neutrum aduertant. 5. Quæ conditio sit ouium Christi & ex parte pastoris & ipsarum. 6. Vt excandescentes Iudæi, lapides impie in Christum sustulerunt, illi

Summa.

illi blasphemiam impingẽtes. 7. Et tamen liberè Christus se Dei filium esse professus sit. 8. Adeò vt nemo in illum manus miserit, quia nondum hora eius venerat.

Obseruatio doctrinæ.

Quemadmodum sæpe templum à tyrannis & infidelibus dirutũ est & prophanatum, ita & fidelium Ecclesiæ ab hæreticis & scismaticis, immò et ipso Antichristo, cuius Nabuchodonosor & Antiochus typum gessere. Hoc docet Hyppolytus martyr, oratione de Antichristo. Lugebunt, inquit, Ecclesiæ sanctæ Dei: quia nec oblatio, nec suffitus fiet, nec cultus Deo gratus. Sed Ecclesiarum ædes sacræ, tugurij instar erunt, Chrysostom. homil. 49. in Matth. 24. Tollendum est ab Antichristo sacrificium Christianorum, inquit, confugientibus Christianis per loca deserta, adeò vt non sit, qui Ecclesiam intret, aut oblationem offerat Deo.

Interpretatio & obseruatio morum.

aliud eiusdem nominis excitatum sit. Cur verò Iesus hîc ambulabat? Vtique vt omnibus etiam inimicis suis se offerret, locum quippe frequentissimum omnibus adit: & in eo exspatiatur, expectans si qua illi verba fierent: Immò & vt gallina sub alas pullos, ita Iudæos sub velamento suæ gratiæ cõgregare volebat. Sic prouerb. 1. Sapientia in plateis dat vocem suam. Nec enim veritas quærit angulos.

Circundederunt ergo eum Iudæi.

Aggressionis modo, satis supérque quàm impie, & præmeditata malitia ad eum accedãt, ostendunt. Circundare nimirum aliquem, inimicorum est, quasi omnem præcludere exitum volentium ei quem manus suas effugere posse nolunt.

Dicere vtique poterat Christus, id Psaltis. Circundederunt me vituli multi, s. populi ignari, tauri pingues, id est, Scribę & Pharisęi. Necnon sacerdotes, reditibus templi impinguati, obsederunt me. Circundederunt vtique eum nõ agnoscendæ veritatis, sed ingerendę tentationis & struendæ calumniæ gratia. Completúmque est in eis quod per Prophetam dictum est, Psal. 34.

Interpret. & obseru. morum.

In eo dum cõuenirent simul aduersum me, accipere animam meã consiliati sunt. Et illud, Oseæ 1. Circundedit me Ephraim in negotiatione sua, & in dolo domus Israel.

Et dicebant ei.

Quasi penitus in eius doctrinam ferrentur, & hoc vnum eos torqueret, quod veritatem quam ipse haberet nondum planè intelligerent.

Quousque animã nostrã tollis?

Quousque nos suspensos retines? Quãdiu te nobis palam facere differes? Quin statim omnem pandis veritatem? Nam & animi nostri te agnoscendi desiderio excrutiantur. En vn vulpes, immò & lupi agnum aggrediuntur.

Pelle sub agnigna, latitat mens sæpe lupina.

Quis si eorum verba prima fronte audiisset, non eos pio affectu ad Christum conuenire putasset? Discamus igitur ex his subdolas hominum mentes attendere, & ab his cauere. Habes enim omnes adulatores, maximè verò hæreticos & scismaticos istis similes. Dicunt pax, pax, & non est pax, Matth. 7. Veniunt ad vos in vestimentis ouium, intus autem lupi sunt rapaces. Congressus simplicium hominum quærunt, vt eos euertant. Et nuper quidem Peissiaci etiam cum catholicis disputationes inire voluerunt, eodem sanè affectu quo Iudæi isti Christum adoriuntur: non vtique vt instruerentur, sed vt calumnias & imposturas ingererent. Et plane modo quo Basilius epist. 80. ad Eustachium medium ex Æsopi fabulis agnũ à lupo in ius vocatum inducit. Quemadmodum enim ille finxit lupum crimina agno obijcere: verentem nimirum vt ne videatur citra iustam causam occidere eum qui nihil prius læserat. Cùm autem agnus omnem culpam ex calumnia inductam facilè dissolueret, nihil magis lupum ab instituto impetu remisisse, ita vt etiam si iusta causa inferior esset, dentibus tamen vinceret. Ita hæretici Ecclesiam in ius vocare videntur, sed vt etiam iusta causa inferiores armis eam aggrediuntur. Adeunt eam illi vt & Iudæi Christum, veritatis quærendæ prętextu, sed tamen vt iustum opprimant.

Si r"

Obseru. doctrinæ.

Proinde Hieronym. lib. comment. in Zachar. Prophetam, persecutionis tẽpore, inquit, magistri & sacerdotes Ecclesiæ audacter captiuis credentibus repromittant, quod rursum ædificandæ sunt parochiæ, & pacis reddenda tranquillitas & in Ecclesiis facies domini deprecanda.

Interpret. & obseruat. morum.

Si tu es Christus (*inquiunt*) dic nobis palam. Effare quod plebs ista de te coniectat. Nimirũ Christus nobis promissus est. Genes. 15. 17. & 48. Exod. 33. Deutero. 18. Iudic. 3. 2. Reg. 22. Iob 19. Esaiæ 19. 11. 26. 7. 35. & 45. Hierem. 23. & 33. Sophon. 3. Mich. 5. Psal. 50. & multis aliis Prophetarũ scriptis. Scimus autẽ iam tempus illius aduentus adesse ex ablatione sceptri de Iuda. Genes. 48. & 62 Danielis hebdomadibus Daniel. 19. Necnõ Ioãnis baptistæ vaticinio. Ioan. 1. Si ergo tu ille es, Dic nobis.

quibus iudicia sua Deus semper manifestauit, legem, templum, & cultum verum dedit. Nobis inquam qui tui discipuli esse volumus, & vniuersum hunc populum tibi vnire cupimus, vt illi imperes, & super eum regnes. Dic inquam palam, non nobis in parabolis & similitudinibus, sed nude & aperte vt omnes te intelligant. Subdola vtique hæc quæstio est. 1. Vt si Christus se Messiam dixerit, eum reum esse mortis dicant, quòd Messiæ nomine indignus sit, hinc pauper & despectus sit: non autem in fastu Imperiali ambulet. Nam & diuitẽ & omni terreno potentatu superbũ Messyam expectabant. 2. Sin verò se Messyam esse negarit, eum mendacij arguant, qui hoc se nomine aliquando donarit, & idem donari sibi à populo patiatur. Vtrinque ergo tendunt insidias: sed frustra rete iacitur ante oculos pennatorum.

Respondit eis Iesus, Loquor vobis, & non creditis.

q.d. Quid proderit si id ego vobis palam edidero, cùm non credendi sed calumniandi gratia id exquiratis? Ne autem suæ incredulitatis prętextũ quærant, remittit eos ad opera quę fecit dicẽs.

Obseruatio doctrinæ.

Ex hoc loco satis conuincuntur ij qui solam sic fidem commendant vt opus non sit operibus bonis. En vt cœpit Iesus facere & docere. Act. 1. Proinde ad opera & doctrinã remittit. Stollidi vtique illi qui vt imponant Ec-

Interpret. & obseruat. morum.

Opera quæ ego facio in nomine Patris meĩ, hæc testimonium perhibent de me.

Quòd Deus sum & Messyas. Ex his Nicodemus eum à Deo esse cognouit. Ioan. 3. Nemo potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Et quidam ex ipsis Ioan. 9. dixerunt, Quomodo potest

Interpretat. & obseruat. morum.

Obseruatio doctrinæ.

homo peccator hæc signa facere? Et turba, Luc. 7. Christus cùm venerit nunquid plura signa faciet? Primum enim cœpit Iesus facere & docere. Act. 1. Vnde Ioannis discipulis Ite, ait, & renunciate Ioanni opera quæ vidistis. Surdi audiunt, muti loquuntur, mortui resurgunt, & cet. Addit autē se in nomine Patris opera fecisse, ne suam sed Patris gloriā quærere videretur: nec proinde tamen eum non maiorem Apostolis putes & iis qui in eodem nomine miracula ediderunt. Nam idem Patris erat & filij nomen penes diuinitatem. Vnde cùm in nomine Patris etiam in suo ipsius nomine, ea ratione qua Deus est, miracula operatus est. Ioan. 5. Sicut enim Pater suscitat mortuos (inquit) sic & filius quos vult viuificat.

Obseruabis verò exemplo Christi, vocationem tuam operibus testari debere, quòd arbor bona, bonos fructus faciat. Matth. 3. Et palmitem non ferentem fructum purget Pater. Ioā. 12. Luceat lux vestra coram hominibus vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem, &c. Et Petrus. Ex bonis operibus vos considerantes, glorificent patrem vestrum in die visitationis. Interim quoque hæreticos detestare, qui præter deprauatam doctrinam tot impiis operibus, scortationibus scilicet, furtis, homicidiis, seditionibus, ebrietatibus, proditionibus, rebellionib⁹, & arrogantia scateāt.

Sed

clesiæ, astruunt nos sola opera non autem fidem commendare. Porro nostra hæc est professio nec fidem sine operibus aut intentione operum faciēdorum, nec opera sine fide prodesse ad salutem. D. August. præfatione in Psalm. 3. Magnum opus Abrahæ, sed ex fide: Laudo superadificationem operis, sed video fidei fundamentum. Laudo fructū boni operis, sed in fide agnosco radicem. Si enim hoc præter fidē rectā faceret Abraham, nihil illi prodesset qualecunque illi opus esset. Rursum si sic teneret fidē Abraham, vt cùm Deus illi imperaret, offerre sibi immolandū filium suum, diceret apud semetipsum, non facio & tamen credo quia me etiam cōdemnantem iussa sua liberat Deus, fides sine operibus mortua esset. & quasi radix sine fructu sterilis atque arida remaneret. Hæc ille. Chrysosto. homil. 1. in caput. 1. ad Ephesios. Ne putes ait, quoniam elegit nos Deus, solam fidem suffi-

Obseruatio doctrinæ.

sufficere ad vitam, adijcit Paulus. Propterea & ad hoc elegit, vt essemus sancti & irreprehensibiles. Quemadmodum enim inquit Gregorius Nanzan. oratione 26. Nullum opus sine fide est approbatum, quoniam multi gloriæ gratia, illi quod honestum est dant operā, aut etiā instinctu naturæ aliquid boni agunt, ita & fides sine operibus mortua est.

Interpretat. & obseruat. morum.

Sed vos non creditis, quia nō estis ex ouibus meis.

Incredulitatem eorum & cordis duriciem aperit, vt qui non tantum non credant verbis eius, sed neque operibus. Rationem verò reddit, nimirum quòd de numero electorū suorū nō sint. Sunt enim electi omnes velut oues gregis illius: reprobi verò lupi sunt hædi & vulpes. Hoc ex conditione eorum quos pastor venturus à dextris & à sinistris statuet, satis colligi potest. Matth. 24. Herodem quoque vulpem vocat, Dicite, ait, vulpi illi, facio signa hodie, & cras. Pseudoprophetas omnes lupos nuncupat. Matth. 7. Omnes quoque qui Euangelio nō crederent, eodem nomine insinuat Matth. 23. Reprobos omnes hædis comparat. Matth. 24. Omnes verò electos nomine ouium intelligit. Sic Apostolos Matth. 23. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Ioan. 10. Ego sum pastor bonus. Porro omnes electi ouium conditionem sequuntur: quam non habuerunt Iudæi, nec in reprobis reperias. 1. Spiritu vindictæ non aguntur, sed si quando aut impetiuntur aut occidantur vocem non edunt nec mordent. Abest quoque vindicta ab electis. Alioquin Christus Ioanni & Iacobo. Nescitis (inquit) cuius spiritus sitis. Immò si quando pro Christo eos perimi conueniat, Christum sequuntur, qui quasi ouis ad occisionem ductus est. Esa. 53. Cæduntur gladiis more bidentium: non murmur resonat nō querimonia. Adeo longe sunt à feritate cruenta. Hanc tamen domesticam Iudæis reperias, vt qui in Christi ferantur sanguinem.

2. Oues meæ (inquit Christus) vocem meam audiunt, vt pastoris sui: quam qui nō attendunt nec intelligant, hoc ipsum signum habent suæ reprobationis. Impossibile est enim sine fide placere Deo. Hæbreor. 11. At verò quomodo credent qui non audierunt? Fides enim est ex auditu.

Interpret.at.& obseruat.morum.

Hæc prima omnium via est ad salutem, & ouile Christi Euangelij, verba attendere: quomodo igitur ouis Christi dicetur qui hæc nec audit, immò oblata audire respuit?3. Et ego cognosco eas. En tertiam ouium conditionem. Nec enim pastori sunt curæ oues alienæ, sed suæ. Deus quoque opt.max. etsi quidem contempletur bonos & malos, iustos & iniustos, maximè tamẽ iustos cognoscere dicitur. Sic Moysi, Noui te (ait) ex nomine Exod.3. Sic Hierem. cap.1. Antequam exires de vulua, sanctificaui te, & recordatus sum nominis tui. Econtrà verò se dicturum impiis Christus insinuat, Matth.25. Non noui vos. Est enim simplex cognitio qua videt omnia & cognoscit. Possumus enim cognitionis huius nomine prædestinationem intelligere, qua Deus ab æterno oues suas cognoscens elegit vt essent sanctæ & immaculatæ. Ephes.1. & consederent in cælestibus in Christo. Ephe.2.

4. Et sequuntur me, piis operibus. Quarta nimirum hæc electorum conditio est, vt sicut vocem & doctrinã Christi audiunt, sic operibus eum sequantur Luc. 9. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, id est voluptates carnis illecebras omnes, & opera tenebrarum, & sequatur me. Qui enim dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Alioquin de his qui lingua tantum, non autem opere & veritate Christum sequuntur dici potest id: Christum quidem ore confitentur, factis autem negãt. Ceterum iustificationem intelligere videtur Christus quæ prœelectionem consequitur. Iustificati enim sumus tum cùm nõ aure tantũ Christi verba audimus, sed & operibus adimplemus. Sic quos prædestinauit, hos & iustificauit. Rom.9.

5. Et vitam æternam do eis. Prius quidẽ quomodo se oues ad pastorem habeãt aperuit, nũc quomodo pastor ad oues se habeat ostẽdit. Nõ tantũ quidẽ eas agnoscit per æternã prædestinationem, sed vt iustificationem suam feruenti verbi Dei auditu, & piis operibus contestatæ sunt, ita Deus eas glorificat. Nam quos iustificauit, eos & glorificauit. Rom.9.6. Quoniam verò vera fœlicitas in duobus consistit, frui scilicet summo bono & eripi ab omni malo, vt summum bonum vitæ æternæ nomine insinuat, ita ereptionem ab omni malo intelligit cùm ait,

& non peribunt in æternum & nemo rapiet eas de manu mea. Nam sicut pastor super gregem vigilat, nec in ouile lupum

Obseruatio doctrinæ.

Nonne Iudas, dicet quispiam, periit in æternum & surreptus est à Sathana de manu domini? Nonne multi etiam viam domini ambulant à qua tandem decidũt? Verùm ad finem vsque in bono perseuerantes duntaxat oues domini sunt & dicuntur. Qui igitur post perceptã gratiam de numero ouium Christi pereunt, hi certe in Christi oculis oues non sunt: quare Iudas nec alij retro abeuntes ad ouile Christi pertinere dicendi sunt. Hæc Cyrillus lib.7. in Ioan. cap. 10. Meminerimus ergo verborũ Christi, vt Tertull. lib. de prœscrip. in hæreticos admonet. Ex nobis prodierunt, inquit, Ioan. 7. sed non erant ex nobis. Si enim fuissent ex nobis, permansissent vtique nobiscum. Iunilius Africanus. lib.2. contrapositorum, interrogat. 30. Quomodo, inquit, Christus dicit, Ego & pater vnum sumus cùm dicat Ioã. 14. Pater maior me est? Soluit autem vnum dici de huma-

Interpretat.& obseruat.morum.

lupum ingredi sinit, ita neque Christus sanctos suos impiorum potentiæ subiacere permittet. Videbãtur quidem perire martyres, cùm hanc mortalem vitam per tormenta amittebant, sed non peribant in æternũ: quia soluti vinculis carnis, debita sibi prœmia à Christo percipiebant: quemadmodum dicit Sapiẽs Sapiẽ. 3. Visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace. Iustorum animæ in manu Dei sunt, & nõ tanget eos tormentum malitiæ.

Et non rapiet eas quisquam de manu mea.

Per manum potestatem intelligit, quam omnibus hominũ assultibus superiorem esse docet. Et rectè quidem, cùm ea de principibus & potestatibus tenebrarum triumpharit & mundi principem vicerit, manus quippe illius est in cuius femore scriptum est vt habetur in Apocalypsi. Rex regum & dominus dominantium. Proinde quanta esset illa potestas docuit, dicens, Matth. vlt. Data est mihi omnis potestas in cęlo & in terra. Ideo addit.

Pater quod dedit mihi, maius est omnibus.

Retorquet & refert omnem suam potestatem ad Patrem, ne videatur gloriam suam quęrere. Quid est verò quod Pater dedit filio omnibus maius? Hoc plane est, ait Cyrillus Alexãdrinus, quod Deus Pater mediatori Dei & hominum dedit, vt sit eius vnigenitus filius, Deus de Deo,

Interpretat. & obseruat. morum.

nec natura dissimilis, nec virtute inferior, nec duratiõe posterior. Et hoc gignendo dedit: quia Deus verus, Deum verum genuit: lux æterna, lucem coæternam: vita vitam. Et hoc sanè maius est omnibus, quia omnem excedit & humanam & angelicam creaturam.

Et nemo potest rapere de manu Patris mei.

Hoc addit, cùm superius, de manu mea, dixisset, vt liquido intelligamus, eandem prorsus esse virtutẽ suam & Patris: Est enim ipse manus & virtus Patris, atque ipsum esse Christum haud dubiè crederemus: qui non vt ceteri sancti gratiam acceperit ex tempore, sed verus semper extiterit filius. Quod etiam subsequenti sententia ostendit, cùm dicit.

Ego & Pater vnum sumus.

Id est vna essentia, vna diuinitas, vna æqualitas. Quibus verbis Iudæorum quæstionem qui tentantes an ipse esset, Christus interrogabãt absoluit. Sumus ait, in plurali, vt doceret aliam esse personam Patris, aliam filij. Vnum autem, vt testetur vnam esse essentiam, voluntatem, diuinitatem, maiestatem, & cetera.

Sustulerunt ergo lapides Iudæi: vt lapidarent eum.

Sic se lupos facto ipso ostendunt quorum pedes currunt & festinant vt effundant sanguinem. Prouerb.

Obseruatio doctrinæ.

nitate, qua maior est Pater, aliud de diuinitate intelligi, secundum quem, Pater & filius vnum sunt. Tertullian. lib. in Praxeum hæreticum: docet eo contextu abuti Praxeũ, vt doceret vnicum dominum omnipotentẽ mundi conditorem, ipsúmque eãdem Patrem ipsum & natũ & cruci suffixum: ipsúmque denique esse Iesum Christum. Et hi quidem patripaßiani dicti sunt, quod Patrem paßsum esse censerent, quod paßsus esset filius. Nam inquiebant, Christus & Pater vnũ sunt, ergo vna persona. Sed respõdet Tertullianus his verbis. Primo. Ego & Pater duorum est significatio: dehinc in nouißimo, (sumus) non ex vnius est persona. Nec ait, vnus sumus, sed vnum sumus. Si enim dixisset, vnus sumus, potuisset adiuuare sentẽtiã illorũ (nimirũ Patripaßianorum qui dicũt Patris & filij vnicam esse personam.) At vnum dicit, quod non pertinet ad singularitatem

Obseruatio doctrinæ.

laritatem sed ad vnitatem, similitudinem & cõiunctionem. Nec tantum Praxeæ sed & Sabellij trinitatẽ personarũ negantis hæresim conterit hic cõtextus: necnõ Arrij qui vnitatem substãtiæ negant.

Deus dicitur aut,

1. *Natura vt Deut. 6. Audi Israel. Dominus tuus, Deus vnus est.*

2. *Adoptione & participatione gratiæ aut gloriæ: vt Psal. 46. Deus stetit in synagoga Deorũ. Et Ps. 49. Deus Deorum, dominus locutus est.*

3. *falso & solo nũcupatione vt dæmones & idola, de quibus Psal. 95. Omnes dij gẽtiũ dæmonia. Philip. 3. Quorum Deus venter est.*

De hac Dei nuncupatione Iust. mart. q. 143. & 142. ad orthodoxos agit & Iunilius de partitionibus diuinę legis. Si quis verò obiectauerit Theodor. serm. de martyr. & antiquos patres dicere nos sanctos nõ vt Deos colere. Respõdemus Deorũ nomine eos idola & dæmones deos Gẽtiũ

Interpretat. & obseruat. morum.

1. Sic implent typum ingrati Semei qui mittebat lapides in Dauid vocans eum virum sanguinis & filiũ Belial. 2. Reg. 16. Pari quoq; impetu hæretici in eos qui veritatem pãdunt feruntur.

Respondit eis Iesus, Multa bona opera ostendi vobis ex Patre meo, propter quod eorũ opus me lapidatis?

Psal. 34. Retribuebant mala pro bonis. Mortuos eorum excitabat, & illi eum perimere volebãt: ægrotos eorum sanabat, & illi eum sauciare nitebantur. Ceterum particula (ex Patre) docet se nunquam sibi in operibus his patrandis gloriam quæsisse: sed & à quo hanc potestatem acceperit, aperit: nimirum per æternam à Patre generationem: quæque per particulam ex & de significatur, vt doctè pluribus in locis Basilius examinat. lib. de Spiritu sancto ad Amphilochium.

Responderunt ergo Iudæi, De bono opere nõ lapidamus te, sed tu homo cùm sis, facis teipsum Deum.

En infideles isti ex verbis Christi satis intellexerunt quod se Patri æqualem diceret: Patrem autẽ suum Deum esse doceret. Sed miseri quod

Interpretat. & obseruat. morum.

de sua & Patris æqualitate & vnitate substantiæ dixerat pro blasphemia deputabant. Hinc fundamentũ suarum argutiarum habentes quod Christus homo esset. Nimirum mysterium incarnationis filij Dei non aduertebant: quod tamẽ tam apertè Esayas cap. 7. & 11. permultíque alij prophetæ insinuauerant. Argumentatur ergo Christus à minori ad maius, vt probet nihil blasphemiæ esse, si se Deum nuncuparit.

Nonne scriptum est, *inquit*, in lege vestra (*Psal.* 81.) Quia ego dixi dij estis? Si illos dixit Deos ad quos sermo Dei factus est & non potest solui scriptura: quem Pater sanctificauit & misit in mundum, Vos dicitis quia blasphemas: quia dixi, filius Dei sum? q d.

Maior vtique est is quem Pater sanctificauit & misit in mundum his ad quos sermo Dei factus est. Si ergo illi dij dicuntur, quanto magis ille quem Pater misit? Semper enim vnde aliquid participatur, magis & verius id habet quod participatur, quàm ipsa participantia. Vt sol à quo lucis est participatio in subiecta corpora: magis lucidus est quàm aër & aqua luce participantia: & ignis à quo tanquam fonte calor in externa deriuatur corpora, verius & vehementius habet calorem, quàm ea quæ ab eo calorem

Obseruatio doctrinæ.

intellexisse, quorũ cultu sancti non adorantur & honorantur. Hoc quippe cultu blasphematur Deus: sed eos cultu sanctorum honoram⁹, ait Thomas Vualden. sacramental. titul. 14. cap. 130. Hoc Porphirio, hoc Faustio, hoc Vuitclef & Vigilantio respondemus. Etsi enim à Christianis homo colitur, De⁹ potius in illo veneratur, ait Radulphus Flauia. lib. 20. in Leuitic. ca. 7. Quomodo Deus Pater filium sanctificasse dicitur? Estne quod aliquando sanctus non fuerit? Minime sanè. Potest autem id modo triplici interpretari, vt docet Cyrillus. 1. secundum diuinã naturam sanctificauit, quia sanctum illum genuit, atque vt sanctus esset gignendo, ei dedit. Sicut enim Deus Deũ, immensus immensum: sic sanctus sanctum Pater filiũ genuit. 2. Aut secundum humanam naturam, quia sine vllo peccato sed cum sanctitate & puritate illum incarnari constituit: vt etiam testatur

Obseruatio doctrinæ.

testatur Angelus ad Mariã Luc. 1. Quod enim nascetur ex te sanctum (inquit) vocabitur filius Dei. 3. Aut sanctificauit, quia eum offerendum designauit pro peccatis & mundi salute. Nã id sanctificari in scriptura plerumque dicitur, quod templi vsui designatum Deo offertur & consecratur. Quemadmodum ibi, Exod. 13. Sanctifica mihi omne primogenitum.

Interpretat. & obseruat. morum.

participant (ait Cyrillus.) Verbum igitur Dei cuius participatione alij denominationem Dei sortiuntur, verius & sublimius Deus quàm aut homines aut angeli. Nam hi gratia solum adoptione & participatione dij sunt & dicuntur: ille verò natura, substantia & origine Deus est.

Si nõ facio opera Patris mei, nolite credere: si autem facio & mihi credere nõ vultis, operibus credite

Id est non verbis tantum meis fidem adhibete, sed & operibus. Nã à fructu arbos dignoscitur. Matt. 3.

Vt cognoscatis & credatis, quia pater in me est, & ego in patre.

Non simpliciter, ait, Pater in me est: nec tu sic in filio Patrem esse pures, sicut in quolibet iusto & viro sancto: sed addit, ego in Patre. Nec enim sic de homine puro dici potest, nisi per quandã gratiæ participationem. Filius verò in Patre est per æqualitatem, vnius eiusdémque substantiæ: & per indigressibilem vnius in altero immansionem ob naturæ idemtitatem, vt Cyrillus in Ioannem: Athanasius orat. contra Sabellij Gregales, & sermone 4. cõtra Arrianos docent.

Quærebant ergo eum apprehendere, & exiuit de manibus eorum.

ORATIO.

DOmine Iesu Christe filij Dei viui qui toties tibi reluctantes Iudæos docere non destitisti, & modo ab operibus, modo à doctrina, modo à scripturis testimonium accipiens, te verũ Messyam, Dei Patris filium, Patri consubstantialem docuisti, insere nobis tuę maiestatis agnitionem: da vt vocem tuam audientes, te vt oues pastorem sequamur, vt nec in æternum perire, nec de manu tua rapi possimus, sed vitam æternam adipiscamur. Amen.

Universidad de Deusto Biblioteca

FERIA 5. POST DOMINICAM in passione.

Euangelium Luc.7.

Rogauit Iesum quidam Pharisæus, vt manducaret cum illo.

Interpretat.& obseruat.morum.

SOcru Simonis à febrib⁹ curata, & filio viduæ Naym à mortuis suscitato: fama Christi per omnem Iudæam & Galilæam pervolarat: adeo vt ad eum Ioānes baptista duos ex suis delegarit, qui interrogarent quisnam esset. Porro vbi Christus & doctrina & miraculosis operibus se Messyam esse confirmauit, eáque ad Ioannem perferri mandauit, laudes Ioannis palam & corā omni plebe celebrauit: qua de re Publicani & populares qui à Ioanne baptisati fuerant, summo gaudio exultarunt, Pharisæis econtrà indignatis. Paucis demum interiectis diebus.

Rogauit Iesum quidam Pharisæus vt manducaret cum illo.

Et si genus hoc hominum Christo infensissimū fuerit, permulti tamen ex his Christo fauerunt, vt Nichodemus, & Gamaliel: nonulli verò, quasi inter duas aquas enatātes, perspicacius eum nosse cupiebant, proinde eius colloquium prætextu cœnæ venabantur, è quibus iste cēsendus est. Porrò obserua Christi

Iesu

Introduct.in Euang.

QVi curari appetunt, nihil erubescūt chirurgis & medicis pandere: non eos pudor retrahit, quin etiam omnes corporis partes si opus sit aperiant. Sic & qui à peccatis mundari desiderāt, nihil homines metuant oportet. Adeo ne scilicet (ait Tertullianus lib. de pœnitentia) existimatio hominum & Dei conscientia comparātur? An melius est damnatum latere quàm palam absolui? Malo enim ad miseriam peruenitur, sed vbi pœnitendum est, desinit miserum, quia factum est salutare. Proinde peccatrix pœnitens nihil verita, audacter domū Pharisæi ingressa, pœnitentiæ fructus edidit: & hinc salutis viæ reddita est. Contigerunt hæc anno

Introduct.in Euang.

anno Christi ætatis, 31. Mense 6. die 27. Nimirum 22. Iulij in domo Simonis Leprosi in Nazareth, vt permulti volunt: alij autē in Hierusalē.

Summa.

Porro tres ob oculos ponūtur: peccatrix pœnitens, Pharisæus murmurans, Christus remissionem peccatorum donans. Attinguntur autem hæc. 1. Oportunus Christi in domum Pharisæi aduētus. 2. Peccatricis status. 3. Eiusdem pœnitentiæ & dilectionis fructus.

4. Pharisæi temeritas in iudicando, & malignum murmur. 5. Mulieris per Christum defensio. 6. Parabola qua Christus Pharisæum de maligna cogitatione conuincit.

7. Christi in mulierem miseratio.

Obseruatio doctrinæ.

Magna quæstio est inter varios authores, quæ sit hæc mulier peccatrix, hic scilicet orta qd nec eius nomē nec familiā

Interpret.& obseruat.morum.

Iesu bonitatem: nec enim nisi rogatus domum Pharisęi adiit, qui tamē vltro sese in domum Zachei Publicani & Leui ingessit. Luc. 19. & 5. vt intelligas eum humilibus & abiectis peccatoribus sanandis venisse, Non turgentibus hypocritica sanctitate pharisæis.

Manducauit dominus cum.

1. Cognatis, vt inopiæ eorum succurreret, vt Io. 2. in Chana Galilæę.
2. Pharisæis, vt & miraculis & verbis eorum superbiam retunderet & hypocrisim reuelaret.
3. Peccatoribus & publicanis, vt eos cibo spirituali pasceret, & ad pœnitentiam induceret.
4. Amicis, vt charitatē eorum foueret. Ioan. 12.
5. Apostolis, vt eos mysteria regni edoceret, & sacramentum Eucharistiæ institueret.

Porro duobus Christum hic dignatur: conuiuio & familiaritate. Nec enim simpliciter Euangelista dicit rogatum vt manducaret: aut addit, apud eum: sed cum eo.

Et ingressus domum Pharisæi, discubuit.

En Christi clementia qui toties calumniis à Pharisæis lacessitus, non reijcit tamen Pharisæum istum, aut domum eius dedignatus est. Tu quoque ne toruis oculis eos qui te oderunt intueare, ne eorum mensam asperneris, quin potiùs si esurierint, ciba illos. En Deus Optim. Max. Apocalypseos,

Interpretat. & obseruat. morum.

1. Ecce ito, inquit, ad ostium & pulso. Sapien. 8. Deliciæ meæ esse cum filiis hominum.

Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix.

Rem omnino mirabilem descripturus Euangelista, pro more addit particulam, Ecce, Res insueta quippe: & omnibus in exemplum proponitur. Mira mulieris pœnitētia, cōtritio, deuotio & satisfactio: mira Pharisæi duricies & excandescentia: mira Christi Iesu bonitas & pietas apparuit. Porro quænam ista sit, non è nomine seu familia describit, aut ne notam illi inurat: maxime verò quòd tum vitio velut carbone obscurata nominari indigna esset: quæ tamen tandem remissione peccatorum accepta Maria vocatur: & soror Marthæ nuncupatur Luc. 7. Nihilominus tamen quæ conditio eius fuerit antequam domum ingrederetur, dictionib⁹ exprimitur. 1. Sexus, quia mulier. 1. vt etiam in sexu infirmo deuotionem, & integram pœnitentiā obdurescentibus Pharisæis demirere, 2. & hoc ipso quòd mulier est, sexus nimirum debilis, deliciosa eius vita magis excusetur. Nam mulieres stimulis carnis facilius agitantur, nec difficulter huius mundi illecebris alliciuntur. Sic allecta Eua pulchritudine fructus, Gene. 3. Dyna curiose egressa vt videret mulieres Sichimitarū, Gen. 24. Proinde Prouerb. 11. dicitur, Circulus aureus in naribus suis, mulier

Obseruatio doctrinæ.

Lucas exprimat: cùm interim non aduertant hoc isto capite 7. inter mulieres quæ Christū sequebantur Mariam Magdalenam recensere, de qua 7. dæmonia exierant: Marcū quoque cap. 16. eodem illam titulo donare, nec legi aut colligi eam curatam à Dæmonis, corporaliter aut spiritualiter hanc torquentibus: quàm hoc capite. Fateor vtique permagnos viros dubitasse num eadem sit quæ vnxit dominum in domo Pharisæi, & quæ apud Bethaniam: maximè vero Græcos, Origenem, Chrysost. Nicepho. Callistum. Neotericos verò Iacobum Stapulensem, & omnes Caluinianos omnino inficiari istam fuisse sororem Marthæ & Lazari. Sed tamen antequam confirmemus eos falli, rationes quas adferunt expendamus & refellamus. 1. Dicunt Magdalenā nobilem fuisse, proinde minus credibile esse quòd peccatrix publica diceretur. Quasi verò nobiles à peccatis eximerentur.

Obseruatio doctrinæ.

tur. Fateor sane quòd vera nobilitas sola est atque vnica virtus: Si tamen nobilitas vocem haberet, eōsque qui de illa gloriātur alloqueretur, exprobraret vtiq; eis quòd quæ ipsa odit, illi prosequuntur: vt docet Philo Iudæus lib. de nobilitate. 2. Adducūt quòd Magdalena dines fuerit, proinde nec se prostituisse: cùm id stipis habendæ gratia fiat. Et si non asseramus eam scortū fuisse, tamē quia vno hoc vitio cetera forsam complectūtur: queso num pauperes tātum se prostituunt? Quasi verò nec Claudia Augusti filia, nec Semiramis, nec suo se modo Helyogabalus prostituerit. Immo verò ait Iuuen.

Credo pudicitiam Saturno rege moratam

In terris: visāmque diu, cùm frigida paruas

Præberet spelūca domos, &c.

At verò vbi diuitiarum vbertas succreuit, multiplicatum est & omne vitij genus. Parū vtiq; experti sunt qui dicunt nullam mulierem

Interpretat. & obseruat. morum.

mulier pulchra & fatua. 2. Conditio illius vitæ exprimitur cùm vocatur. Peccatrix. Genus verò peccati non exprimit, quod omni vitio laboraret. Mos quippe scripturæ est eos qui omnibus peccatis scatent, peccatores: at verò qui fornicatione, fornicatores: qui homicidio, homicidas vocare. Omni ergo genere vitij infecta erat: quod etiā Marcus cap. 16. insinuat dicens, Apparuit Christus Mariæ, è qua eiecerat 7. dæmonia. Ecquid enim inquit d. Gregorius Papa hom. 33. per septem dæmonia, nisi vniuersa vitia designantur? 3. Grauitas peccatorum illius exprimitur cùm additur.

in ciuitate, vtique quod omnium digito ostenderetur, & apud omnes diffamata esset. Quod faciebat generis nobilitas, & peccati assuetudo. Nam magnatum vitia facilius in vulgus abeunt & publicantur, quàm priuatorum. Ad hoc accedūt hæc Iuuenalis, Satyra. 8.

Omne animi vitium tanto conspectius in se

Crimen habet, quanto qui peccat maior habetur. Ceterum nomine ciuitatis, Hierosolyma per Emphasim intelligenda est, quam etiā praua conuersatione conspurcarat.

vt cognouit quòd Iesus accubuit in domo Pharisæi.

1. Prius seipsam agnouerat peccatricem & impiam. 2. Demum, quod is qui seipsum agnoscit iuxta Del-

Interpret.& obseruat.morum.

phici Apollinis oraculum, ad sapiẽtiam gradum fecit, cognouerat Iesum Messyam esse peccatoribus benignũ: vt qui paulo ante à Publicanis exciperetur, & peccatoribus regnum cælorũ polliceretur. Fiducia igitur concepta ad eum venire statuit. 3. Cognouit demum vbi esset, nimirum ex domesticis quibus vicina & familiaris esse potuit. 1. Nam si hoc in Nazareth factum est, vt quidam conijciunt, milliario tãtum secũdo distabat castrum eius Magdalum, ad oram lacus Genezareth, inter Bethsaidam & Tyberiadẽ sitũ. 2. Ex Martha quoque sorore, Pharisæi domestica, hoc certo scire potuit. Statim igitur vt cognouit eum accubuisse nihil morata, nihil discumbentes verita accessit. Super cõuiuãtes ingressa est (inquit Gregorius) non iussa venit inter epulas lachrimas obtulit. Ecce enim quia turpitudinis suæ maculas aspexit, Iauãda ad fontem misericordiæ cucurrit. Et quia semetipsam grauiter erubescebat intus, non erat quod aliquid verecundaretur foris.

Obseruatio doctrinæ.

nisi stipis habendæ gratia se prostituere. 3. Impurissimus Petrus Viretus lib. 8. de vera & falsa religione cap. 27. duas factas vnctiones adducit: vt Luc. 7. f. & Ioan. 12. a. refertur. proinde nec vnam, eandémque esse mulierem, 1. quod vna facta fuerit anno primo prædicationis Christi: altera anno tertio: 2. vna in Galilæa, altera in Bethania: 3. prior in domo Symonis, posterior in domo Marthæ: 4. Priorem vnctionem fecisse dicatur peccatrix, posteriorem soror Marthæ & Lazari. Quasi vero cùm diuersum fuerit tempus, non potuerit eadem Magdalena prius peccatrix, vnde nominari indigna, demum iustificata Christum vngere. Prius quidem vt peccatorum remissionem assequeretur, posterius verò in gratiarum actionem, seu inspirata vt corpus Christi vngeret in sepulturam. Fatetur enim eodem capite Viretus, non tres vnctiones esse quas Luc. 7. f. Matth. 26. a.

Attulit alabastrum vnguenti.

Alabastrum ait Beda lib. 3. in Lucã, genus est marmoris candidi, variis coloribus intertincti, quod ad vasa vnguentaria cauare solent, eo quod optimè seruare incorrupta dicatur. Nascitur circa Thebas Ægyptias & Damascum Syriæ, ceteris cãdidius: probatissimũ verò in India. Proin-

de

Obseruatio doctrinæ.

Marc. 24. a. & cuius Ioannes cap. 12. meminit. 4. Capite 28. fatetur Viretus Mariã Magdalenam dici, è qua eiecta fuerant 7. dæmonia, non eam tamen fuisse Marthæ sororẽ: ratio est quòd soror Marthæ Maria dicatur. Perbella sane ratio. Quasi non Magdalena etiam Maria vocetur Marc. 16. Luc. 7. 5. Colligit demũ sororem Marthæ Christo dilectissimam fuisse, & piam fuisse mulierem, proinde nec potuisse esse peccatricẽ. Non vtique tũ cùm esset pia, & iusta, sed antè. Sic enim Paulus antequàm conuerteretur infidelis erat, qui tamẽ Postmodum fidelissimus dici potest. 6. Adducũt alij peccatricẽ istã Galilęã, Marthę verò sororẽ fuisse Iudæã. Ridiculũ sanè argumẽtũ. Nã nec certo Euãgelistę assignãt vnctionẽ de qua Luc. 7. c. factã fuisse in Galilæa. Verũ quidẽ est Matth. c. 26. meminisse posterioris vnctionis in Bethania. Sed qd hoc? Vnxit peccatrix dominũ in Galilæa: ergo Gali-

Interpretat.& obseruat. morum.

de cùm vasa huiusmodi adeo pretiosa extiterint, nõ dubium est pretiosissimum fuisse vnguentum. Videtur verò hoc attulisse, 1. vt fessum Christum releuaret. Potuit enim eũ aut concionantem, aut ægros curãtem audiisse, quibus faciundis cùm multum laboris sustinuisse videretur, pro more tanquam fesso, hoc illi refrigerium affert. Mos enim erat Palestinis, vt aliquando diximus, fessos hoc solatio excipere. 2. Min* hoc nimirum attulit vt placaret eũ, quem in se ob sua scelera iratũ credebat. Prouerb. 18. Donum enim hominis dilatat viam eius, & ante Principes spacium ei facit, & Prouerb. 21. munus absconditum extinguit iras.

3. Aut vnguentum istud adfert, inquit Beda, vt quod illicitis actibus prius intenta, sibi pro odore suæ carnis turpiter abhibuit, hoc iam Deo laudabiliter offerat. Olim quippe mulieres vnguentis vti solebant. Sic Hester, Iudith, Iezabel, Susanna, vt habetur Danielis 13 At quia his ista abusa fuerat, ideo in pium vsum refert. Ecce verò in ista impletur quod dominus Principibus sacerdotum dixerat. Matth. 21. Publicani & meretrices præcedent vos in regno cælorum.

Porro sapientia huius mulieris proditur, vt obseruat Chrysostomus, vt quæ non pro infirmitate corporis sicut Hemoroissa Lucæ 8,

Interpretat.& obseruat.morum. & Matth.9.& Chananæa, Matth.15. sed pro infirmitate corporali accessit ad Iesum. Hodie tamen permulti plus curant de medicina corporis quàm animæ, & curiosius curant cibos corporis in conuiuiis quàm cibos spiritus in altari.

Obseruatio doctrinæ.

quòd per has multas regiones Diuini

Sed eorum nugis confutatis probemus istam peccatricem, Magdalenam fuisse sororẽ Lazari. 1. Ioannes Euangelista cap.11. eam Mariam determinans, quæ Lazari soror erat, hanc solam conditionem adfert, quòd vnxit pedes Iesu, & extersit capillis suis. Certum est verò hoc factum fuisse antequam Lazarus suscitaretur. Cedo, Vbinam? Quando? Siquidem vnctio in Bethania facta contigit post suscitatum Lazarum: cùm Ioan.cap.12. eam recensens, hæc præmittat: Venit Iesus in Bethaniam, vbi Lazarus fuerat mortuus, quẽ suscitauit Iesus. Fecerunt autem ei cœnam ibi, & Martha ministrabat: Lazarus verò vnus erat ex discumbentibus. Doceant ergo ex scripturis aliam aliquam mulierem ante Lazarum suscitatu, vnxisse pedes Iesu, & extersisse capillis, præter istam peccatricem. 2. Item Marcus cap.16. & Lucas 7. Mariæ Magdalenes meminerũt, è qua eiecta fuerunt 7. dæmonia: cui vt Marcus docet, apparuit Christus post resurrectionẽ: quam etiam vnxisse pedes Domini docent Chrysost.homil.de proditione Iudæ, immo & peccatricem fuisse testantur, Ambrosius lib.6. in Lucam.cap.31. Hieronymus prœmio super Oseæ, Gregorius Papa homil.33. Beda in Lucam. Ambrosius quidem quæ de duabus vnctionibus adferuntur argumenta: & quomodo nunc peccatrix, nunc verò Maria soror Lazari, diluit. Potest quæstio meriti & temporis diuersitate dissolui, inquit, vt adhuc illa peccatrix sit, iam ista perfectior.

Etsi enim

Obseruatio doctrinæ.

Etsi enim personã non mutat Ecclesia vel anima: tamen mutat profectum. Tertullianus libro de pœnitentia satis ostendit pœnitentem non debere erubescere, nec sibi parcere: vt à pœnitentiæ operibus, confessione scilicet & satisfactione retrahatur. Miserum est, inquit, secari & cauterio exuri, & pulueris alicuius mordacitate anxiari: tamen quæ per insuauitatem medentur, & emolumento curationis offensam sui excusant, & præsentem iniuriam superuenturæ vtilitatis gratia commendant. Quid si præter pudorem, quem potiorem putant, etiam incommoda corporis reformident, quod illotos, quod sordulentos, quod extra lætitiam oportet deuersari, in asperitudine sacci, & horrore cineris, & oris de ieiunio vanitate? Num ergo in coccino & Tyrio pro delictis supplicare nos condecet? Cedo acum crinibus distinguendis & pulueremdentibus elimandis, & bisulcum aliquid ferri vel æris vnguibus repastinandis: si quid ficti nitoris, si quid coacti ruboris, in labia aut genas vrgeat: præterea exquirito balneas lautiores hortulani, maritimíve secessus: adiscito ad sumptum, conquirito altilium, enormem saginam, defecato senectutem vini: cùmque quis interrogarit, cur animæ largiaris: deliqui in Deum, dicito, & periclitor in æternum perire. Itaque nunc pendeo, & maceror, & exerucior, vt Deum reconciliem mihi quem delinquendo læsi. Hæc optimus Pater in eos intonabat qui pœnitentiam abducto ieiunio, sacco, & ceteris agendam censebant: quibus vtique libertini nostri hæretici similes sunt, qui dum pietatis, & pœnitentiæ opera abdicant, cur non & pœnitentem istam peccatricem condemnant, quæ sparsis lachrymis inculta accessit, lachrymas & vnguentum in Christi pedes effudit?

Porrò quod palam suæ pœnitentiæ testimonium edidit, typum gessit antiquissimę in Ecclesia consuetudinis: qua vt refertur histor. tripart. Cassiodori l.9.cap.35. visum est antiquissimis pontificibus, vt velut in theatro sub testimonio Ecclesiastici populi delicta panderentur. Ritum sanè pœnitentiæ publicæ etiam nunc multi ob-

Obseruatio doctrinæ.

seruant in Italia, Gallia, India, & permultis locis. Eius meminit Gratianus distinct. 50. In capite quadragesimæ, inquit, omnes publicè pœnitentes, qui publicam suscipiunt & susceperunt pœnitentiam, antè fores Ecclesiæ se representent Episcopo ciuitatis sacco induti, nudis pedibus, vultibus in terrā prostratis, reos se esse ipso habitu & vultu proclamantes. Ibi adesse debent decani, id est, Archipræsbyteri, præsbyteri paræciarum, & præsbyter pœnitentium: qui eorum cōuersationem diligenter inspicere debent: & secundum modum culpæ, pœnitentiam per præfixos gradus iniungant. Post hæc Episcopus in Ecclesiam eos introducat, & cum omni clero septem pœnitentiæ Psalmos in terram prostratus cum lachrymis pro eorum absolutione decantet. Tunc resurgens ab oratione, iuxta quod canones iubent, manus eis imponat, aquam super eos benedictā spargat, cinerem prius mittat: deinde cilicio capita eorum cooperiat, & cum gemitu & crebris suspiriis eis denunciet, quòd sicut Adam eiectus est de paradyso, ita & ipsi ab Ecclesia pro peccatis suis abijciuntur. Post hæc iubeat ministris, vt eos extra ianuas Ecclesiæ expellant. Clerus verò prosequatur eos cum responsorio: In sudore vultus tui vescêris pane tuo, &c. Vt videntes sanctam Ecclesiam pro facinoribus suis tremefactam, & commotam, non paruipendant pœnitentiam. In sacra autem domini Cœna, rursum ab eorum decanis & præsbyteris Ecclesiæ liminibus represententur. Hæc sanè desumpta sunt ex capite 9. concilij Agathensis: quæ fusius descripsimus, vt intelligant hæretici quàm districta etiam olim fuerit pœnitentia. Ceterum vt pro ratione delicti est & plagarum modus, ita quædam priuatam, quædam publicam requirunt pœnitentiam. Alia enim aliis morbis sunt remedia. Ambrosius ad virginem lapsam cap. 8. Grandi plagæ, inquit, alta & prolixa opus est medicina. Grande scelus, grandem habet necessariam satisfactionem. Sic Eusebius historiæ Ecclesiast. lib. 5. cap. 28. Natalem ambitione deceptum ab hæreticis, & ad pedes Zepherini Pontificis Romani

Obseruatio doctrinæ.

mani prouolutum depingit. Sic Theodosium Imperatorem ab Ambrosio ex templi aditu eiectum, & longo tempore in squallore palatio conclusum, demū & publicè pœnitentē ob 7. millia hominum Tessalonicæ occisa, describit Nicephorus Callistus, histor. Eccl. lib. 12.

Conditiones veræ pœnitētiæ in hac muliere describūtur, quarū aliæ declarant,
- 1. cordis amaritudinem.
  - 1. pudor.
  - 2. confidentia.
  - 3. timor.
  - 4. dolor.
  - 5. humiliatio.
  - quia
    - 1. Stans retro.
    - 2. secus.
    - 3. pedes.
    - 4. cœpit rigare pedes.
    - 5. & capillis capitis tergebat.
- 2. dilectionis & deuotionis feruorē.
  - 1. osculum amoris.
  - 2. vnguentū deuotionis.
  - quia
    - 1. osculabatur pedes eius.
    - 2. & vnguēto vngebat.

Obseru. doctrinæ.

Synesius Ptolomaidis Episcopus, epistol. ad Ioannem hunc pœnitentiæ morem ita commendat, vt ei cauendum sit, qui eum nō obseruauerit. Et quisnam fieres, inquit, è corpore egressus, siue violenta pœna, siue alio modo abripiaris, cùm tibi non fuerit lingua ad negandum, sed insculptam habeas actionis notam? Nónne vertigine laborabis? Nónne perplexus eris? Traberis tacens, sperabísque

Interpret. & obseru. morum.

1. Licet ergo mulier ista nihil veretur discumbentes, erubescebat tamen Christo coram se ingerere. Quomodo enim non vereatur peccator Deum? Adam peccato patrato, abscondit se, Genes. 4. Non audet Publicanus oculos in cælum leuare, Luc. 16. Sed & Manasses, Nō sum dignus, inquit, respicere altitudinem cæli, præ multitudine iniquitatum mearum, Ierem. 6. Erubescite à viis vestris malis, Eccles. 16. Gratia super gratiam mulieris, mulier sancta & pudorata. Quæ nihil verita erat, vt conuiuiis indulgeret, & carnem satietate ad libidinem prouocaret: nunc quasi satisfaciens his

Interpretat.& obseruat.morum.

quibus scandalo fuerat accedit, & stat retro, &c. adeo sibi Christum opponit in aduersarios suos, qui eã tueatur. 2. additur secus pedes. Secus vtique quod iam magna cum fiducia Christo Iesu appropinquaret, Psaltes 33. Accedite ad eum & illuminamini, Rom. 7. Infœlix ego homo, quis me liberabit à corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum. Quis est qui condemnet? Christus Iesus qui mortuus est & resurrexit: qui etiam interpellat pro nobis. Accedamus ad eum in plenitudine fidei, aspersi corda à cõsciẽtia mala, & abluti corpus aqua munda. 3. Timor verò mulieris exprimitur, vt quæ sacrum domini verticem tangere aut vngere non ausa est: sicut & tãdem fecit in Bethania, suscitato Lazaro: sed pedibus se aduoluit. Sic Ruth. c. 3. ad pedes Booz aduoluta gratiam inuenit. Non audet ista se vultui Christi offerre, immò & eius aspectu se indignam iudicat. Dauid Absaloni pœnam inflixit. 2. reg. 14. d. Reuertatur, sed faciem meã non videat, Hierem. 31. Confusus sum & erubui, quoniam sustinui opprobrium adolescentiæ meæ. Retro igitur stat. & ad pedes se humiliat, Deuter. 33. Qui appropinquant pedibus eius, recipient doctrinam eius. Abacuc 3. Egredietur diabolus ante pedes eius: imò septem dæmonia de ea ante pedes domini egressa sunt.

Obseruat. doctrinæ.

vltionem tu & ego & omnis quem non publica prius expurgauerit pœnitentia.

Pœnitentiæ huius publicæ speciem habes apud Ambr. lib. 1. de pœnitent. c. 16. Sed vix solet imponi, nisi pro crimine totam vrbem commouente, vt habetur 26. q. can. vltim. Præsbyter inconsulto Episcopo, &c.

Interpret.& obseruat.morum.

4. Dolorem verò eius exprimit Euangelista dicens quòd lachrymis cœpit rigare pedes eius. Oculis terrena concupierat, inquit Gregorius, sed hos iam per pœnitentiam conterens flebat. Proinde cogitanti mihi de Mariæ Magdalenæ pœnitentia, flere magis libet, quàm aliquid dicere. Cuius enim vel saxeum

Obseruat. doctrinæ.

Quod mulier ista pedibus Christi aduoluitur, antiquissimum Eccles. morem docet: quem explicat Tertull. lib. de pœnitentia inter cetera pœnitentis munia. Plerunque, inquit, pœnitentia mandat ieuniis preces alere, ingemiscere,

Obseru. doctrinæ.

scere, lachrymari & mugire, & dies noctésque ad dominum Deum tuum: presbyteris aduolui, & aris Dei adgeniculari, omnibus fratribus legationes deprecationis suæ iniungere. Et paulò post. Ergo cùm te ad fratrum genua protendis, Christum contrectas, Christum exoras. Sed enim eos qui ambitu obeunt capescẽdi magistratus, quæ non atria nocturnis & crudis salutationibus occupant? Ad omnem occursum maioris cuiusque personę detrescentes, exules sunt à libertatis & lætitiæ fœlicitate: idque totũ propter vnius anni volaticum gradum: quantomagis pro ęterna animæ fœlicitate & peccatorũ remissione?

De fuco muliebri & capillatura.

Tertullianus lib. de habitu muliebri, Habitus, inquit, fœminæ duplicẽ speciem circumfert: cultũ & ornatum. Cultum dicimus, quem mundum muliebrem vocant: or-

Interpret.& obseru.morum.

xeum pectus illæ huius peccatricis lachrymæ ad exemplum pœnitendi non emolliãt? Quæ oculis suis hinc & inde vagantibus animas depredata fuerat: quæ his nunc iuuenes, nunc cetera huiusmodi concupiebat, quæ elato supercilio ambularat, nũc quod his lasciuiis eos prius polluisset, eluit: In pedes Iesu Christi defigit. Prius stabat, sed adeo abundanter fleuit, vt statim pedibus quos irrigabat aduoluta, eos amplexari coacta sit. Præsentia diuini solis cor eius calefaciebat amore: & quia glacies prius fuerat, soluebatur in lachrymas, Eccles. 3. Sicut in sereno glacies soluetur, perflabítque auster adducens pluuias, Psal. 147. flabit spiritus eius & fluẽt aquæ.

Petrus Chrysologus sermon. 43. Iura, inquit, naturæ nunc mutãtur. Cælum enim terram irrigat, non terra cælum. Nunc verò terrena mulier, eius qui è cælis descendit pedes abluit. Tam copiosæ huius lachrymæ fuerunt, vt pedibus Christi lauandis suffecerint: & tamen adeò induruerunt peccatores vt ne guttulam quidem ex oculis emittant. Audimus & legimus quid ista fecit, & tamen quasi surda aure contemnimus. Nihil nos ista mouent? Nihil in quam incidimus necessitas? Nihil futuri iudicij timor? Nihil Dei opt. max. & Christi Iesu maiestas, quem toties offendimus, & ad iracundiam prouocauimus? Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, inquit Dauid. Idem Psal. 6. Lauabo

Interpret.& obseruat.morum.

per singulas noctes lectum meum, lachrymis stratum meum rigabo, Matth.5. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur, Matth.6. Væ tamen vobis quia flebitis. Nondum peccatis nostris renunciauimus, inquit Ambrosius, l.6. in Lucam cap. 31. Vbi sunt nostrę lachrymę, vbi gemitus, vbi fletus? Psalm.94. Venite adoremus & procidamus ante eum: ploremus ante Deum qui fecit nos, vt saltem ad pedes Iesu venire possimus. 5. Extrema mulieris humilitas demũ pãditur, vt quæ pedes capillis capitis sui tergebat.

Adeò non vestes tantum, non torques, non armillas, aut cetera huiusmodi tantum contemnit, sed & capillos capitis, quib⁹ in lasciuiam abusa fuerat. Ea de causa Esayas cap.3. filias Syon arguit: & erit, inquit, pro torpenti crine caluitium, pro zona funiculus, &c. 1. Timoth. 2. Volo mulieres, inquit Paulus, orare in habitu ornato, cùm verecundia & sobrietate, ornantes se, non intortis criminibus, aut auro, aut margaritis, aut veste pretiosa. Et 1.Pet 3. Mulieres subditæ sint viris suis, quorum non sit extrinsecus capillatura. forsan & ista his abusa fuerat: proinde capillos etiam Christo deuouet. Hoc enim in signum est ĕius quæ mundo renunciauit, si caput raserit, & capillos totunderit, in quibus quæ de mundo est gloriatur.

Obseruatio doctrinæ.

natum, quem immundam muliebrem conuenit dici. Ille in auro & argento, & gemmis & vestibus deputatur: iste in cura capilli & cutis, & earum partium quæ oculos trahunt. Alteri ambitionis crimen intẽdimus: alteri prostitutionis: vt iam hinc prospicias Dei ancilla quid ex his disciplinæ tuæ cõueniat, quæ de diuersis institutis censearis, scilicet humilitatis & castitatis. Idem libro de cultu fœminarum, In Deum, inquit, delinquũt, quę cutẽ medicaminibus vngunt, genas rubore maculãt, oculos fuligine collinunt. Displicet illis nimirum plastica Dei: in ipsis redarguunt, reprehendunt artificem omnium. Reprehendunt eum cùm emẽdant, cùm adjciũt: vtique ab aduersario artifice sumentes additamenta, id est, diabolo. Nã quis corpus monstraret mutare, nisi qui & hominis spiritum malitia transfigurauit? Ille indubitate huiusmodi ingenia concin-

Obseruatio doctrinæ.

concinnauit, vt in nobis quodammodo manus Deo inseret. Quod nascitur opus Dei est: ergo quod fingitur diaboli negotium est. Diuino operi Sathanæ ingenia superducere, quàm scelestum est! Serui nostri ab inimicis nostris nihil mutuantur: milites ab hoste Imperatoris sui nihil concupiscunt. De aduersario enim eius, in cuius manu sit, aliquid vsui postulare transgressio est. Christianus à malo illo adiuuabitur? Nescio an hoc ei nomen perseueret. Erit enim eius de cuius doctrinis instrui concupiscit. Quàm indignum nomine Christiano, faciem fictam gestare, quibus simplicitas animi indicitur: effigiem mentiri, quibus lingua non licet: appetere quod datum non sit, quibus alienum abstinendum: speciem exercere, quibus studium pudicitiæ est? Video quasdam & capillum croco vertere. Male ac pessime sibi auspicãtur flammeo capite: & decòrum putant quod inquinant. Atqui & detrimentum crinibus medicaminũ vis inurit, & cerebro perniciem etiam cuiuslibet synceri humoris assiduitas reseruat: tum solis animando capillo & siccando exoptabilis ardor. Sed enim dominus ait, Quis vestrum potest capillum atrum ex albo facere, aut album ex atro? Hæ quæ reuincunt Deum. Ecce, inquiunt, pro albo vel atro, flauum facimus gratiæ faciliorem: quamuis & atrum ex albo conantur facere, quas pænituit ad senectam vsque vixisse. Proh temeritatem! Erubescit ætas exoptata votis, &c. Quid crinibus vestris quiescere non licet, modo substrictis, modo relaxatis: modo suscitatis, modo elisis? Aliæ gestiunt in cincinnis coërcere: aliæ vt vagi & volucres elabantur non bona simplicitate. Affigitis præterea nescio quas enormitates: sutilium atque textilium capillamentorum. Mirum quod cõtra domini præcepta contenditur. Ad mẽsurã neminẽ sibi adjcere posse pronũciatũ est. Vos planè adjcitis ad pondus collyridas quasdã, sputorũ vmbilicos cervicibus astruẽdo.

Obseruatio doctrinæ.

Si non pudet enormitatis, pudeat inquinamenti: ne exuuias alieni capitis forsitan immũdi, forsan nocentis & Gehennæ destinati sancto & Christiano capiti suppares. Deus vos velari iubet, credo ne quarundam capita videantur. Atque vtinam miserrimus ego in illo die exultationis, vel inter calcanea vestra caput eleuem, videre an cum cerussa & purpurisso, & croco, & in illo ambitu capitis resurgatis: an taliter expictam, angeli in nubila subleuent obuiam Christo, &c. Hæc fusius è Tertulliano deprompsi, quo concionator habeat, quæ in id vitium acclamet. Si quæ sunt igitur quæ his pigmentis caput ementitæ sint, iam capillos, immò & omnia sua, vt & ista peccatrix Dei obsequio deputent.

Cur tondeantur virgines velandæ & Monachi.

Quæ mundo renunciauit non tãtum caput velare debet, ne nundinatitium illud esse videatur, vt docet Tertullianus libro de velandis virginibus, sed & capillum aut affectu tantum, aut etiam reipsa tondere. Immò, 1. Cor. 11. b. Si non velatur mulier, tondeatur, inquit Paulus. Hinc est quòd virgines cùm Deo sacrantur, tondentur, & imitatrices factæ, huius peccatricis se Christo dicantis, capillos pedibus Christi aduoluunt, ne amplius in illis gloriari videantur. Sic olim quoties vir aut mulier se Deo consecrabant, vt essent Nazarei, oblato pro eis sacrificio tondebantur. Hæc enim sunt verba domini ad Moysen, Numer. 6. d. Tunc tradetur Nazaræus ad ostium tabernaculi fœderis cæsariæ consecrationis suæ: tollétque capillos eius & ponet super ignem qui est suppositus sacrificio pacificorum. Sic consecrabatur Deo cæsaries. Proinde qui luctum actu, aut pœnitẽtiam fructuosam olim aut votum edituri erant, capillum tondebant, Ieremiæ 7. f. Tonde capillum tuum, & proijce & sume in directum planctum, &c. Micheæ 1. d. Decaluare & tondere super filios deliciarum tuarum: dilata caluitium tuum sicut aquila: quoniam captiui ducti sunt ex te, Iob. 1. d. Auditis de morte filiorum nunciis, scidit vestimenta sua, & tonso capite corruit in terram

Obseruatio doctrinæ.

ram, & adorauit & dixit. Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc, Act. 18. c. Paulus in Cenchris sibi totondit caput, quia habebat votum. Porrò qui Deo consecratur luctum agit perpetuum, donec in gaudium æternum veniat, & votum edit. Idcirco olim monastico instituto addicti prius tondebantur, vt docet D. Dionysius Areopagita, lib. Ecclesiast. Hierar. cap. 6. par. 2. parte verò 3. Tonsura, inquit, crinium, vitam mundissimam indicat & nulla figura fucatam: & quæ nullis fictis coloribus animi inductis deformitatem exornet: sed ipsa in seipsa non humanis venustatibus, sed singularibus & vnicis ad Dei exactissimam similitudinem properet.

Obseruat. doctrinæ.

Mysticus huius facti sensus.

D. Augustinus homil. 23. lib. 50. homil. mysticè quomodo peccatricem istam imitari possimus, aperit. Securæ, inquit, quelibet anima à multa nequitia per domini gratiam se liberandam, tanquam immunda prostitutione mundanda in Ecclesiam credat: accedat ad pedes domini, &c. Pedes domini, Prædicatores Euangelij. Capilli mulieris, superfluæ possessiones. Tergat capillis, tergat prorsus, operetur misericordiam: & cùm terserit,

Interpret. & obseru. morum.

Et osculabatur pedes eius.

En ardentissimus in Christum amor. Solemus enim eos, quos intimè amamus, amplecti & osculari. Ore superba dixerat, sed pedes domini osculans, hoc in redemptoris sui vestigia figebat. Potuit osculis abuti in concupiscentiam carnis: Nunc quia lachrymæ sunt satisfactionis documentum, oscula sunt recõciliationis inditia. Et nos quoque adoremus scabellũ pedum eius, quoniam sanctum est: osculemur eius vestigia, crucem eius amplectamur, vt & hic veniam delictorum inuenire possimus.

7. Et vnguento vngebat: quæ prius vnguentis delibuta carnis delicias secuta fuerat. Sic meretrix, Prouerb. 7. Perfudi, inquit, lectulũ meum mirrha: aspersi cubile meum aloe & cynnamomo. Hinc Horat.

Interpret. & obseru. morum. Obseruat. doctrinæ.

Quis multa gracilis te puer in rosa
Perfusus liquidis vrget odoribus?

Riserunt vtique etiã Gentiles hanc effrenatæ lasciuiæ tesseram. Martialis Epigram. lib. 2.

Hoc mihi suspectũ est, quod oles benè
Posthume, semper.
Posthume, non benè olet, qui bene
semper olet.

Et lib. 6. ad Coracinũ. Malo quàm benè olere, nihil olere. Produnt vtique hæc animum lubricum & meretricium. Amos 6. Væ vnguẽto delibutis. Peccatrix igitur quod à diaboli famulatu se subducit, vt Dei seruitio se dedicet, vnguenta & capillos & oscula pedibus Christi offert: & quasi è naufragio libera, hæc, vt olim votiua Neptuno tabula parieti appendebantur, in gratiarum actionem consecrat, Rom. 6. Sicut exibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exibete seruire iustitiæ in sanctificationẽ, ait Paulus. Quot ergo ista in se habuit oblectamẽta, inquit Gregorius, tot de se inuenit holocausta. Conuertit ad virtutum numerum, numerum criminum, vt totum seruiret Deo in pœnitentia, quicquid ex se Deum contempserat in culpa. Sed hoc Pharisæus intuens despicit: & non solum venientem peccatricem mulierem, sed etiam suscipientem dominum reprehendit.

osculetur: accipiat pacem, vt habeat charitatem. Beda lib. 2. in Lucam paulo aliter interpretatur. 1. Per Pharisæum, Iudaicum populum: 2. domum Pharisæi, ipsam legis Prophetarúmque custodiam. 3. Discubitum Christi, formæ seruilis assumptionem: 4. vnguentum, bonam de nobis opinionẽ, emergentẽ è bonis operibus: 5. Secus pedes domini stare, eius vestigia sequi. 6. Rigare pedes eius, sanctis in tribulatione compati. 7. Capillis tergere, sanctis de bonis nostris subuenire. 8. osculari, eos diligere quibus subuenerimus. Eadem habes apud D. Gregorium Papam, hom. 33. in Euangelia.

Videns enim Pharisæus qui vocauerat eum, ait intra se, &c.

Pharisæi

Interpretatio & obseruatio morum.

- Pharisæi describitur,
  - 1. præsumentis inhumanitas qui
    - 1. non compatitur ploranti.
      - 1. videns autem.
    - 2. derogat hospitalitati, accusando Christũ quem inuitarat.
      - 2. qui vocauerat eum.
  - 2. murmurantis malignitas,
    - Ait enim intra se murmurans, scilic. in hospitẽ suum. 1. Petr. 4. hospitales inuicem sine murmuratione.
  - 3. Eiusdem temerariũ iudiciũ.
    - 1. de Saluatore.
    - 2. de pœnitente.
      - 1. in persona.
      - 2. ĩ vita.
      - dicẽs,
        - 1. Profecto hic si esset Propheta sciret vtiq;,
        - 2. quæ.
        - 3. & qualis est mulier quæ t. c.

Magna igitur Pharisæi istius est inhumanitas. Nam qui flere cum flentibus debuerat & peccatrici cõpati, Christũmq; vt eius misereretur prouocare, impius etiã in Christũ murmurat, dicẽs.

Hic si esset Propheta, sciret vtique quæ & qualis est mulier quæ tangit eum, quia peccatrix est.

De duobus Christum arguit. 1. de ambitione, vt qui permiserit se Prophetam à populo nuncupari, cùm tamen non sit. 2. de ignorantia quod permittat se contrectari à peccatrice quam ignorat. Quasi ratiocinationem sic erigat.

Nullus Propheta permittit se ab ea tangi quam peccatricem esse cognoscit. Hic autem id sibi fieri permittit, Non est ergo Propheta.

Interpretatio & obseruatio morum.

Porro quis nō fucum Pharisaicum videat? Quis enim Prophetarum non pœnitentiam prędicauit, facilémque se peccatoribus, vt eos lucraretur, reddidit? Eccl. 7. Ne desis plorantibus in consolatione. Iob. 30. flebam, inquit, quondam super eo qui afflictus erat. Immò Moyses, dele me, inquit, de libro vitæ, & remitte eis hanc noxam. Tanto in peccatores ferebatur amore, Galat. 6. Considera teipsum ne & tu tenteris. Ecce verò Pharisæus veraciter apud se superbus, & fallaciter iustus ægram reprehendit de ægritudine, medicum de subuentione, inquit Gregorius Papa: qui ipse quoque elationis vulnere ægrotabat & laborabat: alter verò in febre carnis, & sensum perdiderat mentis. Sed inter hæc nos gemitus cogit quosdam nostri ordinis viros intueri: qui sacerdotali officio prædiri si quid fortasse iustè exterius vel tenuiter egerint, protinus subiectos despiciūt, & peccatores quosque in plebe positos dedignantur, eísque compati culpam suam confitentibus nolunt: ac Pharisæi more à peccatore tangi despiciunt. Porrò semper necesse est, vt cùm peccatores quosque conspicimus, nosmetipsos prius in illorum calamitate defleamus, quia fortasse in similibus aut lapsi sumus, aut labi possumus, si lapsi nō sumus, 1. Cor. 10. Qui stat videat ne cadat. Petrus Chrisologus sermone 94. Errat igitur longè mea quidem sententia Pharisæus. Mulieris malæ tactus, vrit malè conscium, suspectum notat, hominem malæ voluntatis infamat. Ceterum peccatrix sit bona, sancta, innocens, cùm tetigerit veniæ largitorem. Stercora contingunt, sed non inquināt solem: medicum cùm tangit vulnera, putredo non polluit: Iudicem quamuis tāgat reus, non potest maculare cùm supplicat. Sic peccator cùm dominum tangit, non dominum sordidat, sed ipse & peccato caret omni, & rapit subito sanctitatē. Probat hoc mulier in profluuio sanguinis constituta, quæ vt tangit fimbriam domini, non fimbriam polluit: sed ipsa mox inquinamento vetustæ caruit passionis. Impius igitur Pharisæus iste, vt qui peccatricem à medico arcendam putet, sitientem à fonte, moribundam à vita, & hinc sibi prætextū quærat, quòd à peccatoribus Prophetæ & optimi viri abstinere debeant. Vnde non tantum Christum Prophetam esse negat, sed & impuritatis notam inurit, & se iustum sic arbitratur, vt se supra Christum efferat, vt qui nunquam permissurus sit se à peccatrice tangi. Pientissimus verò dominus huius causam suscipit: vt doceat

Interpretatio & obseruatio morum.

ceat peccatorem animum non despōdere, etiam si à quibusdam aut ieiunans, aut cilicium gerens, aut peccata sua confitens, aut alios producens pœnitentiæ fructus, à carnalibus hominibus, etiam à libertinis hæreticis rideatur. Addit igitur Euangelista,

Et respondens Iesus dixit ad illum, Symon, habeo tibi aliquid dicere.

Ancipitem quid velit retinens, etiam ad aures dictis arrigendas paratiorem reddit. Vocat ex nomine Symonem, ad conciliandam beneuolentiam. Potuisset enim vocare Pharisæum hypocritam & murmuratorem: sed nouit vt peritus chirurgus quando lenibus & quando acribus remediis vtendum sit: Suo hoc nos docens exemplo, vt oportune & importune increpemus & obsecremus errantes, vt ad viam veritatis redeant. Nec enim semper & vbique commoda est asperitas. Habeo tibi aliquid dicere. Parat attentionem ab vtilitate & fructu quæstionis, ceu narrationis. Quasi dicat: Quædam ego ad tuam vtilitatem allaturus sum. Proinde, Ille ait, Magister dic. Magistrum vocat, quem Prophetam esse denegarat. Mos enim hypocritarum est lenibus verbis aliquem prodere. Dixit ergo Iesus.

Duo debitores erāt cuidam fœneratori: vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtrisque.

Rem ipsam attingit Christus, & quod Symon illi derogabat, sibi tamen inesse testatur. Docet enim se cordis secreta agnoscere, cùm murmur Pharisæi palam faciat: proinde illum impie gessisse dicēdo. Hic si esset Propheta, sciret vtique, &c. Ceterum pro more parabola vtitur, vt suo ipsius ore Symonem condemnet. Sic Nathan excitata de oue parabola, Dauidem ad reatus sui agnitionem deduxit. Sic Dauid Psal. 77. Aperiam, inquit, in parabolis os meum. Id verò Christo fuit vsitatissimum: maximè verò cum turbis loqueretur, Matth. 13. Porro quattuor hac parabola insinuat, 1. Contractum in fœnerando: 2. Debitorū differētiam. 3. Impotentiam in soluendo. 4. & saluatoris quæstionem quis creditorū plus diligat. Primo igitur fœnerator Deus est: 1. qui pro culpa momentanea pœnam æternā exigit, & pro donis gratiarum vitam æternam, Matth. 19. Quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, & ego veniens cum vsuris exegissem illam? 2. Aut fœnerator dicitur. quòd nos velit accepta gratia multi-

plices fructus fidei, pœnitẽtiæ & bonorum operum illi reddere. Proinde nisi pietatis fructus illi persoluerimus, peccatum incurrimus: vnde & per peccatum illi debitores sumus.

2. Debita igitur sunt peccata, inquit Tertullianus lib. de oratione, quod perinde iudicio debeatur, nec euadat iustitiam exactionis, nisi donetur exactio. Petrus Chrisologus sermone 49. Vis scire homo quid Deo debeas? Quod factus es, Dei creditum est: quod es rationis capax, Dei fœnus est: quod discretionẽ mali, maliue possides, accepisti: & quod viuendi normã acceperis, per chirographũ legis, stipulanti Deo spopondisse te non potes diffiteri. Sed dum per vitia carnis, in lutum instar suis demergeris, & diuinæ legis substantiam dissipas, factus es gloriosi fœnoris debitor luctuosus: cui deficientibus virtutum lucris, criminum multiplicatur vsura.

3. Duo debitores sunt Maria & Pharisæus. Is qui denarios quingentos debebat. Maria est, quæ multum peccauerat. Is qui quinquaginta, Symonem significat: non quasi parum peccasset, sed quod se parum peccasse arbitraretur. Pharisæorum enim omnium est se iustos esse arbitrari.

4. Neuter habet vnde reddat, quia nemo ex se potest vel pro minimo peccato satisfacere. 1. Cor. 4. Quid enim habes homo quod non accepisti? Esay. 26. Omnia opera operatus es in nobis domine.

5. donat vtrisque. 1. Tempus ad pœnitentiam, Romanor. 2. An ignoras, ô homo quòd Dei benignitas te ad pœnitentiam adducit? 2. Precium ad redemptionem. Gratis enim venundati estis, & gratis redimemini. 3. Gratiam ad exercendos pœnitentiæ fructus. Nemo enim venire potest ad me, ait Christus, nisi Pater qui misit me traxerit eum. 4. Charitatem ad merendam vitam æternam, Rom. 6. Charitas diffusa est in cordibus nostris. Casu demum proposito quæstionem format, dicens.

Quis ergo duorum debitorum eum plus diligit?

Id est, plus diligere tenetur, cum vtrisque donauerit?

Et respondens Symon dixit, Estimo quia is, cui plus donauit. Magis enim fœneratori obligatus est, At ille dixit ei, Recte iudicasti. Iam suo ore constringit Symonem, qui mos familiarissimus erat Christo. Sic Matth. 23. Cuius est imago

hæc

hæc & superscripsio? Baptisma Ioannis vnde erat? Et Christus, Cuius filius est?

Cornu bos capitur, voce ligatur homo.

Et conuersus ad mulierem, dixit Symoni, Vides hanc mulierem? Quod generaliter assumpserat, iam ad rem accommodat. Conuertitur autem ad mulierem, vt & propter eam hæc dici insinuet, & doceat se ad pœnitentes conuerti. Zachar. 1. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Vides, ait, quam videre contemnebas, & in quam murmurabas.

Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti. Hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis suis tersit.

Beneficium gratiæ collatæ Pharisæo adducit, quo enim ingratum & inciuilem colligat. Quasi dicat: Rogatus intraui in domum tuam, cùm alioquin possem tibi meam præsentiam & colloquiũ denegare: tu verò ne hospitalitatis quidem minimum exeruisti. Cùm enim mos sit Palestinis aquam pedibus lauandis præbere, tu ne quidem id præstitisti: immò in mulierem murmuras, quæ nullo à me donata beneficio, lachrymis, quæ omnem etiam pretiosissimum liquorem superant, eos rigauit: & capillis dignioribus quouis sudario, absterſit. Ceterum quod lauare pedes, ius hospitalitatis sit, patet in Abraham qui angelis: Afferam, inquit, pauxillum aquæ, & lauentur pedes vestri, Genes. 18. Et 1. Timoth. 5. Si sanctorum pedes lauit vidua, eligatur.

2. Osculum mihi non dedisti: cùm tamen eo excipiantur hospites, in signum charitatis & pacis. Sic & olim Christiani seipsos inuicẽ in osculo sancto salutabant. Sic Act. 20. Rom. vlt.

Hæc autem ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes meos.

Et hoc illi ad maiorem & humilitatis & dilectionis cumulum, quod pedibus ipsis & aduoluta sit, & eos non semel tantum, sed continuo sit osculata: cùm tu ne os quidem meum contingere dignatus sis.

Interpretatio & obseruatio morum.

Oleo caput meum non vnxisti. Quod familiare erat Palestinis, vt diximus in prima die cinerum homilia.

Hæc autem vnguento vnxit pedes meos.

Vide quàm dignius sit vnguentum oleo, & pedes capite contemptibiliores: & intelliges quātū hæc dilectione te superauerit.

Propter quod dico tibi, remittuntur ei peccata multa quia dilexit multum. 1.Pet.4. Charitas enim operit multitudinem peccatorum. 1.Ioan.3. Sic nos translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres, Colos.3. Super omnia igitur charitatem habete, quod est vinculum perfectionis.

Cui autem minus dimittitur, vt Phariseo, cui remissa peccata non sunt, quod se minus peccatorem agnoscat, minus diligit. Nec enim charitate, sed fastu & arrogantia fertur.

Dixit autem ad illam, Remittuntur tibi peccata tua.

Audiuimus peccatricis conuersionem, nunc saluatoris erga ipsam miseratio exprimitur. Tria verò hîc panduntur. 1. Diuinæ misericordiæ exibitio. 2. Malitiæ assistentium ostensio. 3. Mulieris fidei commendatio. 1. Miseratio est, quòd ait Christus, Remittuntur, &c. Sic in curatione paralytici locutus est. Nec ait, Ego remitto: cùm posset, vt doceret humilitatem sectari, & scandalum vitare. Verbum vrique consolatorium, Remittuntur. Vt Deus olim: fiat lux. Et vt testetur in ictu oculi se eam à labe interna mundare, Ioan.20. Sic prædicatur in nomine eius pœnitentia in remissionem peccatorum, Act.17.& 10.

Et cœperunt qui simul accumbebant, dicere intra se, Quis est hic qui etiam peccata dimittit?

Vident hominem: ideo interrogant & murmurant, non intelligentes quòd verè Deus esset. Legerant Deum dixisse, Esay.44. Ego sum: ego sum qui deleo iniquitates propter me: Nec intelligebant quod Christo duobus modis cōuenit peccata remittere. Primo authoritatiue, vt Deus. 2. Ministerialiter per excellentiam & meritum, vt homini. Nam vt Apostolus vocat Christum ministrum circuncisionis, ad complendas promissiones patrum, ita docet illum spiritualem circuncisionem perficere, per remissionem & expurgationem delictorum.

Dixit

Interpretat. & obseruat. morum.

Dixit autem ad mulierem, fides tua te saluam fecit. Vade in pace. Nihil sollicita quod isti dicant, cùm assequaris quod totis votis optabas. Ceterū, fides saluat, saluat & Christus: nec tamen sibi derogat Christus, cùm fidem saluare ait. Saluat enim Christus meritoriè & per redemptionem & virtutem. Saluat fides, sacramenta, pœnitentia, ieiunium, &c. vt media. Quia per hæc & propter hæc nobis salus rependitur.

ORATIO.

DOmine Iesu Christe benignissime qui peccatricem ad te recurrentem, nihil conuiuas, sed tantum seipsam erubescentem, lachrymis pedes tuos rigantem, capillis tergentem, amplexantem, & pretioso vnguento vngentem benigne excepisti: eámque in murmurantem Pharisæum protexisti: immo recumbentium contempto murmure palam eius peccata remissa esse testatus es: Sonet quæso vox tua illa in auribus meis, remittuntur tibi peccata tua. Nam & me edax conscientiæ vermis corrodit: mihi semper ob oculos diu noctúque delicta iuuētutis obuersantur, me torquent: & nisi tuæ immensæ bonitati inniterer, malus me dæmon in desperationis præcipitium conijceret. Sed tua hæc in peccatricem pietas me releuat. Proinde pientissime Iesu, dona mihi debita mea: nec enim habeo vnde reddam. Da pœnitentiæ locum & tempus. Infunde gratiam & charitatem vt quanto plura miserrimo mihi peccatori debita remiseris, tāto te feruentissima dilectione prosequar. Amen.

FERIA SEXTA POST DOMINICAM IN PASSIONE.

Euangelium scribitur *Ioan.* 11.

Collegerunt &cet.

Introduct. in Euang.

NVsquam dormit, sed semper vigilat impietas. Hic est quod furias

Interpretat. & obseruat. morum.

HAbent vim hæc omnia. 1. Quod coactum est concilium, 2. quod à Pontificibus, 3. quod cōtra Christum. Primum quidem ex

Interpretat. & obseruat. morum.

hoc etiam loco discimus Pontificũ esse concilia inire & cogere, cùm id munus spirituale & Ecclesiasticum cõcernat: vt docet Marcellinus Papa in decreto: & Ægyptiorum Episcopi ad Fœlicem ad Romanũ Pontificem. Basilius epistola, 51. & August. epist. 90. Proinde generalia concilia inconsulto Romano Pontifice coacta non sunt, vt sancti illi patres docuerunt. Sed rerum ordo mutatur, quod concilium initur in Iesum: quod pro tuendo Iesu congregari debuerat. Sed & de hoc cõcilio prædixerat Dauid Psal. 2. Astiterunt reges terræ, & principes cõuenerunt in vnum aduersus dominum, & aduersus Christũ eius. Hoc præuiderat Iacob moriturus. Hic enim Gene. 49. Symeon (inquit) & Leui vasa iniquitatis bellantia: In concilium eorum nõ veniat anima mea, quia in furore suo occiderunt virum Christum. Nam ex tribu Leui Põtifices: ex tribu Symeon Pharisæi erant. Propterea Esaias cap. 8. cùm dixisset: omnia quæ loquitur populus coniuratio est, addit, Ipse erit vobis in sanctificationem in lapidem autem offensionis, & petram scandali, duabus domibus Israël, in laqueum, & in ruinam habitãtibus Hierusalem. Nimirum per duas domos Symeon & Leui intelligens: seu Pontifices & Pharisæos Christi aduersarios. Idem præcinuerat Ieremias cap. 11. Cõcitauerunt super me concilia dicentes: Mittamus lignum

Obseruatio doctrinæ.

olim Poëtæ noctis & tenebrarum principes vocitarũt: eásque pinu anguiconio, necnon crinibus serpentinis omnia sibilis implere finxerunt. Sic enim Virgilius ipso insunt limine inferni, inquit, (lib. 6. Æneid.)

Ferreique Eumenidũ thalami & discordia demens

Vipereum crinem vittis innexa cruentis.

In medio ramos annosaq; brachia pandit

Vlmus opaca, ingens: quam sedem Somnia vulgo.

Vana tenere ferunt. Hoc ipso scilicet Morphei comites censentur, quod etiam tum homines torquere soleant, cũ quiescere deberent. Illud facile est experiri in Pontificibus & Pharisæis. Illi enim quod Christus aduenisset, lætari & exultare debuissent: at verò quod furiis inuidiæ & malitiæ feruntur, nunquã quiescunt: sed nunc apud se murmurant, nunc & in Christum concilia ineunt vt eum morti tradant. Animo vtique

Obseruatio doctrinæ.

vtique maximè perplexi: vt qui exclament medio in conuẽtu. Quid facimus? quia hic homo multa signa facit. Ceterum, concilium hoc quando initum fuerit, liquet ex Euãgelij discursu. Prius enim narrauit Ioannes suscitatũ fuisse Lazarum, Pharisæos verò tandem liuore gloriosæ Christi famæ percitos concilium cõgregasse: quod, vt Ammonius Alexandrinus & Tatianus obseruant, cõtigit anno Christi ætatis trigesimo tertio, mense vno & 19. diebus. Februarij. 3. Aliud quippe cõcilium postmodum inierunt etiam in Christum, 23. die Martij, feria nimirũ tertia ante paßionem, tum cùm Iudas precio statuto, dominũ vendidit.

Summa.

Porro hodiernum Euangelium quattuor complectitur.

1. *Principum congregationẽ contra Christum.*

2. *Eorum deliberationẽ: maximè verò Cayphæ malitiã.*

Interpretat. & obseruat. morum.

gnum in panem eius: id est lignum crucis in carnem eius: vt Tertullianus lib. contra Iudæos, & lib. 4. cõtra Marcionẽ doctè interpretatur. Idem concilium fuse descripsit Salomon, Sapien. 2. Dixerunt impij cogitantes apud se non rectè, Circumueniamus iustum (Christum) quoniam inutilis est nobis (detegẽs & hypocrisin & auaritiam nostrã) & contrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ. (Dicens, Corrupistis mãdatum Dei propter traditionẽ vestram Matth. 15.) Promittit se scientiam habere Dei, & filium Dei se nominat. Typus quoque huius concilij præhabitus est in Ioseph fratribus (Gene. 37.) consulentibus & deliberãtibus quid de Ioseph agẽdum. Chrysost. homil. 73. in Ioannem. Cùm admirari, inquit, & obstupescere oporteret ipsum qui suscitauerat, interficere voluerunt. O amentiam! qui in aliis corporibus mortem vicerat, ei mortem inferre arbitrabantur. Accedit quoque ad delicti grauitatem quòd non simplex & rudis populus, sed qui se claues sciẽtiæ habere iactabãt, in Christum eriguntur. Adeo scientia inflat. Et, Non multi sapientes, &cet. Infirma enim mundi elegit Deus. Proinde ne tu mihi ostentes hæreticosquosdã peritos, quasi hic immobile illorũ fidei trahas argumẽtum.

Interpretat. & obseruat. morum.

Excæcauit eos sua malitia. En Scribas, Pontifices & Pharisæos Christi aduersarios. Idcirco noli altum sapere, sed time.

Et dicebant, Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Prima quidem fronte malignantium concilium hoc esse apparet. Christo enim inuident, 1. quòd multa miracula faciat: vnde plebs eum vniuersa sequatur. 2. Sed & auaritia laborant, quòd lucra sua in dies decrescere, Christum etiam vendentes & ementes in templi aditu eiecisse viderint. 3. Sed & vindictam in Christum moliuntur, quod peccata eorum detegeret. Matth. 23. & tot væ in eos inclamasset. Hinc dicunt, Quid facimus? Vbi mens nostra? Vbi concilium? Vbi astutia? Vbi potestas? Quin ei resistimus? Quin silentiũ imponimus, aut pœna mulctamus? quia hic homo multa signa facit. Inuidia rũpuntur. Nec enim negare possunt signa & miracula Christi. Videt enim ea, & quasi manu contrectant: indurescunt tamen sicut & olim Pharao. Exod. 4. & 5. & nunc hæretici: etsi in promptu habeant apertissima nostræ fidei documenta. Videntes non vident, & audientes non audiunt. Excandescunt Pharisæi, & quod recto iure assequi non possunt, vi rapere moliuntur. Hominem vocant per contemptum: quem tamen Deum esse ex apertissimis signis cognoscere

Obseruatio doctrinæ.

3. *Indultum Cayphæ Prophetiæ donum.*

4. *Principum & totius cõcilij de Christo occidendo cõclusionem.*

Obseruatio doctrinæ.

Concilia à Christo authoritatem habent. Matth. 18. Si duo vel tres &c. ab Apostolis celebrata: vt Hierosolymis Act. 15. Ab Ecclesia quoties quid reformandum occurrit repetita. D. Gregorius Papa in registro lib. 1. cap. 24. & lib. 2. cap. 49. Et lib. 3. cap. 33. se quattuor concilia œcumenica quæ suam ætatem præcesserũt venerari dicit vt quattuor Euangelia: quorum fidei si quis addere vel diminuere aliquid voluerit, anathemate feriatur. Leo epistola 78. Audiendi, inquit, non sunt qui denuo de his referri volunt, de quibus decreta conciliorum intercesserunt. Sic Socrates lib. 2. Eccles. histor. cap. 20. Athanasius apol. 2. à conciliis desumpta, maxime vero à concilio Niceno, non esse reuocanda in dubium

Obseruatio doctrinæ.

dubium docet. Chalcedonensis Synodus Act. 3. recenset Valentiniani Imperatoris & collegæ ipsius Martiani edictum: quo prohibetur post tot sacerdotum sententiam, opinioni suæ aliquid tractandũ relinquere. Fateor fuisse quædam concilia vt Seleuciæ & Arrimini, sed inita subdole, non consulto Romano Pontifice: & hæc vtique prouincialia fuerũt, non œcumenica: quæ non eo ordine coacta sunt, quo debuerunt. Proinde nihil mirum si hæreseos conuincantur. Sicut nec mirum est quod concilium istud Põtificum mortem Christi statuit, quod nec eo animi motu, nec subiecto, nec ordine coactum est quo debuit.

Interpretat. & obseruat. morum.

scere poterãt, vt Chrysostomus obseruat. Homo hic, aiunt, non Christus, non Iesus, sed homo hic, cuius nomen erubescunt.

Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum.

Timent quod optare debuerant. Quid enim optabilius, immo etiam necessarium magis quam credere in Christum? Dixerat nimirũ Martha & Mariæ antequam Lazarum suscitaret, Qui credit in me, etiã si mortuus fuerit, viuet. Videbant ad eum confluentem populum, & nunc acclamantem, quia Propheta magnus surrexit in nobis: Nunc dicentem, aliquem ex Prophetis rediuiuum esse. Nunc ipsum Messiam esse fatẽtem. Verentur ergo ne omnes in eũ credant, non quod aliquid mali de Christo suspicentur, sed timent ne suo loco & honore priuentur. Aiũt enim, venient Romani, & tollent nostrum locum & gẽtem. Conspiciebant Romanos eis dominari, se illis esse tributarios, præsidiarios in Iudæa deputatos, qui cauerent ne quis sibi regiam dignitatem inconsulto senatu arrogaret, alioquin sæuituri erant in omnes Iudæos: hinc illis ansa esset timendi, ne si tandẽ omnis plebs post Christum adeat, eum regem creet, & proinde Romani veniant. Quasi verò Christus dignitates aucuparetur, qui humiliauit & exinaniuit semetipsum vsque ad mortem. Philipen. 2.

& tollent locum nostrum, scilicet templum, de quo. 2. Paralipom. 26. Elegi & sanctificaui mihi locum istum. Et gentem, vel nationem nostram captiuitantes, aut transferentes, aut vbilibet perimentes: Sicut & sub Assuero fieri sollicitarat Aman.

Interpretat. & obseruat. morum.

Hester 5. & 6. Porro obserua non temerè istos opinari Christum futurum regem: hócque ipso de impietate cognouerint: vt qui ipsum Messyam esse agnouerint, nec tamen reueriti sint. Legerãt enim Prophetas regem Messyam vocare. Esai. 33. Dominus rex noster: legifer noster. Esa. 9. Cuius imperium multiplex super humerum eius. Ierem. 23. Regnabit rex, & sapiens erit: & faciet iudicium & iustitiam in terra. Daniel. 2. & 3. Regnabit: & regnum eius regnum quod non destruetur. Psal. 2. Reges eos in virga ferrea. Psal. 71. Deus iudicium tuum regi da. Sed impij maluerunt Cæsarem regnare, ne quid illis lucri deperiret. Dixerunt enim Pilato Ioan. 19. Non habemus regem nisi Cæsarem. Quod legerant ergo de Messya in memoriam reuocant, nec intelligunt miserrimi quod regnum Christi non est de hoc mundo: non terrenum, sed cæleste: non temporale sed æternum: non corporale sed spirituale. Quid ergo timent ne Romani veniant? Et quanã gratia dicant queso (ait Cyrillus Alexand. lib. 8. in Ioan. cap. 1.) putabunt Romani Christum sibi Iudæorum regnum ac tyrannidem vendicare velle? Nunquid seditionem docebat, aut discessionem à Romanis? Nunquid dissuadebat censum dari Cæsari, aut pendi illi tributum? Nonne regẽ ipsum facere voluistis, & renuit? Nonne humilem & abiectam in paupertate vixit vitam? Nonne & domo, & aliis huiusmodi ad vitam necessariis caruit? Nunquid satellitibus armatis stipabatur? Nunquid muniebat armis & propugnaculis? Nũquid solitudines obsidebat, aut denso militũ agmine grassabatur in populum? Non Christi doctrina, conuersatio in terris, miraculorum operatio, & credentium in ipsum multitudo, vobis ô Iudæi captiuitatis causa fuit, sed longe alia. Huius námque captiuitatis factæ, & ante captiuitatis Babylonicæ. 4. Reg. 25. & Anthiochenæ quæ sub Anthiocho facta est, 1. Machabæ. 1. (vt incendium Sodomæ & Gomorrhæ) non fuit causa quod apud vos boni viri diuersabãtur: sed qui mali & iniusti & Deum prouocantes inter vos habitabant, ob quorum scelera venit super vos Dei indignatio. Verum enim vero inuidia nihil videt, sed cęcat animam. Nonne Iesus mansuetudinem docuit? Nonne alapis cæsos non vlcisci? Nonne ad perferendum, quàm ad inferendum aliis malum nos promptiores esse debere admonuit? Hæc sane omnia non constituentis tyrannidem, sed tollentis potius sunt opera, atque officia, & ipsam penitus damnantis. Proinde facienti nequis-

Interpretat. & obseruat. morum.

ti nequissimum concilium, super ipsum deuoluetur, & non agnoscet vnde adueniet illi. Eccl. 27. Confundentur eorum cogitationes, vt & olim consilia Achitophel. Quod nimirum isti metuebant illud euenit, adeo vt prophetasse videantur.

Nam & omnes postmodũ etiam Gentiles, crediderunt in Christum Iesum, & venerunt Titus & Vespasianus Imperatores Romani, cum magno exercitu, diéque Paschali ciuitatem obsederunt: tandem templum funditus cum ipsa Hierosolyma euerterunt, & aliis interemptis, residuos Iudæos captiuos duxerunt. Vt abũdè narrat Iosephus Iudæus libris suis de bello Iudaico. Tum impleta hæc Christi fuerunt verba Matth. 21. Veniet super vos omnis sanguis iustus, &c. Impletæ sunt Prophetiæ, vt Numer. 24. Venient in triremibus de Italia & superabunt Assyrios, vastabúntque Hebræos. Et Deute. 28. Adducet dominus super te gentem de longinquo, in similitudinem aquilæ volantis. Amos 2. super tribus, & cetera.

Vnus autem ex ipsis Cayphas nomine, cùm esset pontifex anni illius, dixit eis.

Iam consilium Cayphæ exprimitur. 1. Nec abs re nomen eius recensetur, quod viro satis conueniat, vt obseruat Thomas Aquinas lect. 7. in caput vndecimum Ioan. Cayphas enim primum interpretatur inuestigans, quod eius præsumptionem insinuat. Prouerb. 25. Qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. Præsumpsit enim cùm dixit, Adiuro te per Deũ viuũ, &c. Secundo interpretatur sagax: quod illius astutiã satis declarat in procuranda Christi morte. 3. Interpretatur ore vomẽs qd exprimit eius stultitiã. Prob. 10. Sicut canis qui reuertitur advomitũ. Secũdo ex dignitate quoq; describitur: quia Põtifex anni illius. Circa quod sciendũ est quòd, vt habetur Exod. 28. Dominus constituit vnum summũ sacerdotẽ,

Obseruatio doctrinæ.

D. Thomas Aquinas lect. 7. in Ioan. cap. 11. obseruat, 1. Nonnullos loqui instinctu Spiritussancti, vel dæmonis, arreptitiæ, suspẽso rationis vsu: In aliis rationis vsum manere. Dæmonem autem habere potestatem imprimendi in fantasiam, cùm sit potẽtia affixa organo. Spiritũs. mouere etiã malos cõstitutos in dignitate, ad loquendum aliqua vera & futura pro vtilitate

Interpretat. & obseruat. morum.

Obseruatio doctrinæ.

cui mortuo alter succederet, qui per totam vitã Põtificij officium exerceret. Postmodum autem crescente ambitione & contentione inter Iudæos, statutum est vt successiue & annuatim pontificij potestas administraretur: immo & pecunia compararetur. Sic enim Cayphas, vt refert Iosephus lib. antiquitatũ Iud. in hoc culmen peruenerat, precio Herodi dato. Et hãc morum corruptelam tum Synagogæ irrepsisse haud difficile est ex Machabeorum historia deprehendere, inquit Cyrillus Alexand. lib. 8. in Ioan. cap. 2. vbi nonnulli memorantur ad summum sacerdotium data grandi pecunia cõtendisse. 2. Machab. 4.

Sua igitur interesse putat Cayphas, quod sibi aliquid de lucro decidit. Mercenarius est, nec ei cura est de ouibus, nisi vt rapiat & deglubat, vt dicitur Ezech. 33. Proinde fuco quodam malitiam suam obuelat.

subditorum. sed tamen secũdum Origenem non sequitur quod quicunque prophetat, sit Propheta. Nã alicui quãdoque conceditur actus alicuius rei, cuius tamen conditio ei non conceditur. Sicut nõ quicunque facit aliquid iustum, est iustus: sed qui iustus est iusta facit. 2. Notat & duplicem actum concurrere vt aliquis Prophetet. 1. videre. Sic olim Prophetæ videntes dicebantur. 1. Reg. 9. 2. annunciare. 1. Corin. 14. Propheta omnibus loquitur ad ædificationem. Denunciatio verò tãtum fuit in Cayphã, non visio.

Ait enim: Vos nescitis quicquam. Hoc ambitionis est, quod solus sibi sapere videatur.

Nec cogitatis: quia expedit vobis, vt vnus homo moriatur pro populo, & non tota gens pereat.

Quasi absumpto Christo non perituri sint Iudæi: quorum ruinam Christus defleuit Luc. 19. Flocci facit innocẽtis vnius mortem: quod & tritum est magnatibus: quod faciunt vt, inquiunt, ex malo eueniat bonum. Nec intelligunt sanguinem Abel de terra clamare. Genes. 4. Sanguinem Zachariæ expostulatum à Ioas tunc rege, cum vitæ ipsius dispendio. Naboth mortis pœnas luisse. Iesabel cum discerpta est à canibus, &cet. 3. Reg. 21.

Licet tamen apud Caypham hunc sensum habeant hæc verba, vt putet quietum à Romanorum insultibus populum, si Christus morti adiudicetur: aliter tamen à Spiritusancto interpretabatur.

Hic igitur

Interpretat. & obseruat. morum.

Hic igitur obserua nihil mirum si vnam & eandem scripturam torqueãt hæretici in Christum, & in Ecclesiam: quam nos pro Christo & pro Ecclesia sumimus.

Hoc autem à semetipso non dixit: sed cùm esset Pontifex anni illius, prophetauit.

Vides quanta sit Pontificalis potestatis virtus? ait Chrysosto. homil. 64. in Ioannem. Quum enim Põtifex esset, licet indignus, prophetauit: nescius tamen quid diceret, & os tãtum gratia: non autem scelestum cor attigit. Multi præterea alij futura prædixerunt indigni. Nabuchodonosor. Daniel. 2. a. Pharao, Genes. 41. Balaam, Numer. 24. Saul, 1. Reg. 10. & omnium causa manifesta. Vt intelligamus Deum (2. Corin. 4) reponere thesaurum istum in vasis fictilib⁹: & sublimitas sit virtus Dei. Sed quid prophetauit?

Quòd Iesus moriturus esset pro gente: & non tantum pro gente: sed vt filios Dei qui erant dispersi cõgregaret.

Gentem vocat Iudaicam nationem, eo sensu scilicet quo dixerat Cayphas: Expedit vt non tota gens pereat. Nec enim tota gens Iudaica periit: cùm permulti eorum crediderint. Act. 2. 3. 4. 5. Vnde Paulus, Rom. 1. Iudæo inquit, primum, & Græco, Mortuus est pro Iudæis Christus. Matth. 15. Non veni nisi ad oues quæ perierunt domus Israël. Nec tantum pro Iudaica gente: sed, &c. 1. Timoth. 2. Mediator Dei & hominum Christus Iesus, qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus. Filios autem Dei gentes appellat Euangelista, inquit Chrysost. ab eo quod futurum erat. Quemadmodum & ipse inquit Ioã. 10. Et alias oues habeo: quas etiam à futuro ita appellat. Ceu eo ipso docet omnes nos prædestinari priusquam vocemur. Rom. 9. Ephes. 2.

Porro populus Gentilis dispersus erat in varias.

1. Variorum deorum superstitiones & cultus.
2. Doctrinas, cũ alij stoicos, alij Epicureos, alij alios sequerẽtur.
3. Cupiditates & vitia, cum ipsa etiam vitia pro diis haberent. Theodoretus sermone de diis.
4. Errores: cùm vnicuique liberum fuerit de diis quæ vellet cõmentari.

Congregati sumus per Christum in vnum, id est, in

1. Vnius veri Dei cultum.

Interpretat.& obseruat.morum.

2. Vnicam fidei professionem:adeo vt nec angelo aliud Euãgelisanti credamus,Galat.1.
3. Vnicum piæ vitæ exemplar Christum.
4. Vnicam beatitudinem & gloriam : vt & vnam sectamur Ecclesiam.

Ab illo ergo die cogitauerunt vt interficerent eum.

Sic quod prius per occasionem tentauerant, nunc certo animi decreto statuunt,& exequi nituntur.

Iniusta verò hæc sententia satis esse dignoscitur ex

1. Animi motu,cùm non zelo pietatis & tuendæ iustitiæ, ceu diuini nominis tuendi, sed liuore vindictæ sanccita sit : quod viderunt Christum satis asperè illorum vitia persequentem. Matth. 27.Per inuidiam enim tradiderunt eum.
2. Subiecto:Quia innocens morti adiudicatur:cùm tamen insontem occidere prohibeatur.Exod.23.
3. Ordine. Quia non auditum, non accusatum : etiam nec relatione aut querimonia allata condemnant.Hinc est quod Gamaliel Ioan. 7. Nunquid lex nostra, inquit, iudicat hominem nisi prius audierit? Et Festus Act. 25. Non est Romanis consuetudo, inquit,damnare aliquem hominum priusquam is qui accusatur, præsentes habeat accusatores.

Iesus autem iam non in palam ambulabat apud Iudæos.

Sciebat enim quid consilij cepissent, qui nouit abscõdita cordis. Heb.4. Omnia nuda & aperta sunt oculis Dei. Porro more hominis sibi cauet ait Chrysosto.hom. 64. in Ioan. quod & frequenter fecit:Vt doceat.1.Nullum sese debere periculis ingerere.Eccle.3.Qui amat periculum peribit in illo:idque propter inexperientiam propriæ virtutis.1. Corin.10. Qui se existimat stare, videat ne cadat. 2. Neminem Deum tentare debere, nec sine necessitate Dei virtutem & auxilium curiose experiri velle.Deuteto.6.Non tentabis dominum Deum tuum.

3. Sed neque persecutoribus inimicis seuiendi in nos occasionem præbere.1.Cor.19. Sine offensione estote Iudæis,Gentibus,& Ecclesiæ Dei. Si tamen ratio fidei habenda est cum proximi profectu, aut corã iusto

Obseruatio doctrinæ.

D. August. tract. 49. in Ioannẽ,cur Christus non palã ambulauerit apud Iudęos resoluit.Non enim quia potentia eius defecerat, inquit, in qua vtique si vellet & palã Iudæis conuersaretur & nihil ei facerẽt : sed in hominis infirmitate, viuẽdi exemplũ discipulis monstrabat. Cùm Iesus fugaretur à Iudæis, fama est in Effrem eum literas accepisse per Ananiam cursorem ab Abagaro rege,quarum meminit Eusebius lib.1. hist.Eccle.cap.16. Exemplar illius tale est. Abagarus Vehame filius toparcha, Iesu saluatori bono, qui apparuit in locis Hierosolymorũ. Auditum mihi est & de te, & de sanitatibus quas facis: quòd sine medicamentis aut herbis fiant ista parte: & quòd verbo tantum cæcos facis videre, claudos ambulare,& leprosos mundari, & immundos spiritus ac dæmonia eijcis: & eos qui longis ægritudinibus afflictantur curas & sanas:mortuos quoque suscitas. Quibus omnibus auditis id statui animo meo vnum esse de duobus: Aut quod Deus sis, & descẽderis de cælo vt ista facias,aut filius Dei sis,qui hæc facis.Propterea ego scribens rogauerim te vt digneris vsque ad me fatigari,1.vt ægritudinem meam qua diu laboro cures. Nam & illud comperi quod Iudæi murmurant aduersum te,& volunt tibi insidiari. Est autem ciuitas mihi parua quidem sed honesta,quæ sufficiat vtriq;

Exemplar verò rescripti Christi tale est.

Beatus es qui credideris in me,cùm me ipse non videris. Scriptũ

Interpretat.& obseruat.morum.

iusto iudice, ne tu fugam arripias. Eccl. 4. Pro iustitia agonizare pro anima tua, & vsque ad mortem certa pro iustitia. Hoc vno libro docet Tertull.lib.de fuga in persecutione & altero ad Scapulam.

Sed abiit iuxta desertum in ciuitatem quæ vocatur Effrem, & ibi morabatur cum discipulis suis.

Effrem vrbs est tribus Gad, sita trans Iordanem,à parte Orientali: vbi à lacu Genezareth erumpit versus Gadaram & Scythopolim Ammonitarum, hoc in loco vsque ad octauum diẽ.Huius recessus figuræ sunt.1. Iacob fugiens à fratre Esaü Genes. 27. 2. Moyses ab Ægyptiis Exod.2.3.Dauid à Saule 1. Reg. 12. 4.Helyas à Iesabele.3.Reg.19.

Universidad de Deusto

Obseruatio doctrinæ.

est enim de me, quia hi qui me vident, non credent in me: & qui nõ vident me, ipsi credent & viuent. De eo quod scripsisti mihi vt veniam ad te, oportet omnia propter quæ missus sum hic explere. Et postquam impleuero, recipi ab eo me à quo missus sum. Cùm ergo fuero assumptus, mittam tibi aliquem ex discipulis meis vt curet ægritudinem tuam: & vitam tibi & tuis præstet.

ORATIO.

DOmine Deus Pater omnipotens in cuius filium principes, Pharisæi & Pontifices concilium inierunt, adeo vt morti tradendum esse sanxerint: qui tamen pro tua in Ecclesiam libertate Cayphæ impio donum prophetię indulsisti: te humiliter deprecamur vt pedes nostros & cogitationes nostras à prauis conuentibus & impiorum conciliabulis auertas, sed benignus largire vt qui olim per concupiscentias vagabamur, ad te per veram pœnitentiam & fidem colligamur sic vt vni tuæ Ecclesiæ adhærentes, meriti filij tui domini nostri Iesu participes efficiamur. Amen.

SABBATO POST DOMINICAM in passione.

Euangelium Ioan.17.

Subleuatis Iesus oculis suis in cælum dixit.

Interpretat. & obseruat. morum.

1 SVrsum eleuat oculos, vt mentem in Deum oraturos efferre doceat: Chrysostomus homil. 79. in Ioannem, & Oecumenius in Ioannem.

Sicut

Introduct. in Euangelium.

PAterfamilias vbi ad extremam vitæ periodum venerit, filios Deo, amicis & parentibus commendat:

Introduct. in Euang.

mendat: ita Christus breui moriturus, Patri discipulos & electos.

Summa.

Hoc igitur Euãgelio Christi pro electis oratio exprimitur. Duo verò ad summum complectitur. Primo vt pro se orarit.

vt
- 1. *glorificetur,*
- 2. *electis det vitam æternam.*
- 3. *& illius cognitionem.*

Secundo. Et pro electis sibi datis.

vt
- 1. *sermonẽ eius agnoscant.*
- 2. *eum seruent.*
- 3. *ad Patrem veniãt.*

Obseruatio doctrinæ.

Liquet ex Euangelica serie, hanc orationem à Christo habitam, cœna peracta antequam pateretur. De loco autem variæ sunt sententiæ. Rupertus quippe commentariis suis in Ioannem hanc orationem dictam in monte oliueti asserit, præsentibus Petro, & Interpret. & obseruat. morum.

Sicut magistrum audiens balbutientem, & singulas literas pronunciantem, non eum ignorare dicis, cùm interrogat vbi sit litera, (ait Chrysost. homil. 27. in id, Patientia vobis est necessaria) discipulum enim vult instruere. Sic & Deus nõ opus habens oratione, orabat vt orandum doceret.

2. Vt in tentationibus ad Deum recurrendum doceret. Theophil.

3. Vt quoque vnde venerit, signo testetur, qui ait Iudæis. Vos de deorsum estis, ego de supernis locis.

Pater, venit hora.

1. Non fato vrgente (ait Augustinus tract. 104.) sed Deo potius ordinante. Galatas 4. 2. Hora mortis eius & potestatis tenebrarum, in Iuda & Iudæis. 3. Reparationisque humanæ. Rom. 5. Apocal. 1. 4. Qua per mortem suam destruat ducem mortis Heb. 1. Oseæ. 13. 5. Hora sane cõsummationis omnis Prophetiæ. Ioan 19. & 20.

Porro vt Christus antequam mortis doloribus angatur orat: ita neque nos horam nostræ mortis expectemus, sed præueniamus in lachrymis & precibus, vt eruat nos ab illo interminabili fletu & stridore dentium, & à Gehennæ igne (ait Effrem cap. 8. lib. de compunctione cordis) & ne præualeat in illa hora nobis Sathan. Glorifica filiũ tuũ.

1. Vim habent correlata hæc, Pater & filius. 1. Vt doceat se à Deo Patre exiisse Ioan. 16. 2. Illi morem

Interpret. & obseruat. morum.

gerere ad mortem vsque. 3. vnde & Pater gloriam eius quærat & iudicet Ioan. 8. 2. Glorificari optat à Patre afflictionibus quas pro mundo passurus erat, vt gloria innotescat domini pro seruis patientis. Oecumenius in Ioannem. 3. Aut glorifica me (inquit) edens prodigia & signa admiranda tempore meæ passionis. Tum quippe reuersus Centurio dicebat, Verè hic filius Dei erat.

Et nos quoque gloriam quæramus, non à mundo, sed à Deo: non ante mortem, sed post mortem: non in deliciis, sed per passiones. Dicamus cum Psalte, Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum. Spes enim gloriæ futuræ releuat nos in tribulationibus: vt ægrotum spes sanitatis cum medici consilio obsequitur, & viatorem in labore viæ, spes perueniendi ad patriam cõsolatur. Cypria. sermone 2. de zelo & liuore.

1. Vt filius tuus glorificet te.

Gloriã vocat (ait Theophylactus) non suam tantum, sed Patris: Nam post crucem totus orbis ad eum & Patrẽ confluxit. 2. Non enim quod Pater supplicium carnis pertulit id vt Patripassiani volũt, intelligitur: sed quod per filij sui mortẽ sic clarificandus erat, vt & nomen illius sanctificatur, Matth. 6. in sanctificatis per mortem Christi.

Gloria nostra est, si vt filij Patrẽ nostrũ deum glorificauerimus. Gloria militi, si morte sua honorificauerit principẽ. Iuueni, si senẽ saluatuerit: *duobus filiis Zebedei. Et non mirum esse dicit Ioannẽ prolixam eius scripsisse orationẽ, aliis tam breuem describentibus, quod vadens vt oraret, hunc solum ex omnibus Euãgelistis assumpsit, quo audiẽte orauit. Porro probabilius Augustinum censuisse credẽdum est, Christum hanc orationem etiam sermocinationem ad suos habuisse (tract. 104.) & concioni quam in cœna habuit hanc orationem ad Patrem habuisse antequã egrederetur (vt habetur tract. in Ioannem cap. 112.) Theophylactus quoque in Ioan. cap. 18. colloquium ad solatium suorum fuisse ait, vtique in cœna. Siquidem inquit Oecumenius (cap. 64. in Matth.) antequam Christus exiret in montem plurima dixit, quorum quædam scripsit Lucas, quædam verò Ioannes. Quæ Matthæus breuiter astringit cùm ait eum laudibus dictis exiisse. Erigere namque per orationem hanc suos volebat (vt testis est Chrysostomus in*

in Ioannem homil. 79.) tum cùm per doctrinam eorum mouisset animos. Immo Beda in cap. 18. Ioan. alia quædam interposita censet finita ipsa ortione, donec egrederetur dominus. Vix ergo scio quid impulerit, Rupertum orationem hanc habitam in monte olieti existimare. Presertim cùm Euangelista ipse descripta oratione addat. Hæc cùm dixisset Iesus, egressum eum esse. Nec huius orationis meminerit, cùm de his quæ in monte facta sunt disputat.

Libet hic nonnullas quæstiones per transennam è sacris doctoribus depromere. Cyrillus quidem Alexandrinus libro vndecimo in Ioan. capite decimo sexto, in id quod Christus vitã æternã esse cognoscere, &c. Si Dei cognitio vita æterna est (inquit) quomodo dicet quispiam, alia

Interpret. & obseruat. morum.

tauerit: & vbi pater honoratur, honorabiles filij. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis.

1. Sicut pro quia interpretandũ docet Oecumenius: & per omnem carnem omnem hominem intelligit: Non bruta, contra Mahumeti Alchoranum.

2. Hísque verbis se non ludæos tãtũ, sed & Gẽtiles saluaturũ insinuat.

3. Sed quid omnis carnis (ait Chrysost.) Non enim omnes crediderũt. Atqui omnes secundum partes crediderunt. Quòd si non omnes, non magistro crimini adscribẽdum est, sed non accipientibus.

4. Potestas autẽ hæc data est Chrysto, secundum hominẽ. Nam secundum Deum omnia per ipsum facta sunt, ait August. in tracta. 105.

Nouerimus Christum datum caput super omnem Ecclesiam, cùm ei potestas omnis carnis sit credita.

Vt omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam.

1. Quantum in se est, neminẽ enim cogit, cùm virtus voluntaria sit, vt trita paræmia probat Oecumenius. Græcisquippe suauis est allusio ἀρετὴ γὰρ ἀρετή. voluntaria enim est virtus. 2. Finẽ verò exprimit Christus qua hæc potestas sibi credita est: nimirũ vt ab eo, non minus quàm membra à capite, gratiæ infusionem accipientes, possimus tandem gloriã adipisci. 3. Proprie quoque ait, quos dedisti mihi. Nam licet etiam reprobi illi dati sint, nõ tamẽ in gloriã, sed subiectionẽ, quia Deus omnia pedibus eius subiecit. Et ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum; quos vt vas figuli confringet. Dati sunt autem illi ad

Interpretat.& obseruat.morum.

gloriam, quos Deus prædestinauit ante mundum. Ephes.1.& consedere fecit in cælestibus in Christo. Ephes.2. Sic enim erat in principio Deus in Christo mundum reconcilians. Nam qui exeunt è nobis reprobi, non erant ex nobis. Ioan.6.

Gloria medici est multos sanasse: regis, liberalem esse vt patet Hester 1. Ducis, de multis triumphasse. Ita Christi gloria est multis salutē cōtulisse. Hinc est quod ait ipse, Eum qui venit ad me non eijciam foras. Dicere quoque potest, Osæe 13. Perditio tua ex te Israël. Quomodo enim relictus est excusationi locus his qui malè agunt? Gregorius Nāzanz. oratione ad subditos timore perculsos docet, nos vt ignaui Agonotheten, & male affecti medicum incisionibus & adustionibus vtentem, ita Christum frustra incusare, cùm tot pro nobis expenderit.

Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant.

Cyrillus Alexandrinus in Ioan. lib.11.cap.16. radicem atque originem æternæ vitæ affirmari censet esse fidem, & veræ pietatis virtutē. Vita igitur æterna pro dispositione ad eam sumatur, cognoscant, fide formata operibus. Erit autem fides, si omnium quæ credi debent. Nam qui peccat in vno, fit omnium reus.

Disce quoque veram fœlicitatem in visione Dei & perfecta cognitione futurā esse, cū viderimus Deū facie ad

Obseruatio doctrinæ.

quadā re indigebimus? Quomodo ergo fides absq; operibus mortua esse perhibetur? Per fidem enim cognitio fit, teste Esaia.cap.7. Si non credideritis, nō intelligetis. Quod autem nuda cognitio inutilis sit, testis est Iacobus cap.2. Tu credis quia vnus Deus est, & probè facis. Dæmonia etiam credunt & horrescunt. Quid igitur ad hæc dicemus? Aut quomodo verus erit sermo domini? Sed verus est absque vlla penitus hæsitatione. Cognitio enim vita est, quia totam mysterij virtutem parturit, per quam viuifico verbo coniungimur. Cum igitur origo, & quasi pronuba omnium bonorum sit, recte à Deo vita æterna est appellata. Eodem quoque modo respōdebimus his qui sic ratiocinabū tur. En vita æterna est credere solū Deū verū & Iesum Christū. Quid igitur tot nobis congeruntur ad salutē? Quid sacramenta, Pontifices, traditiones, Sancti, purgatorium? Addent

Obseru.doctrinæ.

Addent forsan illi frustra credi debere in spiritum sanctum, quòd ibi non exprimatur. At, qui saluus fiet, qui in spiritum sanctum non credit? Non remittetur id ei peccatum, neque in hoc sæculo, neque in futuro. Quemadmodum ergo in cognitione filij & Dei vnius est cognitio Spiritussancti, ita nomine ni mirum primæ Dei cognitionis, intelliguntur quæ à Deo sunt data in fidem Ecclesiæ. Vt cùm Paulus ait, 1.Tim.5. quòd si quis domesticorū curam non habet, fidem negauit, nunquid substrata fidei opera ad fidem reduxit? Ita quoque quæ Dei sunt in Ecclesia per Dei cognitionem comprehensa intelligamus.

Christo vt homini & vt Deo conueniebat potestas omnis carnis, vt Deo secundum naturam: vt homini per rationem meriti. Philippens.2. Propter quod exaltauit illum, &c.

Interpret.& obseru.morum.

cie ad faciem.1. Cor.13.

te solum Deum.

1. Solum dicit ad cōfusionem Gentilium, qui idola sua deos vocabāt. Porrò nos sanctos colimus, non vt deos, sed vt Dei seruos & amicos. De quibus Christus Ioan.15. Vos amici mei estis, &c. honorificabit ministrantem me Pater meus. Ioan. 12. Quod primi quidem Christiani in Polycarpi nece docuerunt, Euseb. histor. Eccl.l.4.c.15. & Theodoretus Affectionum Græcarum, serm. de martyribus & Hieronym. ad Ripar. cōtra Vigilantium. 2. Hylarius 4. de Trinitate. An forte, ait, quod (te solum) dicit, communionem atque vnitatem suam à Deo separat? Separat sanè, si non ad id quod ait, te solum Deum verum, continuò subiecit, & quē misisti Iesum Christum. Nam vt lib. 6. de Trinitate pandit Augustinus, nō negat id spiritum sanctum, aut Christum Deum esse, sed solum Deum. Quia hi tres vnum sunt, 1.Ioan.5. esse approbat. Deus enim pater, Deus filius, Deus spiritus sanctus: & tamen non tres Dij. Athanas. 3. verum, ait, ad discretionē cultus nostri à cultu Gentilium quorum dij dæmonia, &

quem misisti Iesum Christum.

1. Sui meminit vt qui legis finis sit.
2. Qui licet despectus carne, ęqualis tamen est Patri diuinitate.
3. Qui quoque Patris & Spiritussanct. maiorem nobis cognitionem reddiderit: vnde & manifestior cer-

Interpretatio & obseruatio morum.

tiórque factus sit. Vnde addit. Ego te clarificaui super terrã. Quasi dicat, Tu quidem ô Pater in cælis gloriosus es ab initio: at ignorabat te terra. Imbui verò homines nomine, & potentia tua. Hæc enim glorificatio (ait Hilarius 4. de Trinitate) non pertinet ad diuinitatis profectum: sed ad honorem, qui ex cognitione ignorantium suscipiebatur, Chrysost. in Ioannem.

Interpret. & obseru. morum.

Opus consummaui.

1. Hoc enim opus est incarnationis vnigeniti (ait Theophilac.) sanctificare naturam nostram, & prosternere rectorẽ mundi, qui se prius Deum faciebat: & inserere creaturæ notitiam Dei.

2. Misisti enim me sanare contritos corde: prædicare captiuis apertionem, reis indulgentiã, &c. Esay. hoc præstiti.

3. Dicit autem opus, quod spiritualis erat officij: vt doceat in Carolstadianos præsbyterum duplici honore dignum, maxime qui laborat in verbo. An non scilicet hoc magnum opus est: immò cetera omnia & labore & onere superans? Vera Dei glorificatio in obediẽtiã est, vt ad Saulem dictum est, Obedientiam volo & non sacrificium.

Quod dedisti mihi vt faciam.

Nõ ait, Iussisti (vt obseruat in hũc locum Augustinus) sed dedisti. Vbi commendatur euidẽs gratia. Quid enim habet quod nõ accepit etiam in vnigenito humana natura? An nõ accepit, vt nihil mali sed bona faceret omnia, quando in vnitatem personæ suscepta est à verbo per quod

Obseruat. doctrinæ.

Sed quomodo cõsummauit (inquit Aug. tract. 105. in Ioan.) opus quod accepit, vt faciat, cùm restet paßionis experimentum? Sed præteritum pro futuro vsurpat: vt cùm apud Psaltẽ ait, Ps. 21. Foderunt manus meas, pro fodient. Et Ioan. Omnia quæ audiui à Patre, nota feci vobis, pro nota faciam: cùm posthac dixerit. Multa habeo dicere vobis & Ioan. 14. Vel quia, vt soluit Theophilactus, fecit quod omnium est maximũ dæmone obsesso & in proximo deuincẽdo. Quomodo verò datur à Patre nostræ salutis opus filio? (ait Cyrill. Alexãd. l. 11. in Ioã. cap. 17.) sed nõ quasi aliud à Patre sit filius Pater dedit hoc opus filio. Verùm vt sapiẽtia artificis implet, quæ vult artifex: & sol videtur imperare

Obseru. doctrinæ.

rare suò lumini, vt orbem illustret. Et tamẽ nec sapiẽtia artificis aliud ab artifice est, nec lumẽ à sole, ita nec Pater aliud est à filio. Cyrill. Hierosolym. catech. 13. duplicem statuit Christi glorificationẽ vt Deus ante mũdi cõstitutionem, quæ illi natura congruebat: alteram de qua dicebat: Venit hora vt glorificetur filius hominis. Gloriam enim propriam sciebat esse crucẽ. Glorificatus nũc enim est patientiæ ferens coronam. Hinc quoque Aug. trac. 105. probat Christũ esse prædestinatum, alioquin nõ esse filiũ hominis. Non quod prædestinetur, vt Deus, sed vt homo. Vide eundem in Ioannem.

Cùm Christus datos sibi de mundo electos ait, prædestinationis arcanum reuelat.

Interpret. & obseru. morum.

quod facta sunt omnia?

Et nũc clarifica me tu Pater. Id est, clarifica humanã meã naturam, quæ nũc in ignominia quæq; crucifigẽda est, & subuehe eã in gloriã quam habebã apud te ego verbũ & filius tuus, priusquã mũdus esset, Theophilact. & Oecum. Illud enim (clarifica) inquit Apollinaris l. de incarnatione dicit vt homo: se autẽ habuisse gloriã ante sęcula, vt Deus reuelat. claritate quam habui apud te, priusquã mũdus fieret.

Idẽ sæpe habet Athanas. serm. 4. contra Arrianos. Et Hylarius 3. de Trin. Orabat vt id quod ex tẽpore erat, gloriã eius quæ sine tempore est claritatis acciperet: vt in Dei virtutẽ & spiritus incorruptionem transformata, carnis corruptio absorberetur. Accedit huc & Gregor. Nyss. in Eunom. & de resur. Christi.

Obserua igitur cũ Theophilact. collocatam in throno regio naturã humanã Christi adorandã ab omni creatura. Quod Ioannes Damascenus l. 4. de fide Orthod. c. 3. probat purpuræ exẽplo, quæ cùm sit amictus regis glorificatur, & vt ex se ignũ ꝓpter ignẽ coniunctũ sit inaccessibile, ita Christi caro ꝓpter vnionẽ quã habet cũ diuinitate adoratur. Manifestaui nomẽ tuũ hominibus. Quod nomẽ? An non Iudæi Tetragrammaton Ieoua, Eloyn, Adonai, El. &c. Dei nomina nouerant? Sed 1. aut id nõ de Iudæis, verùm de Gentibus intelligendum est, vt colligit Oecumenius: 2. aut nomen dicit paternum, quod Pater sit filij naturalis, quod Iudæos latebat (August. in Ioan.) 3. aut quod Deus esset misericordiarum & princeps totius consolationis vix experimẽto didicerãt, quod Christo passo & adueniẽte innotuit.

Interpretatio & obseruatio morum.

Magna vtique nobis gloria diuinis arcanis admissos esse.

Quos dedisti mihi de mundo. Quos selegisti de massa peccati vt per me saluarentur, Act. 4. Non est enim aliud nomen sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Venit quippe Christus in hunc mundum peccatores saluos facere. Dati autem fuerant Christo, non qui illius erant tantum tempore, dum mortalis cum hominibus versaretur, sed & patres iam vita functi, & qui tandem erant nascituri.

Manifestauit autem eis nomen, quia aditu facto in sancta sanctorum & reuelatis antiquæ legis arcanis in fidem reuelandam Patres instruxerat, vt Deus: in nos quoque, vt caput influit.

Interpret. & obseru. morum.

Tui erant.

Per creationem.
Prædestinationem
Prouidentiam.
Directionem.

& tu eos mihi dedisti.

1. Per meritum saluandos.
2. In carne docendos. Ioan. 1.
3. Mihi per vnionem naturarum vnione gratiæ coniungendos, 1. Cor. 10. Ephes.
4. Ad finem vsque dirigendos, Matth. vlt.

& sermonem tuũ seruauerũt.

Tria ad salutem necessaria insinuauit. 1. Prædestinari è massa. 2. Christo donari. 3. Verbum Christi in cordibus nostris fructũ facere, vt in terra bona docet Christus, Matth. 13. Tertium autem hîc declarat, dum ait electos sermonẽ suum seruasse. Apertius ostendens cognitionem Dei seruandam esse pectore, Iac. 1. vt nõ auditores tantum,

Obseruatio doctrinæ.

An verò electi aliquando erunt Patris quando non erunt filij? Et habuit aliquando Pater aliquid sine filio? Absit. Et tamen habuit aliquid aliquando Deus filius, quod nondum habuit idem ipse homo filius: quia nondum erat homo factus ex matre, quando tamen habebat vniuersa cũ Patre. Hæc igitur secundum humanitatem intelligenda sunt, August. tract. 106. in Ioan.

Sed quomodo nomen Dei innotuerat, & electi sermonem Christi seruarent aut crediderant tum discipuli, cùm statim eo capto fugerint, Petrus abnegarit: immò Christo resurgente & apparente dubij extiterint? Porrò soluit Augustin. Præterita hæc seruauerunt & crediderũt, aut implicite, aut pro futuro interpretãda. Prænunciat enim (ait) quales essent futuri accepto spiritussancto, qui eos sicut promissum est, doceret omnia.

Augustin. tractat. 106. in Ioan. duobus modis filiũ accepisse à Patre quæ docuit aperit. Nam vt homo accepit minister & pontifex, modo ineffabili, vt & eius natiuitas ineffabilis est: 2. vt à Patre genitus ab æterno. Non quod ibi temporis intercapedo cogitanda sit antequam Christus hæc verba haberet, quæ docuit. Nam simul habuit, accepit & genitus est ab æterno.

Quomodo verò filius à Patre missus est, qui illi æqualis est. D. Basilius lib. de Spiritus. cap. 8. Quod Christus dicit se missum à Patre, inquit, non quod liberum arbitrium non habeat, & voluntatis

Obseruat. doctrinæ.

Interpretat. & obseruat. morum.

tum, sed & legis factores simus.

Nunc cognouerunt.

Pręsenti vtitur pro futuro ad certitudinem pollicitationis suæ implendæ de Spiritussancto mittẽdo, quo doctore cognoscerent omnia. Vt apud Esaiam. Ego qui loquebar, ecce adsum, pro adero.

quia omnia quæ dedisti mihi abs te sunt.

Scopus enim fidei est in visibili carne Christi non immorari, sed rapi ad diuinitatem eius, quia nihil in Christo est alienum à Patre.

Quod autem abs te ait, docet relationem personæ suæ in diuinis ad Patrem: quoniam filius à Patre est, non Pater à filio. Quapropter quæcunque habet Pater, filij sunt: præter innascendi proprietatem. Damasc. lib. 1. de fide Orthod. cap. 9.

Quia verba quæ dedisti mihi dedi eis.

Nõ enim hęc mihi acquisita sunt, (ait Theophilactus) sed à te sunt: hoc est, naturaliter ad me pertinẽt, vt ad filium, qui in paternis rebus potens est. Vnde agnouerunt diuina ea esse non diabolica, vt Pharisæi, aut humana, 1. Corint. 1. Sermo nanque crucis, stultitia est his qui pereunt.

Et ipsi acceperunt & cognouerunt verè quia à te exiui.

1. Per æternã generationẽ. Mich. cuius egressus ab initio & diebus æternitatis. Vnde Psal. Ante lu-

Interpret.& obseru.morum.

ciferum genui te.

& crediderunt quia tu me misisti.

Id est, credent tandem quòd misisti filium tuum in mundum, vt saluetur mundus per ipsum, Ioan.3. Sicut fatetur Petrus, Matth. 16. & Martha, Ioan.11.

Obserua. doctrinæ.

motu careat, neque quod ex signis datis indulgẽtiam & permissionem expectet, sed vt declaret mentem suam vnice & inseparabiliter ex Patre hærere.

Ego pro eis rogo, vt homo quo modo aduocatus, lapis offensionis, Pontifex, sacerdos, & interpellator vocatur, ita & rogat pro suis, non vt Deus non pro mundo, Id est, his qui non sunt in sorte electionis. Aug. Sciebat enim quid esset in homine.

sed pro his quos dedisti mihi, quia tui sunt: & omnia mea tua sunt, & tua mea sunt.

Æqualis est enim Patri secundum diuinitatem (ait Athanas. in Symbolo) proinde quæ Patris sunt, filij sunt.

Et glorificatus sum in eis.

1. Per identitatem gloriæ, vt Deus.
2. Per exaltationem humanitatis meæ in proximo, vt Hyppolitus martyr interpretatur.

Et iam non sum in mundo.

Paulo post moriturus. Nam de futuro interpretanda sunt hæc.

Et hi in mundo sunt.

Id est, supererunt multis afflictionibus & tentationibus, quo fiet vt tua ope maximè egeant.

Et ego ad te venio.

Per exaltationem humanitatis meæ ad dexteram tuam: quia vt Deus semper sum in sinu Patris.

ORATIO.

DOmine Iesu Christe qui in vltima cœna tuorum sollicitus apud Patrem preces pro electis fudisti, sis nobis mediator, & macerie peccatorũ nostrorũ dirime, vt te solum Deum agnoscentes & mundo renunciantes, ad eam cui præes gloriam peruenire mereamur. Amen.

DOMINICA

DOMINICA IN RAMIS PALMAR.

Euangelium scribitur Matth.21.Mar.11.Luc.19.& Ioan.12.

Cùm appropinquasset Iesus Hierosolymis, &c.

Introduct. in Euang.

QVemadmodũ nihil aura mobilius est, quæ nunc ab Austro, nũc ab Oriente aut Occidente perflat: ita neque præsenti fortuna inconstantius est.

Si fortuna volet, fies de Rhetore consul.

Si volet hæc eadem, fies de consule Rhetor.

Sic homo natus de muliere nunquã in eodem statu permanet: quinimo vita eius est tãquam fumus ad modicum parens, Eccl.10. Hodie rex est, & cras morietur. Hodie sanus, cras æger. Hodie extollitur vsque ad cælos, cras deprimitur vsque ad abyssos. Hoc in semetipso & experiri & contestari voluit Christus. Paulo enim antequam pateretur omnium applausu exceptus est in celeberrima omnium

Interpret.& obseru.morum.

CVm appropinquasset Iesus Hierosoly. &c. Quod multis ante sæculis sacri vates præsagierant: quod scripturæ de Christi cecinerant maiestate hodierno deprehenditur Euangelio. Dixit dominus Dauid, De fructu ventris tui ponam super sedem tuam, 2. Reg.6. Suscitabo semen tuum post te, & stabiliam thronum regni eius in sempiternum. Et filius in persona Dauidis, Psalm.2. Ego autem constitutus sum rex ab eo super Syon montem sanctum eius. Hinc vox illa, Regnum tuum, regnum omnium sæculorum & dominatio tua in omni generatione. Daniel.7. Potestas eius potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur, Esay. 11. Regnabit rex, & sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiam in terra. Proinde angelus, Regnabit, inquit, in domo Iacob in æternum, Luc. 1. Huius ergo regni tesseram & argumentum omnium conspectibus exiberi voluit Christus antequam pateretur. Siquidem reges, vt hereditario iure regnũ sibi deberi contestantur, nobilissimã omniũ ciuitatẽ magno cũ apparatu, acclamãtib⁹ vndiq; turbis ingrediũtur:

Interpret.& obseru.morum.

ita Christus totius Iudęæ metropolim Hierosolymam, magno populi stipatus agmine, adiit, omnibus summa voce eum regem, filium Dauid & Messiam acclamātibus. Porrò Hierosolymis appropinquat multis de causis: 1. Vt doceat se nihil suos vereri aduersarios: prius quoque fugisse & se abscondisse, cùm lapidare eum vellent: Nō quòd eorum minas & impetus frangere non posset: sed quod nondum patiendi hora aduenisset. 2. Voluntariè enim se pati cōtestatur, vt qui cùm inimicorum suorum cogitationes nosset, & eorum furorem cauere posset: vltro tamen quasi eos in se prouocans & liberè agere permittens Hierosolymam accesserit. Esa. 13. Traditus enim est, quia voluit. 3. Sed & se victimam pro peccato esse docet, quæ tum deligebatur in die Paschali mactanda Hierosolymis. Nam typo duorum hircorum Christus depingebatur, vt aptè pandit Tertullianus lib. 3. contra Marcionem, quorum alter pro delictis oblatus, cum cāticis & floribus excipiebatur. Nullo igitur cogente, immò neque quoquā homine prouocante, Hierusalem adiit, sed solum vt loco simul & passioni appropinquaret, & Deo Patri obediens fieret vsq; ad mortē crucis, Phil. 2.

Et venisset Bethphage ad montem Oliueti.

Die quidem præcedēte, vt Ioannes recēset, cap. 12. venerat Iesus in Bethaniam,

Introduct. in Euang.

Iudeæ & totius Palestinæ vrbium Hierosolyma: quinta demum subsequente die à Iuda proditus: à Iudæis morti traditus, & à Gentibus cruci affixus est.

Contigerunt enim hæc anno ætatis Christi 33. mense 2. die 14. nimirum Martij 20. quo die insidens asinæ Hierosolymam ingressus est: qui die tandem Martij 25. crucifixus est.

Summa.

Porrò quatuor hoc Euangelium complectitur.

1. *Christi Hierosolymam appropinquantis datum discipulis præceptum.*
2. *Prophetæ Christi Iesu in Hierosolymam ingressum celebrē prædicentis vaticiniū.*
3. *Prompta discipulorum obedientia.*
4. *Et turbæ Christum honorantis illustre tripudium.*

Obseru. doctrinæ.

Quod Euangelium hocce prodit Christum maxime omnium applausu exceptum esse, & tādem tamen eadem turbæ

Obseru. doctrinæ.

turba à Pharisæis excitata Christum crucifigi postulauit (quod Ecclesia vtroque tum ingressus Christi, tum passionis hodie lecto Euangelio, ob oculos fidelium statuit) poterit fidelis concionator ad locum communem delabi, quo de fortunæ mobilitate disseret. Ea enim adeo varia est, vt quos extulit statim deprimat, & quos depressit statim erigat.

Valet ima summis
Mutare, et insignē extenuat.

Hoc satis in suo Ecclesiaste Salomon docuit. Nam cùm omnibus bonis affluxisset, omnibus quæ sub sole concupisci possunt deliciis abundasset, tandē concludit, Vidi quæ fiunt sub sole, & ecce vniuersa vanitas & afflictio spiritus. Vanitas vanitatum, & omnia vanitas, Eccl. 1. Et vltimo. Hoc in Troade Seneca his verbis testatur,

Quanti casus humana rotāt?
Minus ī paruis furiosa ferit.

Hoc exemplis multis experiri est. Nescis qua ætate Hecuba

Interpret. & obseruat. morum.

Bethaniā, vbi Lazarus fuerat mortuus: ibi quoq; cœna exceptus fuerat, Martha ministrante, Lazaro discumbente, & Maria caput & pedes Christi preciosissimo vnguēto perungente. Conuenerant autem Bethaniā permulti, non vt Iesum tantum, sed & Lazarum resuscitatum viderent. Distabat Bethania ab Hierusalem quindecim stadiis. Crastino igitur die Christ' in Bethphage venit, viculum sacerdotibus addictum, mediū inter Bethaniam & Hierosolymam: distantem nimirum à Bethania minus vno milliari: ab Hierusalem verò, vno milliari integro, ceu octo stadiis.

Porrò viculus ille situs erat in mōte Oliueti, infra quem est mons offensionis, in quo Salomon concubinis suis idola struxerat. 3. Reg. 11. & proinde regnum à Roboam discindi permisit dominus. Christus discissum Israel regnum restiturus non venit in offensionis montem, sed illi oppositum Oliueti iugum. Oliueti enim mons ab oliuis hīc frequētibus dictus est: vnde ab oliua, aut oleo, sumpta similitudine testatur suam in homines gratitudinem & beneficentiam.

1. Oleum tranquillitatem inducit, & ardores vlcerum mitigat. Proinde antiquitus qui pacem indicebant, oliuæ ramum ferebant. Sic & olim columba ramum oliuæ portans virētibus foliis ad Noe reuersa est, in signum irę Dei sedatę, quæ

Interpret.& obseru.morum.

exundante diluuio innotuerat, Genes. 8. b. Christus verò pacem vniuerso mundo attulit. Cùm enim inimici essemus, recõciliati sumus Deo per sanguinem filij eius, Rom.5. Ipse est pax nostra, Ephes.2.

2. Oleum luminis est fomentum. Christus quoque lux est, Ioan.7. nobis per ipsius mortem reuelata, cùm in cruce velut in candelabro exaltatus est: vt qui mundum, ceu Ecclesiam ingrederentur, ipsum verum lumen viderent.

3. Oleum lassum corpus reficit. Sic Christus onere peccatorum grauatos releuat, quibus ait, Venite ad me omnes qui laborãtis & onerati estis, & ego reficiam vos.

4. Oleũ contra algores munit: Per Christum Spiritussancti calore donamur. 5. Oleum dolores lenit: Gratia verò Christi saluati sumus, Eph.2. Rom.7. Ioan.1. 6. Oleum magis magísque se effundit, & effusum se prodit. Siç charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, Rom.5. Et de plenitudine Christi nos omnes accepimus, Ioan. 1. hæcque in nos effunditur sicut vnguentum in capite quod descendit in barbam Aaron, Psal.132. Immò & sicut oleũ effusum est nomẽ Christi Cantic.1.

Porrò in Bethphage (vt fileam nominis interpretationem, quam tamen Beda obseruat) merito subsistit Christus, mox consecrandus summus Pontifex, & intraturus in sancta non manufacta, neque per sanguinem

Obseru.doctrinæ.

seruire cœpit, inquit Macrobius, 1.libr. Saturn. cap. 10. qua Cresus, qua Doriq.mater? Audi, quæso, & ipsam apud Senecã in Troade Hecubam suos casus in fortunæ mobilitatem in exemplum magnatibus proponẽtem.

Quicunque regno fidit, & magna potens,
Dominatur aula, nec tristes metuit deos,
Me videat & te Troia.

Audi & quid Solon Cræso Lydorum regi suas gazas ostententi dixerit, vt recenset Theodoretus lib.affec.Græca. serm. de homine. O Cræse, inquit, homo est quædam maxima miseria. His verbis fortunæ varietatem obiectans, quã Cresus tandẽ etiam igni a Cyro expositus agnouit. Vt Iustinus libr. 1. suæ historiæ, & Herodotus narrant. Sed & Doinysiũ Syracusanũ intuere, qui cùm tyrannidem exercuisset, pedestres copias ad centum millia hominum, equitũ nouem millia, quingentas etiã naues ad bellicũ apparatum

Obseru.doctrinæ.

apparatũ in prõptu habuisset: tandẽ à plebe sua expetitus, proprios corã se filios mactari vidit, virgineũ pudorẽ filiabus eripi, ac deide nudas trucidari. Ipse in testrinis sedens omnibus risum mouit, et tympana pulsãdo, sibi victum quæsiuit. Ælianus lib. 6. de varia historia. Habes Pompeiũ Iulium Cæsarem, Alexãdrũ Macedonẽ, Annibalem, post summã rerum occisos misere et interemptos. Nec tantũ exẽpla, è scripturis Gentiliũ depromi possunt, sed & è sacris Bibliis. Adonibezel Cananæorum rex à Iosue captus, amputatis manuũ pedumq; digitis, miserrimam tãdem vitã duxit: qui prius 70. reges vicinarũ vrbium interemerat, cùm longo eos tempore veluti canes sub mẽsa ad pedes suos pauisset. Idẽ ferè Baiazeto Turcorum Imperatori cõtigit, postquã à Tamburlano captus est. Presto sũt Sedechiæ regis. 4. Reg. 25. Iezab. 4. Reg. 9. Antioch. 2. Mach. 9. Herodis, Act. 13. aliorũq; exẽpla pmulta ex quibus cõcludes

Interpret.& obseru.morum.

guinẽ hircorũ aut vitulorũ, sed per proprium sanguinem, Hebr.9. Hoc enim in viculo sacerdotes commorabãtur, vt qui tandem ad offerenda sacrificia suis vicibus templũ adibãt.

Tunc misit duos discipulos.

1. Cur ex hoc loco? Vt testetur ab vmbris quç per locum sacerdotibus legalibus addictũ insinuãtur, ad veritatẽ quam in Hierusalem cõsummaturus erat, sacrificio corporis sui progredi oportere. 2. Cur è monte Oliueti? Quia sicut oleũ gratiã indicat, ita significatur nõ paruã illis esse collatã gratiã, qui vt prædicent & annuncient verbum mittuntur.

3. Cur duos? 1. Vt significetur in vtrumque populum mittendos esse qui verbũ Dei annuncient, Galat.1. 2. Aut in commendationem charitatis, quæ duobus mãdatis impletur. 4. Cur eos mitti oportuit? Quia nemo rite verbi minister est, nisi legitima authoritate missus sit.

dicens eis, Ite in castellũ quod cõtra vos est. Quod hîc castellũ legimus, in Gręco habetur Comin. quod vicum sonat. Item, quod legimus, contra vos, Græcum sonat, ex aduerso vestrum. Est enim mons Syon, in quo sita est Hierosolyma ex aduerso montis Oliueti, è quo suos Christus demittebat, decurrẽte per ima torrente Gedron in vallo Iosaphat. Nonnulli verò putant per vicum intelligi Hierusalem, quasi

Interpret. & obseru. morum.

contemptus gratia sic vocaretur. 1. Vt quæ ciuitatis nomine indigna esset, cùm ciuitas Ciuium vnitas dicatur: ciues verò Hierosolymæ ab inuicem etiam penes ea quæ Messiam concernebant discinderentur. 2. Aut quod illa vicus ceu castellum tantùm esset, si ad Ecclesiam quam significabat compararetur. Melius tamẽ vicum aliquem vrbi adiacentem, vt ferè fit in egregiis vrbib⁹, significari crediderim, in quo huiusmodi essent genera animalium, quæ ferendis oneribus subseruirent.

Et statim inuenietis asinam alligatam, & pullum cum ea.

Duo hîc sunt in Christo admirãda: vnum quòd absentia nouerit, æquè atque præsentia: statim nimirum discipulos asinam alligatam & pullum inuenturos. Sic Ioan. 1. suam diuinitatem Nathanaeli manifestauit, dicens, Antequam Philippus vocaret te, cùm esses sub ficu vidi te. Simile ferè legimus de Samuele: Is enim vbi essent asinæ Cis Sauli indicauit, 1. Reg. 9. Sed quoniam idem demum industria rescire quis potest, alterum sequitur. Christus nimirum docet sibi secreta cordiũ nota esse, dum certo prædicit neminem prohibiturum voluntatẽ suam. Confestim, inquit, dimittet eos. Porrò vt Beda annotat, asina ista deputata erat ad vsum pauperum, qui propria non haberent

Obseruat. doctrinæ.

non fidẽdum esse mundo aut fortunæ, sed soli Deo. Christus Iesus Hierosolymam aditurus, communem ordinem quo nos Deus per creaturas suas variis modis admonet, obseruat. Mittit enim præcursores discipulos, per quos etiam asinã & pullũ soluit.

Ceterũ antiqui patres variè pullum & asinam interpretantur, Chrysost. in Matt. Propter quasdam similitudines, inquit, animalibus assimilãtur homines, Dei filium non agnoscentes. Est enim asina animal immundum, & præ ceteris penè iumentis magis irrationabile, & stultum & infirmum, & ignobile & oneriferum. Sic fuerunt homines ante Christi aduẽtum, passionibus diuersis immundi, irrationabiles, verbi ratione carentes, stulti propter Dei contemptum, infirmi, secundum animã ignobiles, quia obliti generationis cælestis, serui facti fuerũt passionũ: oneriferi, quia sufferebant sarcinam erroris, à dæmonibus vel Pharisæis impositã. Hieronym. in Matth. Cyrillus Alexandr. in Ioan. libr. 8. cap. 10. Hylarius & Anselmus, & Thomas in Matth. & Origen. tom. 3. homil. 14. in 21. cap. Matth. discretis animalibus, pullo scilicet & asina, discretos intelligũt populos: aut discretam vnius populi rationem. Hilarius quidẽ vtrumque animal Gẽtili populo accommodat, sed cuius duplex est differẽtia. Per asinã, inquit, & pullũ, duplex vocatio ex Gẽtibus ostenditur. Erant enim Samaritani sub quadam obseruantiæ suæ consuetudine seruientes & feroces, qui significantur per asinam: partim quippe oneri legis seruierunt, partim in suas concupiscentias, vt asina, defluxerunt. Erant enim atque sunt Samaritæ profecti quondam per secessionem ex lege. Erãt etiam Gentes indomitæ & feroces, quæ per pullum super quem nullus sedit significantur. Igitur duo mittuntur, vt

Obseru. doctrinæ.

Interpret. & obseru. morum.

berent iumenta: vnde licebat cum agasonis licentia eã soluere, ea vti, ea tamen lege vt ad suum locum reduceretur. Cõtemplatur hîc Chrysostomus in Matth. Christi humilitatem, qui cùm esset rex regum & dominus dominantium, humile & contemptibile animal eligit: vtique vt reges & magnates doceat non multiplicare sibi equos, Deuter. 17. Sed quod nec in curribus aut equis, verùm in nomine domini Dei magnificamur. Soluite, ait, & adducite mihi. Vtique vt asinæ insidẽs, Hierosolymam ingrediar.

Et si quis vobis aliquid dixerit, dicite quia dominus his opus habet: & confestim dimittet eos.

Noluit inuito iumenta auferri, licet esset dominus omniũ: noluit mali occasionẽ præbere. Sed hoc ipso instruit principes & magnates, ne aliena bona recipiant & subditos opprimant. Alioquin videant quid Iezabeli & Achab cõtigerit, qui vineam Naboth rapuerunt. 3. Reg. 21. Sed heu principes infideles, socij furum, Esa. 3. His quoq; verbis ostenditur, quib⁹ armis defendatur Euãgelium. Non enim ait, Concutite, rapite, & similia, sed dicite, Eph. 6. Gladius enim spiritus est verbum Dei, Hebr. 4. Viuus est sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. Sic dominus Iesus spiritu oris sui & labiorum suorum in-

Interpretat.& obseruat.morum.

Obseruatio doctrinæ.

terficiet impiũ. Sed etsi totus mundus nobis qui vocati sum', resistat, dicendum erit, dominus his opus habet. Num satius est Deo magis obedire quàm hominibus? Act. 5. Si quando asinũ, id est, nosmet & corpus etiam nostrum recusans legis diuinæ onus perferre, ad Christum adducere voluerimus, semper id præ oculis sit, dominus his opus habet. Ceu caro, ceu malus dæmon, ceu mundus nos in præcipitium iniquitatũ pertrahere nitatur, meminerimus quòd Deus non vult mortem peccatoris, Ezech. 18. Sed & Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere. Interim etiam obserua quantæ virtutis sint verba Christi, quantæ sit maiestatis eius dominium. Nõ ait, dicite quia domin' Nazareth, aut alterius loci, aut alicuius puinciæ: sed dominus simpliciter, & per Emphasim: cuius maiestatis nullus sit limes: qui magnus sit in cælo, terra, mari & omnibus abyssis. Si & verba eius tantam vim habent, vt velut stupidos reddat eos qui dicebant, vt refert Marius, Quid soluitis pullum? Nam statim vbi responderunt discipuli, dominus his opus habet: non scisciti sunt quisnã dominus habet, sed discipulis cesserunt. Hic discant omnes Christiani si qua disputatio excitetur in sacrosancta nostra mysteria, semper maiestatis & domini Christi meminisse. Statim enim vi illius coacti cedẽt, nec reluctabun-

soluant ligatos & obstrictos, & erroris atque ignorantiæ vinculis præpeditos. Et mittũtur extra Hierusalem. Extra enim eã hæ duæ vocationes Gentiũ habebantur. Per Philippũ enim Samaria credit: per Petrũ, Cornelius Christo tanquã primitiæ Gentiũ adductus est. Hęc Hilarius. Hieronymus verò, Cyrillus, Origen. Thom. Beda, Druthmarus, & ceteri ferè omnes, per asinã Synagogam, ceu Iudæorum populum: per pullum, populum Gẽtium docent intelligi: Asina enim ista, 1. quæ subiugalis fuit & edomita, & iugum legis traxerat (inquit Hieronym.) Synagoga intelligitur. (Iugũ quippe illud est, de quo Apostoli in Hierosolymitano concilio, Quid tentatis, inquiunt, imponere iugum super ceruices nostras, quod neque patres nostri, neque nos portare potuim°? Act. 15.) Secũdanus addit rationem, quòd vt asina pulli, ita Iudæa secundum Deum mater est

tur,

Obseruat. doctrinæ.

est Gentiũ. Pullus autẽ Gẽtilẽ populum significat (vt docet Cyrill.) nullo prius legis onere pressum, sed sine freno & habenis quocunq; ferebat impetus, sese agentẽ. Nulla quippe Gẽtib° stata erat religio, cùm vt refert Oenonraus Philosophus triginta deorũ millia colerẽt, & viuendi institutis vndique variarent. Idcirco enim Paulus, Ephes. 2. sine Deo in hoc mũdo Gẽtes fuisse dicit, hospites testamentorum spem promissionis nõ habẽtes.

Proinde forsitan, ait Origenes, non irrationabiliter dicere possumus fuisse hos duos populos in mysterio Petri & Pauli, qui dextras illis dederunt sanctitatis. Vt Petrus quidem in circuncisione ad subiugalem iret, prædicaturus populo Iudæorum sub iugo legis degenti: Paulus verò ad Gentes, ad nouellum ac indomitum pullum. Erant autem ambo (id est, Iudæi & Gentes) in ciuitate Syon vel Hierusalem. Hæc Origen.

Interpret.& obseru.morum.

tur, sed se in obsequium verbi illius captiuatos credent.

Hoc autem totũ factum est vt adimpleretur quod dictum est per Prophetam, Zachariã cap. 9. Et Esaiã cap. 62. dicẽtem, Dicite filiæ Syon: Ecce rex tuus venit tibi mãsuetus, sedẽs super asinam & pullũ, filiũ subiugalis.

Ideo huic facto Prophetæ vaticinium adhibetur, ait Glossa, vt appareant omnia in Iesu completa esse, quæ de Christo prædicta erant.

Proinde Christus Iudæos ad scripturas relegabat, Ioan. 5. Et si crederetis Moysi, inquit, crederetis & mihi. De me enim ille dixit. Interrogent, scilicet Iudæi, ait Chrysost. in Matth. quis rex delatus super asinam intrauit Hierusalem. Et quia non habent alium qui sic venerit, necesse erit hunc solum dicere regem ipsis per Prophetã promissum. Ceterum nec proinde arbitreris hęc ideo facta esse, quia prædicta, quasi factum istud causam habeat à vaticinio: Immò verò ideo scripta sunt quia fieri debebant: & vaticinium causam habet à facto futuro, quod cùm in Deo fuerit præsentissimum, ideo & certissimum: idem certè reuelauit Prophetis. Porrò filiæ Syon animæ fideles sunt, ideo sic dictæ quod in Syon monte templum Salomonis ædificatum esset, per quod Ecclesia designatur. Aut si

Interpret. & obseru. morum.

dictionis Syon interpretatione spectes quæ speculum sonat, filiæ speculæ dicentur etiã fideles, cùm Ecclesia specula dicatur, cui speculatores deputati sunt pastores, & verbi Dei ministri, è qua velut specula deprehendimus technas mundi huius, sathanæ tentationes, & carnis nostræ concupiscentias: immò & omnia quæ nociua sunt cauemus: & quæ in salutem profutura sunt, è vicino etiã & è longe beatitudinem illã nobis repositã agnoscimus. Dicite ergo ait Propheta, & exultate fideles animę. Ecce Rex tuus venit.

Obseru. doctrinæ.

Probè autem dicit, Statim inuenietis, &c.

Quia statim occurrũt concionatori peccatores, vinculis peccatorum obstricti. Non est quòd multum laboret, inuestigandis impiis, cùm omnis mundus in maligno positus sit, Esa. 1. Omne caput languidum, & omne cor merẽs. A planta pedis vsque ad verticem nõ est in eo sanitas. Ceterum alligata erat asina aliis atque aliis vinculis. Nimirum apud Iudęos omnia hypocrisis, legis corruptio, liuor & inuidia, necnon cordis duricies & cæcitas. Gentiles verò in suæ carnis desideria traditos refert Paulus Rom. 1. vt facerẽt quæ nõ decet. Adeò peccatorũ vinculis obuoluti erant, vt illorũ patratores nephandissimos, Bacchũ, Iouẽ, Venerem, Mercurium, ceterósque eiusdem factionis in deorum numerum censerent & adorarent. Quomodo non peccatis impliciti erant, qui ea in diis suis adorabant? Hoc Lactãtius lib. 1. diuinarum institutionum, & Theodoretus lib. Græcarum affectionum serm. 3. de diis & angelis: Necnon Clemens Alexandrinus in Apolog. contra Gentes fusè demonstrant. Nam venerem (inquit Theodoretus) scortorum præsulem & magistram nudam faciunt statuarij sculptores, neque tunicula saltem illam obducũt. Quin & Europen tauro insidentem pictores pingunt, fabri conflant, marmorarij cælo effingunt. Bacchum quoque iidem artifices mollibus ac solutis membris, effeminatóque corpore nobis faciunt. Nec minus & ipsum Pana & Satyros equorum atque asellorum more coitus appetẽtes, atque ad venerem iam paratos concinnant. Idcirco quomodo non omni impudicitiæ

Obseruatio doctrinæ.

pudicitiæ vacassent, qui hanc in diis suis adorabant? At verò conuicti ac pudore suffusi hisce vinculis soluti sunt, cùm orbem terræ ad temperantiam modestiámque (per prædicationẽ Apostolorum) conuersum esse iam videant, atque ab antiquo errore depulsum, fatentur quidem mendacissimas esse fabulas ea quæ de diis. Poëtæ cecinerunt. Hæc Theodoretus. Quoniam igitur & Iudæi & Gẽtiles vinculis ignorantiæ & peccati detinebantur, rectè ad eos in mysterio missi sunt discipuli. Porrò quia duplici vinculo vterque populus tenebatur, duplex munus Christus suis committit. Est enim vinculum ignorantiæ quod soluitur prædicatione: Est & vinculum peccati quod sacramentorum administratione dirimitur. Proinde non tantum Christus ait. Soluite, *vt per sacramenta absoluendi potestatem Apostolis concreditam insinuet: sed &* dicite, *ait quod ignaros voluntatis domini instruere deberent. Obseruant nimirum Beda & alij antiquissimi patres ex hoc loco Apostolis in mysterio datum esse soluendorum peccatorum potestatem: vt sicut asinam alligatam, ita iniquitatum vinculis irretitas animas soluant. Et hoc sanè expressit Christus ante passionem, vt habetur Matth. 16. & 18. necnon post resurrectionem: vt Ioannes cap. 20. narrat. Poterit igitur hic fidelis concionator delabi ad locum communem de potestate sacerdotum, & absoluendi authoritate. Eludet & Neochristianorum argumenta, si distinctione aliter Deum, aliter sacerdotes remittere docuerit. Deum vtique ex se, propria authoritate, indepẽdenter, vt primum bonitatis authore: sacerdotem à Deo, dependenter: vt ministrum. Nam & hæresis Nouatianorum hactenus condemnata est, qui sacerdotibus ligandi & soluendi datam potestatẽ negabant: ijsque fere obductis in nos mediis, quibus Neochristiani vtuntur. Nouatiani enim, inquit Ambrosius lib. 1. de pœnitentia, cap. 2. cùm id negant, aiunt se domino deferre reuerentiam, cui soli remittendorum criminum potestatem reseruauit. Immo nulli maiorem (Deo) iniuriam faciunt, quàm qui volunt eius mandata rescin-*

Obseruatio doctrinæ.

Universidad de Deusto

dere. Nam cùm ipse in Euangelio suo dixerit dominus Iesus (Ioan. 20.) Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur: & quorum retinueritis retenta erunt: quis est qui magis honorat, vtrum qui mandatis obtemperat, an qui resistit? Hæc Ambrosius. Porro duobus modis soluitur quis à peccatis, inquit Cyrillus lib. 12. in Ioannem cap 56. Primum scilicet baptismo, deinde pœnitentia. Quod si negant vllo posse homines modo à peccatis soluere, baptisma igitur abijciunt: cùm in eo homines baptisare, id est lauare & purgare à peccatis in nomine Patris & filij & spiritus sancti dicantur. D. Hieronymus in Matth. quæstionem emouet quomodo in tam paruo spatio Christus super asinam & pullum sedere potuerit. Soluit D. Remigius primo quidem super asinam, demum super pullum sedisse: vt significaret primum quidem Synagogam Iudæorum, demum verò Gentilium Ecclesiam Dei sedem futuram.

Rursus quæri potest num inter Euangelistas dissonantia sit, cùm præter Matthæum tres reliqui pulli tantum, non autem asinæ meminerint. Respondet Augustinus lib. de consensu Euangelistarum Matthæum Hebraice Iudæis scripsisse, proinde secutum esse Hebraicam veritatem quæ pulli simul & asinæ meminit: tres verò reliquos Gentibus Euangelium prodidisse, & idcirco 70. interpretũ translationem secutos, qui pulli tantum meminerunt. Porrò contextus Hebraicus apud Prophetam id sonat Zacha. 9. Exulta satis filia Syon, Iubila filia Hierusalem: ecce rex tuus venit tibi iustus & saluator, ipse pauper & ascendens super asinam, & pullum filium asinæ. Esaias verò cap. 62. d. Dicite filiæ Syon, inquit, Ecce saluator tuus venit, ecce merces eius cum eo, & opus eius coram eo, Ioannes paulo alia verba recenset, potius scilicet sensum secutus: Ait enim cap. 12. Noli timere filia Syon: Ecce rex tuus venit tibi, sedens super pullum asinæ, Porro Zacharias tria Christo tribuit insignia, quòd iustus sit, saluator, & pauper.

Sex ad-

Obseruatio doctrinæ.

Sex adueniẽtis Christi conditiones assignantur à Matthæo, quod sit.	1. Præsens. Sic Esa. 52. Ecce adsum.	1. Visibilis, Ioan. 1. 2. Audiendus. Hebr. 1. Nouissime diebus istis locutus est nobis in filio. 3. Manibus cõtrectãdus. 1. Ioã. 1. 4. Qui conuersetur cum hominibus. Baruch. 3. Posthæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. 5. Qui digito etiam monstretur à Ioanne. Ioan. 1. Ecce agnus Dei.	Hoc enim	1. Ecce
	2. Rex cuius varij honoris tituli pãdũtur, quod sit rex.	1. Gloriæ. Psal. Ipse est rex gloriæ. 2. Pacis & veritatis. Ezech. 37. 3. Totius potestatis. Hester 19. 4. Sapientiæ. Hierem. 33. 5. Proinde honorãdus. 2. Tim. 2. 6. Qui potestatẽ habet super corpus & animam Apocalyp. 19. Proinde timendus, Matth. 10.	satis indicant	2. Rex
	3. Propinquus vt qui sit,	1. Non alienigena vt Herodes. Prohibetur enim Deute. 17. alterius Gentis hominem regem facere: sed ex Iudæis secundum carnem natus. Ioan. 4. Quia salus ex Iudæis est. 2. Sed neque legi aduersarius: qui non venit legem soluere sed adimplere. Galathas. 4. Mittit enim Deus filium suum factũ sub lege.	verba hæc	3. tuus

Obseruatio doctrinæ.

4. Aduenit non vt exactiones, bella aut seditiones imponat, sed in vtilitatē omnem, vt,

1. Diabolum à principatu deijciat. Ioan.12.
2. Regnum peccati destruat. Ioan.1.
3. Regnum cæleste conferat. Luc.12.
4. Homines Deo reconciliet. Rom.5.
5 Homines Spiritussancti gratia illuminet. Ioan.1. & 14.
6. Det animam suam in redemptionem pro multis. Ioan. 10. & Matth.20.

Prophetæ. 4. venit titi.

5. Neq; vi armorum aut furore quodam percitus accedat vt hominū peccata vindicet: aut sicut olim in eos serpentes, pestem, bellum aut famam immittat, quin potius vt misereatur, & condonet hominibus suas iniquitates. Venit enim mãsuetus.

1. ad improperia. Esai. 53. Qui cum maledicerentur non maledicebat.
2. Ad tormenta & verbera. Esai. 50. faciem meam non auerti ab increpantibus & conspuētibus me.
3. Vsque etiam ad mortem Hierem. 11. Ego quasi agnus, &c.
4. Et nunc quidem ad peccata, vt qui patienter agat pro nobis.

5. mansuetus.

6. Humilitatis denique præ se fert exemplū. Non enim (ait Chrysostom. in Matt.) sedet in curru aureo, preciosa purpura fulgens, nec ascendit super feruidum equum, discordiæ amatorem & litis, sed super asinā, trãquillitatis & pacis amicam.

6. sedens super asinam & super pullū filium subiugalis.

Apertissima

Obseruatio doctrinæ.

Apertissima vtique Prophetarum fuerunt oracula, quæ Christi aduentum velut digito demonstrarent. Hinc est quod Matthæus Hebræis docendis Hebraice scribens, quæ de Christo prædicta fuerāt, etiam in Iesu cōpleta esse probare solet. Hinc quod Christus Iudæis, Scrutamini, inquit, scripturas. Sed excæcauit eos malitia sua, et excæcatum est prauum cor eorum: adeo vt videntes non videant, & audientes non intelligant. Impletum est in eis quod Christus prædixerat Ioan.5. Ego veni, inquit, in nomine Patris mei, & non recepistis me. Alius venit in nomine suo, & recipietis eum. Hoc docet Petrus Galatinus lib.4. de arcanis catholicæ veritatis cap. 21. Ille enim ex Rabbi Mose filio Maimonis lib. sententiarum regū colligit paulo post Christi in cælos ascensionem Iudæum quendam cui nomē erat Barcozba, aut secundum alios Bencozba, se pro Messia ingessisse, & super Iudæos annis 30. cum dimidio regnasse, ei Rabbi Atriba sapientiorē ex Talmudicis adhæsisse, adeo vt Iudæi à Rom. defecerint imperio. Quapropter Vespasianus cum filio Tito contra eos missus est: vt sicut Dei filium vna cum Patre negauerant dicentes, Non habemus regem nisi Cæsarem: ita patri & filio Vespasiano scilicet & Tito merito exterminandi traderentur. Tandem obsessi Iudæi videntes nullum suæ liberationis signum à Barcozba fieri, eū neci tradiderunt. Tandem capta ac solo æquata ciuitate & templo, Tito Romam reuerso, anno ab vrbis Hierosolymæ excidio. 48. cum dimidio, Iudæi ciuitatem Bittersibi Metropolim fecerunt, ibique alium falsum Messiā eiusdem nominis Barcozba sibi præfecerunt: & ei adhærentes Roman. iugum excutere cœperunt. Sed tertio demum anno mense 6. ab Hadriano Imperatore in Bitter obsessi, vrbe capta, omnes cum suo falso Messia peremptí sunt. Recentiores etiam nunc Iudæi duos Messias expectant, vt Petrus Galatinus lib. 3. cap. 2. de arcanis catholicæ veritatis ex Bereßith Rabba confirmat. Vnum nimirum præstolantur filium Ioseph moriturum, & alterum filium Dauid non moriturum, de quo scriptum sit Zacha.

Universidad de Deusto

Obseruatio doctrinæ.

9. *Pauper & equitans super asinam. Nec aduertunt miseri homines hoc in domino Iesu impletum fuisse. Quin legant expositionem Geneseos editam à Rabbi Mose Hadarsan, qui Christi incarnationē præcessit, & cum ista Euangelij historia conferant, vt intelligant dominum Iesum verum Messiam esse. Hic enim in hoc 49. cap. dictum, ligans ad vitem pullum suum, sic habet. Cùm venerit Messias in Hierusalem, ipse erit cingens asinum suum & equitabit, & super eum veniet in Hierusalem, vt ducat seipsum in paupertate & humilitate, sicut scriptum est Zachar. 9. Pauper & humilis, equitans super asinum vel asinam. Sequitur in libro Genesis ibidē: Et ad palmitem fili mi, asinam suam. Hæc ille. Cur ergo superbum, furentem, & sanguinolentum Messyam expectant, qui restituat Israël, & non intelligunt illum pauperem & mansuētum esse debuisse, vt sublimitas esset virtutis Dei & non hominis. 2. Cor. 4.*

Interpretat. & obseruat. morum.

Euntes autem discipuli fecerunt sicut, &c.

Iam obsequium & reuerentiam Christo exibitam recenset Euangelista. 1. quidem ex parte discipulorum. 2. ex parte turbæ præcedentis & subsequentis 1. Discipuli quidem nihil cunctati sunt, nihil scisciti, sed statim viam capessentes, iniunctum sibi negotium peregerūt. Suo vtique nos exemplo docentes nihil morari præcipiente Christo aut Ecclesia: non in quæstiones effluere. Quis enim seruus à domino quærat, cur aliquid iubeat? Imitemur paruum

Obseruatio doctrinæ.

Pio discipulorum, & istius turbæ officio, quibus Dei cultus agnoscatur, ostenditur. 1. Obedientia: Euntes enim discipuli fecerunt, &c. Melior quippè est obedientia quā victimæ: vt in causa Saulis docuit dominus. 1. Reg. 15. Hinc & Saul abiectus est, quod præcipienti Deo vt deleret Amalech eidem pepercerit. 1. Regum 28. Econtra Abrahæ obedientia commē-

datur

Obseruatio doctrinæ.

datur, qui propriū etiam filium accepto mandato mactare paratus fuerit. Genes. 22. Rubenitarum & Gaditarū, necnō & mediæ tribus Manasse, ad iussa Iosue paratissima. Iosue. 1. Item Rechabitarum qui mādato patris nec vinum biberunt, nec vineas coluerunt, nec domos ædificarūt. Iere. 35. Idcirco dominus, si vis ad vitā ingredi, inquit, serua mādata. 2. Pietatis in proximos officio, vt si quas animas errātes perceperimus, ad rectū tramitē reducamus. Hoc nimirū indicat Apostolorum factū. Nā cùm asinā & pullū adduxerūt, nos lasciuientes, & in morē asinæ sarcina iniquitatum onustos peccatores ad Christū adducere, & per pias exortationes illi submittere debere docuerūt. Vnicuiq; enim Deus mādauit de proximo suo. Merces vtique vberrima pro charitate hac repēditur fratres mei si quis ex vobis errauerit à veritate, & cōuerterit qs eū, scire debet quoniā q cōuerterit

Interpret. & obseruat. morum.

paruum Samuelem qui noctu sibi apparēte domino: Loquere inquit, domine, quoniā audit seruus tuus. Imitemur & Psaltem, dicentes, Audiam quid loquatur in me dominus Deus.

Porro Marcus latius exprimit quid fecerint discipuli. Inuenerūt, ait, pullum ligatum ante ianuam foris in biuio: & soluātibus illis pullum, inquit Lucas, dixit dominus eius ad illos, Quid soluitis pullum? At illi dixerunt, quia dominus eum necessarium habet. Et statim, ait Marcus, dimiserūt eis pullū. Theophylactus in Matth. Non permitterent, inquit, animalia ducere, nisi diuina virtus eis incumberet, cogēs illos, præsertim cùm rustici & coloni essent. 3. Discipuli quoque non tantum Christo morem gerunt, sed & magnam honoris reuerentiam exibent.

Imposuerunt enim super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt.

Nimirum vt mysterium istud cōtēplemus profundius, nihil subterfugerunt discipuli, quominus & Iudæo & Gentili Euangelium viámq; veritatis annunciarēt: sed sicut asinæ & pullo propria etiā vestimenta imposuerunt, ita propria corpora, quibus anima eorum tegebatur, morti exposuerunt pro Christo. 2. Ex parte quoq; turbæ pietatis obsequium Christo exibitū exprimitur.

Interpretat. & obseruat. morum.

Plurima turba strauerunt vestimenta sua in via.

Quod enim præ manibus habẽt offerunt: si plura liceret darent. Etiã pedibus asinæ calcãda hæc submittunt, hoc officio sese Christo offerẽtes, & deuotionem cordis sui exponentes.

Porro hoc facto deponenda esse vestimenta obuiam Christo, & expoliandum veterem hominem & induendum nouum præsignabant Colossens. 3.

3. Alij cedebant ramos de arboribus, quibus mõs oliueti abũdabat, dictus scilicet ab oliuis hîc frequentibus, & sternebant in via. Quo facto Christum mortis victorem declarabãt. Ramus enim palmæ signum victoriæ est. Vnde sicut palma etiam superposito ingenti pondere non flectitur, ita nec Christus etiam insurgentibus in eũ Iudæis morte & peccato minime vinceretur. Docebant & piis operibus fidem nostram illustrari debere. Ramis enim viam Christo sternunt, qui operibus & moribus Christo dignis fidem suam exornant. fructus bonæ arboris describit Paulus Galath. 5. è contra statuẽs malæ arboris, nimirum incredulitatis genimina.

4. Turbæ autem quæ præcedebant, & quæ sequebantur, clamabant dicentes, Osanna filio

Obseruatio doctrinæ.

peccatorem ab errore vitæ suæ, saluabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum. 3. Bonæ conuersationis exẽplo. Hoc enim per vestimenta quibus quis operitur indicatur. Sic etiam peccata vestimenta dicuntur Psal. Operiantur velut dissloide confusione sua. Sic Deus amictus lumine sicut vestimento. Externis enim patent opera & vita hominis, sicut & exterius apparẽt indumenta. Ea ergo asinæ & pullo imponuntur, vt in eis decentius Christus sedeat, quando pia nostra conuersatione peccatores per imitationem fulciuntur & bonis operibus decorantur. Nec enim satis est peccatorem ab errore vitæ suæ recedere, sed & eũ iudicium & iustitiam facere oportet. Ezech. 18. & 33. Recedit autem ab errore vitæ suę cùm solutus ad Christum ducitur: Iustitiam autem facit cùm discipulorum Christi vestimẽtis, id est pia conuersatione per imitationem operitur.

Obseruatio doctrinæ.

ritur. 4. Sed & omnia pro Christo exponi debere vestimenta ista indicant: quod vtique Dei vero cultui tanto necessarium est, quanto per eum Deo nos vniri & mũdo renunciare oportet, vt docet Tertul. lib. de corona militis. Nam velut vestimenta corpori accidunt, & illius causa instituta sunt, sic, &c. tẽporalia. Porro sicut Apostoli vestimenta exponunt, sic & nos omnia in discrimen pro Christo exponere debemus, etiam vt fratres lucremur. 5. Christum quoque agnoscere victorem & triumphatorem opus est eum qui Dei se fideli obsequio deuouet. Hæc est enĩ vita æterna vt cognoscant te solum, &c. Ioan. 17. Hoc turbæ istæ protestantur in duobus. 1. In ramis oliuarum. 2. & in cantico, Osanna filio Dauid, &c. Ephe. 5. Impleamini omnes spiritusanctò loquẽtes vobismetipsis in hymnis & psalmis & canticis spiritualibus: gratias agentes Deo, & cetera.

Interpretat. & obseruat. morum.

filio Dauid.

Clamore cordis sui testãtur affectum. Symmachus, Osanna, vertit. Obsecro domine, salutem imparti nobis, vel filio Dauid. Hieronymus, Iudæi, inquit, præcaturi dicũt. Ana domine, quod 70. O domine, interpretãtur. Symmachus apertius, obsecro domine dicit. Hosiach verò saluifica, siue salutem imparti. Ana scilicet interiectio est deprecantis: cui si addas Hosiach, ex duobus vnum nomẽ coalescit. Hoc nõ sunt interpretati Euangelistæ: tum quòd propriam vim suam Hæbraica dictio habeat: tum vt docerẽt doctioribus arcana Theologica remittenda, nec statim ea simplicioribus pateri. Hac ergo confessione fideles isti populi agnoscunt, 1 rationem cur Christus aduenerit: nimirum vt saluet, cùm saluari ab eo exoptant. 2. eius humanitatis arcanũ, cùm eũ filium Dauid nuncupant. Nam & Dauidi promissus fuerat Christus: ísque eius filius secundum carnem nuncupatus, Luc. 1. Et dabit illi dominus sedem Dauid patris eius. 3. Eius gloriæ celebrationem.

Benedictus qui venit in nomine domini.

Nec enim in nomine suo venit, sed Patris: nec propriam sed Patris gloriam quæsiuit. Ioan. 5. Ego veni in nomine Patris mei, & non recepistis me: Si alius venerit in nomine suo, illũ recipietis. Hoc & qui præcedebant & qui sequebãtur vnani-

Interpretat.& obseruat.morum.

mes clamabant. Quia eorum qui Christi incarnationem præcesserunt, & qui eam secuti vna est fides, quamuis sacramenta pro temporũ varietate diuersa fuerint: vnica tamen significatio omnium est, & finis vnus legis Christus ad iustitiam omni credenti. Rom. 10. Lucas addit.

Pax in cælo, & gloria in excelsis.

Perspicue enim docent, inquit Hieronymus in Matth. aduentum domini in carnem, non solum humani generis in terra, sed & angelorũ in cælis esse salutẽ & gloriam: quia dum nos redempti ad superna reducimur, eorum profectus numerus qui in Sathana fuerat minoratus, impletur. Venit enim Christus, ait Paulus Eph. 1. instaurare omnia quæ in cælis, & quæ in terra sunt. Marcus sic concludit clamorem hunc populi Hosiah-ana in excelsis.

Quasi dicat: Non quærimus salutem in terra, qualem nobis præstiterunt Ioseph, Moyses, Iosue, & alij suo tempore dicti saluatores: sed in cælo, id est, quę nos cælo reponat, & æternæ beatitudinis participes reddat. Non quærimus terram fluentem lac & mel: nõ eripi à terrenis hostibus, sed sic ab insidiis omnium inimicorum nostrorum spiritualium eximi vt triumphemus in excelsis. Christum ergo ad futuram, immo proximam quam operaturus erat mundi salutem, & vt Israël ab omnibus iniquitatibus suis redimat prouocare videntur. Nos quoque fidelis istius turbæ piã deuotionem imitantes, Christum Iesum dominum nostrum hac oratione ineamus.

ORATIO.

DOmine Iesu Christe fili Dauid qui in hunc mundum venisti vt vinclis peccatorum obstructos solueres, & sarcina iniquitatum grauatos releuares, nósque à Sathanæ laqueis eximeres: cui pueri & turbæ obuiam Hierosolymam ingredienti Osanna acclamarunt, vestimenta strauerunt, palmas & oliuarum ramos obtulerunt: salua nos quæsumus & purifica: vt fide piis operibus florescente nos tibi deuouentes, tuámque de principatibus & potestatibus tenebrarum victoriam celebrantes, tandem cælestẽ beatorum Hierosolymam ingredi possimus. Amen.

IN EPI-

IN EPISTOLAM QVÆ LEGITVR die palmarum, ex epistola D. Pauli ad Philippenses 2. Homilia quæ feria aut 2. aut 3. aut 4. ante Parasceuen commodè declarari poterit.

Hoc sentite in vobis quod & in Christo Iesu, &c.

Introductio in Euangelium.

PAtrem sequitur sua proles, milites ducem, & subditi regem.

Componitur orbis Regis ad exemplum.

Nos quoque qui Christiani à Christo denominamur, ad illius instar componi debemus. Hoc autem faciemus si humiles in omnibus præceptis obedientes, in aduersis patiẽtes, in bono perseuerantes, cælestia quoque suspirantes Deo vni seruiamus. Hoc Paulus docet in epistola quæ legitur die palmarum ex Philippen. 2. deprompta: quæque aptè hodie propter memoriam Christi humiliationis & mortis interpretari potest.

Summa.

Quatuor verò nobis hac

Interpretat.& obseruat. morum.

IDem sit in vobis affectus ergo vosmetipsos, qui & in Christo Iesu. In hoc enim membra mortua à viuentibus dignoscuntur, quòd viua eundem cum corpore & capite sensum habeant, mortua minime. Nostrum vtique caput Christus est Ephesios primo, & nos sumus inuicem membra, adeo vt in vnum corpus baptisati simus, 1. Corin. 10. Iidem igitur affectus regnent in nobis, qui & in capite nostro Christo. An non videmus ad perfectam quandam regulam lineas in rectum trahi, omnes denique artifices se ad instar perfectissimi cuiusdam formare? Et nobis sane in vitæ regulam Christus propositus est: quod & suos his verbis admonet, Ioan. 13. Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci ita & vos faciatis.

Porro maxime obseruanda in Christo & commendãda sunt, humilitas, patientia, mansuetudo, charitas, obedientia & modestia,

Interpret.& obseruat.morum.

quæ omnia nobis in exemplũ producta sunt. Nam sicut Moysi dictum est: vt omnia faceret secundum exẽplar quod illi datum erat in monte. Heb. 8. ita & nobis eleuatus est in Caluariæ monte Christus, vt lumen in candelabro, & ibi in typum perfectæ virtutis propositus est, 1. Pet. 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, & cete. Rom. 15. Propter quod suscipite inuicem, sicut & Christus suscepit vos in honorem Dei. Hoc vtique exemplar nemo aut debet, aut potest imperfectionis conuincere. Nam sicut nulla est cõuẽtio lucis ad tenebras: ita neque Christi ad peccatum. Ipse enim est lux mundi, Ioã. 8. quæ illuminat omnem hominẽ venientẽ in hunc mundũ. Potest vtiq; qui se dirigit ad humanæ vitæ & disciplinæ canonẽ facile delinquere, quod sumus omnes natura cæci & filij iræ Ephes. 2. At vero si cæcus cæco ducatũ præstet, ambo in foueã cadũt. Matt. 15. Omnes declinauerũt, simul inutiles facti sunt. Omnes peccauerunt & egent gratia Dei Rom. 3. At Christus. Qui sequitur me, inquit, nõ ambulat in tenebris. In eo enim sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ reconditi. Poterat vtique Paulus nos ad Dauidem remittere, vt eius mansuetudinem & in inimicos beneficẽtiam imitandam proponeret. Poterat etiam ad Ioseph qui fratribus bona pro malis retribuit dirigere: sed & eos peccatores fuisse

Obseruatio doctrinæ.

epistola exprimuntur.

1. *Christi summa maiestas, & cum patre æqualitas.*
2. *Eiusdem vt incarnaretur summa humilitas.*
3. *Vt pateretur summa obedientia.*
4. *Eiusdémque pro merito summa exaltatio.*

Obseruatio doctrinæ.

Porro numera quotnã hinc hæretici cadant: (inquit Theophylactus in epistolã ad Philippenses) Marcio Pẽticus dicebat mundum & carnem esse mala: proinde à Deo hãc assumptam non esse. Marcellus, Galatius, & Photinus, et Sophronius asseuerabant verbum Dei actum esse, non essentiam personalem, atque actum hũc inhabitare ei qui ex semine Dauidis esset. Paulus dein Samosatensis dicebat quòd ex Maria habuerit principium essentiæ. Sabellius autem Lybicus affirmabat quòd Pater, filius, & Spiritus sanctus, nomina essent tenuia, vni personæ attributa. Arrius dicebat filium Dei esse

Obseruatio doctrinæ.

esse creaturam: Apollinaris Laodicẽsis, quòd animam rationalem & intelligibilem non acceperit. Vide igitur hîc quomodo occumbant omnes vno propemodum ensi.

In forma Dei existens.

Quomodo igitur Marcelliani dicitis quòd verbum Dei est actus vel operatio, & non substantia? Forma enim Dei essentia dicitur, quemadmodum forma serui, natura serui. Quomodo & tu Samosatensis quòd ex virgine primũ esse suum sumpserit? Antea enim erat in forma diuinaque essentia. Quinetiam Sabellium cadere animaduerte.

Non rapinam, *inquit,* arbitratus est esse se æqualem Deo.

Æquale de vna persona nõ dicitur: verùm quod æquale est, alicui est æquale: quare duæ hinc personæ elucescunt. Arrius autem pluribus rationibus destruitur. In forma enim Dei, id est essentia. Et non dixit factus: sed ὑπάρχων, id est existens. Simile

Interpretat.& obseruat.morum.

fuisse causari posset aliquis. Ideo ad instar perfectissimi prototypi nos efformat, Christi scilicet Dei & hominis: de cuius plenitudine nos omnes accepimus. Ioan. 1. Poterat & Paulus nos ad Christi conciones, vbique in Euangeliis dispersas remittere: sed quia etiam opera magis vrgent, ea quibus suam humilitatem, & in nos dilectionem testatus est, succincte designat. Et primùm quidem eius humilitatem: vt qui propter nos pauper factus sit cùm diues esset, 2. Corin. 8. Quum enim (ait Theophylactus in episto. ad Philipen. 2.) ostenderit filium Dei omni altitudine superiorem, ad infima descendisse, infimúmque factum, quem non superborum pudefaciat? Humilitatem igitur eius declaraturus, prius eius maiestatem pandit dicens.

Qui cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo.

Id est, cùm veram deitatem haberet, & vnius cũ Patre essentiæ esset, sicut testatus est his verbis, Ego & Pater vnum sumus, nihil alieni vsurpauit, ceu sibi ascripsit sentiendo & asserendo se Patri æqualem. Vt cùm ait Ioan. 16. Omnia quæcumque habet Pater, mea sunt. Et cap. 17. Omnia mea tua sunt, & tua mea sunt. Et cap. 10. Pater quod dedit mihi maius est omnibus. Græcam enim vocẽ μορφὴν Chrysostomus formam sub-

Interpretat.& obseruat.morum.

Obseruatio doctrinæ.

stantialem interpretatur. Est enim forma alia substantiæ, alia accidẽtis, secundum quas aliter homo pictus forma hominis est. & aliter homo viuus eiusdem forma est. Eandem quoque distinctionem assignat Paulus Coloss. 1. & Heb. 1. dicens Christum imaginem esse substantię Dei. Nam sicut alia est imago substantiæ, vt filius imago Patris, & alia imago accidentis, propter quandam ad liniamenta quantitatis & qualitatis accidentariam similitudinem: aliter enim Seth est ad imaginem Adam, ceu etiam Adami imago, & aliter pictura eius imago esse potest: ita quoque alia est forma substantiæ, & alia accidentis. Christus verò in forma Dei substantiali fuisse dicitur, quia consubstantialis fuit. Hoc probat sanctus Ambrosius Mediolanensis Episcopus in cap. 2. epist. ad Philippen. Christus (inquit) semper in forma Dei erat, quia imago est inuisibilis Dei. Sed Apostolus de Dei filio cum incarnatus homo factus est, tractat dicens: Hoc sentite in vobis quod & in Christo Iesu: id est de Deo & homine: qui cùm in forma Dei esset, inter homines vtique conuersatus, gestis & operibus apparebat esse Deus. Forma enim Dei nihil differt à Deo. Ideo enim forma & imago Dei appellatus est, vt intelligeretur non ipse Pater esse Deus (hinc nõ ait, cũ in forma Dei patris esset) sed hoc ipse quod Deus est. Hic ergo non rapinam arbitratus est esse se patrẽ Deo. Sciens enim in forma Dei se esse, nõ furat' est vt diceret Ioã. 10. Ego & Pater vnũ sumus. Nam propterea persequebãtur eum Iudæi quia nõ solum soluebat Sabbatũ, sed & Patrẽ suum dicebat Deum: æqualẽ se faciẽs Dei. Primasius, in forma Dei, id est imagine Dei absque peccato siue in quo erat Deus, id est plenitudo diuinitatis, interpretatur. Eodem quoq; sensu dictionẽ hanc Anselmus, Oecumenius, Theophylactus & Photius examinãt. Beatus autẽ August. lib. 2. cõtra Maximinum Episcopũ cap. 5. quomodo Christus rapinã nõ sit arbitratus, &cet. sic expẽdit. Rapina (inquit) res est aliena quæ per iniuriam possidetur. Cùm ergo Dei filius, esset filius, Deo per omnia ęqualis, nõ rapina, id est alieno modo, sed natura est ęqualis Deo. Proinde in forma Dei esse, est Deo æqualẽ esse. At inter diuersa non est æqualitas. Consequitur ergo in sancta trinitate vnum adorari Deum, tres orthodoxe agnosci personas.

est illi, Ego sum existens, vel, qui sum. Et non arbitratus est rapinam, esse se æqualem Deo. *Cernis humilitatem? Quomodo igitur tu dicis, quòd sit maior Pater, filius autem minor?*

Obseruatio doctrinæ.

Porro Ambrosius Catharinus vir sanè doctissimus, epistolam Pauli ad Philipp. edisserens, paulo aliter locum hunc, (in forma Dei, & serui formam accipiens) *interpretatur. Cogitandũ est (inquit) Christi formam quæ dicitur forma Dei & forma serui, non accipi secundum eam partem qua Deus erat, sed secundum humanitatem assumptam: quæ modo Dei formã, modo serui exprimit. Habet enim vestem humanitatis quam induit nunc sicut decet gloriosam. Qua in forma viderunt eum discipuli transfiguratũ in monte, Matth. Propter quod Ioannes ait, ca. 1. Vidimus gloriã eius, gloriã quasi vnigeniti à Patre. In forma autẽ serui fuit, cùm hanc nostram assumpsit ab initio mortalem, corruptibilem, & expositam cunctis vitæ necessitatibus ac miseriis. In hoc verò erat prædestinatus filius vt veniret gloriosus in gloriam nostram, secundum quam formam*

Interpretat.& obseruat.morum.

Ceterum quod dicit, Non rapinam arbitratus est, &c. alludit ad peccatum primorum parentum. Eua enim maxime quod maius se erat appetiit. Dixerat quippe ei serpens. Scit Deus quia in quacunque die comederitis, aperientur oculi vestri, & eritis sicut Dij, sciẽtes bonum & malum, Genes. 3. Diuinitatẽ igitur illa concupiuit. At Christus quæ non rapuerat exoluit, vt dicit Psaltes Psal. 68. Non rapuit diuinitatem qui eam in summo gradu habebat. Persoluit tamen quando illã quodammodo secundum vestẽ deposuit, & indigno carnis nostræ vestimento contexit. vnde addit.

Sed semetipsum exinaniuit, quia non in ea forma apparuit hominibus (inquit Anselmus) in qua æqualis est Patri. Exinaniuit se non formam Dei amittens, sed Serui formam accipiens, id est naturã humanam atque seruilem in vnitate suppositali, ceu personali assumens. Ita vt natura assumpta vnita sit verbo immediate, ceu esse personali verbi immediate coniuncta, sicut caro coniungitur animæ. Tirãni vtique quod malis artibus ad imperium peruenerint quia veri regni hæredes & successores non sunt, regnum tamen cõscientia reclamãte occupant: semper sibi timent, nec longius à regno recedunt, ne cùm egressi fuerint, tandem illis regressus præcludatur. Christus verò

Interpret.& obseruat.morum.

quod paternorum bonorum verus esset hærens, verus denique totius orbis Monarcha, nihil est veritusq. suam egredi regiam, quod nihil per rapinã vsurpasset. Videtis quoque & legitis eos qui vi tyrannica aliquid occuparunt, vndique se militibus armatis stipare, nunquam inermes in publicum prodire: qualẽ olim testatur Cicero quinto quęstionum Tusculanarum sese Dionysium Syracusanum prębuisse, vt qui lecto pensili cubaret, & non nisi ex altissima turri populum alloqueretur. At verus regni hæres nihil timet, inermis obambulat, sese suo commiscet populo. Ita quoq; Christus quòd non per rapinam æqualitatem Dei sibi vsurpasset, ostendit: cùm exinaniuit semetipsum. Qui arte mimica regium apud populum venãtur honorem aut existimationem, regiis quibusdam indumentis, & superbo supercilio oculos deludunt. At qui re vera rex est, etiam simpliciori veste vti non detrectatur, quòd satis regni hæres esse agnoscatur. Ita quoque nec nostræ mortalitatis vestẽ reiecit Christus, vt quem etiã factum hominẽ angeli cæli regẽ agnituri essent. Hi deniq; qui natura deformes sunt, fuco quodam vnguentis & stybio facies suas depingunt: corpora sua torquibus, armillis, & ceteris similibus illustrant, vt quod natura negat, industria compenset. At vero qui natiuam habent pulchritudinem, quan-

Obseruatio doctrinæ.

apparebat (sicut & erat) æqualis Patri, nisi peccatum intercessisset. Ipse tamẽ Christus non arbitratus est hanc rapinam esse se æqualẽ Deo, cùm deposuerit quodammodo illam æqualitatem, id est habitum quo illa æqualitas indicabatur. Melius tamen & facilius antiqui patres id interpretari videntur, vt doceant nihil rapinæ fuisse in Christo, si se & dixerit & ostenderit æqualem Deo, cùm fuerit in forma Dei substantiali, id est consubstantialis. Quod non secundum humanitatem assumptam, sed secundum eam partem qua Deus erat debet intelligi. Immo tanto abest vt dicendo se æqualem Patri, aliquid alieni suffuratus sit, qui cum in forma Dei esset seipsum exinaniuit. Quod ait Paulus.

Seipsum exinaniuit,

eos confundit qui olim dicebant (vt testis est Theophylactus scribens in hunc locum) quod inuitus atq; iniunctionẽ

Obseru.doctrinæ.

& mandatum implens descẽderit. Audiãt verò quod seipsum inanem fecit, vt dominus, ac tanquam sui iuris sua libertate gaudẽs. formã *autem* serui *dicens Apollinarim pudefacit. Qui enim formam siue substantiã serui accipit, rationalem omnino animam habet. D. Ambrosius serui nomen expendens pro peccatore, formã, inquit, serui accepit, dum quasi peccator humiliatur. Serui enim ex peccato fiunt, sicut Cham filius Noe, qui primus merito nomen serui accepit. Proinde formam Dei etiam interpretatur in ratione diuinorum operum. Dei enim filius, inquit, homo natus, sic in forma Dei erat, quia cùm homo videretur opera Dei faciebat, vt in gestis rebus appareret Deus esse, qui tantum homo esse putabatur. Opera enim formã significabant, vt quia opera eius, non vtique hominis opera sunt: hic qui in opere vel forma Dei erat, Deo intelligeretur. Forma enim*

Interpret.& obseru.morum.

quandoque etiam sese carbone deformant, & laceris vestibus, aut saltem simplicioribus obambulare nõ verentur, vt quibus semper sua pulchritudo remansura sit. Ita Christus quòd natiuam haberet maiestatem, quæ nusquã tolli posset, exinaniuit semetipsum, &c. & hoc ipso nihil se per rapinam & dolum vsurpasse demonstrauit. Quod quis rapuit (inquit Photius in hunc locum) id celari se nõ vult, neque vel ad tempus ab se amandare: timẽs ne si diutius celetur perdatur, ac sibi pereat, nõ valens rem vẽdicare vt suam: quod verò proprium habet: facile id celari sinit, quia cùm volet in mediũ producet. Ita Christus connaturalem sibi ac maxime propriam cum Patre æqualitatem non esse rapinã nec eam violenter sibi vendicare ostendit, quãdo se vsque ad formam serui humiliauit, & se Deum Deíq; filium aliquoties ante resurrectionem prædicari vetuit.

In similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Hîc ne tu similitudinis nomen & particulam (vt) negare in Christo veram hominis naturã putes: non enim in ratione naturæ hominum id dictum est, sed conditionis peccati, cuius similitudinem tãtum habuit nõ veritatem. Nã Christus factus est similis hominibus, peccatoribus in aliqua ratione, nõ in omni. In ratione scilicet naturæ mortalitatis corporis, & animæ de-

Interpret.& obseru.morum.

fectuum quoque naturalium, non autem in ratione peccati & defectuum volũtatis. Sic habitu, id est, apparẽtia exteriori inuentus est, vt homo peccator à Iudæis, quibus & Christus ait, Nolite iudicare secundum faciem, Ioan.8. At si interius, immò & exactius in omnibus Christum cõsideres, lux erat, in quo nullæ erant tenebræ. Hinc est quod Paulus, Hebr.4. tentatum eum dicit per omnia in similitudine absque peccato. Et licet etiam in ratione naturæ similitudinem cõsideremus & habitum: non negat tamen veritatem. Nec enim Seth ideo quia dicitur ad similitudinẽ Adam filius, negatur verus homo fuisse. Et cum Ioan. cap. 1. Vidimus inquit gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre: particula hæc (quasi) non negat eum veram habuisse gloriam, & verè fuisse vnigenitum: sed eum qui talis erat, talem etiam apparuisse. Vulgatus enim est loquendi modus, cùm viderimus regem sceptro & habitu regali incedentem, vt dicamus, En quàm propriè incedit: vtique incedit tanquam rex: & tamen non negamus eũ vere regẽ esse, sed quod cõueniente sibi grauitate incedat. Ita Christus in similitudinem hominũ factus est: quia quemadmodum verus erat homo, ita similem se nobis exibuit, non subtrahens per inhabitãtem diuinitatem naturalis carnis affectiones, vt mortale, passibile, infirmum, esuriens, &

similia:

Obseru.doctrinæ.

Dei quid est, nisi exemplum quo Deus apparet, dum mortuos excitat, surdis reddit auditum, leprosos mundat. super mare ambulat, & similia. Hæc Ambrosius. Porrò si forma Dei pro operibus Dei sumi debet, videbitur & forma serui pro operibus peccatoris sumi, maxime cum per seruũ idem sanctissimus pater peccatorẽ interpretetur. Minus verò aptè dici videtur quod opera peccatoris assumpsit, etsi opera & affectiones hoinis. Peccator enim defectũ voluntatis sonat, & homo naturã. Melius igitur Chrysost. Photius, August. Theophilact. & Oecumenius per formã substantiã & naturam intelligere videntur: vnusquisque abũdet in sensu suo. Ex eo quod Christus dicitur in similitudinem hominum factus, *Marcionitæ colligũt, quòd apparenter sit incarnatus nõ reuera, sed in speciem & fucum. Vides enim (inquiunt) quomodo Paulus asseuerat similitudinem*

dinem

Obseruat.doctrinæ.

dinem eum hominis habuisse, ac figurasse, nõ essentia factũ hominẽ. At verò (inquit Theophilactus) cùm dicit ad Hebræos, in similitudine carnis peccati, nõ hoc dicit quod carnem nõ habuerit: verùm quòd caro illa nõ peccarit, sed similis erat peccatrici secũdũ naturã, nõ secũdũ malitiam. Vt igitur isthic simile est, eo quod nõ omnia sint æqualia: sic et hic similitudinẽ dicit, quod nõ sit natus ex cõcubitu, et quia in eũ non cadat peccatum: et quod nõ sit exiguus homo. Quod Christus dicitur, habitu inuentus vt homo, *Aug. lib. de diuersis quæstionibus, q.73. profundius examinat. Multis enim modis habitum dicimus, inquit. 1. vel habitum animi, sicuti est disciplinæ cuiusque perceptio vsu roborata atque firmata. 2. vel habitum corporis, secundum quem dicimus alium alio succulentiorem esse & validiorem, quæ magis propriè habitudo dicitur.*

Interpret.& obseru.morum.

similia: per hæc se talem hominibus ostendens qualis erat per naturam. Quis hanc Christi exinanitionem admirari satis posset? Quis verbis explicare queat? Psalm. 8. Quid est homo quod memor es eius, aut filius hominis quia visitas eum? An magnæ exinanitioni tribueretis si rex laborãtem agricolam defessum conspiciens, eius veste indueretur, & ligone sumpto pro eo terram coleret: aut si minimum seruorũ suorum videns, non modo eius obsequium non requireret: sed & ei ministraret? En Christus non venit ministrari sed ministrare, & dare animam suam in redemptionem pro multis. Num suorum pedes lauit? Ioan. 13. Num illis ministrauit? Luc. 22. Quid est igitur quod nos sublime sapiamus, quod magna ambiamus, cùm intelligamus dominũ nostrum Iesum Christũ adeo exinanitum? Humiliauit semetipsum vtiq; quia ppria volũtate defectus nostros assumpsit: factus patri obediens vsque ad mortẽ: mortẽ autem crucis. Amplificatio est illius quod prædixit, Exinaniuit semetipsum, &c. Exinanitio enim filij Dei non est euacuatio, sed humiliatio: vt qui paulominus minoratus est ab angelis. Non enim angelos apprehendit, sed semẽ Abrahæ, Hebr. 2. Porrò humiliationem Christi exaggerat speciem mortis quam subijt, assignans vt quæ esset omniũ grauissima & probrosissima.

Interpret.& obseru.morum.

Quis enim Deus bone! credat filiũ tuum vnigenitum, tibi coequalem & consubstantialem adeo se deiecisse, si non fide id sibi persuaderet? Quis vt omniũ hominum se seruum faceret, è summa gloria ad summã ignominiam, è summa maiestate ad extremam infirmitatem & pauperiem, è regno ad exilium se demitteret, pro seruis, etiam pro inimicis, mortem etiam omniũ turpissimam sustineret? Si rex miserrimum homuncionem, quauis morte dignum in hostem pugnantem considerans, sese inter ictus medium reddat, opponat hosti, ferat vulnera, mortem etiam ipsam subeat, vt homuncionem eripiat: quis satis tantam regis & bonitatem & humilitatem admiretur? Immò quis non stolliditati potius extremum hoc periculũ adscribat? Et nos vtique Deo inimici eramus, Rom.5. in hostem pugnabamus, immò & ab hoste pręmebamur: mediator intercessit Dei filius, totius orbis Monarcha & opifex, vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra (Esai.63.) immò vt nos erueret turpissimam mortem sustinuit. Pudeat igitur nos qui tam frigidi sumus in diligẽdis fratribus, in remittendis eorũ in nos offensis, cùm tot nobis bona Christus indulserit, & tot mala pro nostris iniquitatibus pertulerit.

Propter quod & Deus exaltauit illum.

Obseruat. doctrinæ.

3. *Vel habitum eorum quæ membris nostris accõmodantur extrinsecus: secundum quem dicimus vestitum, calceatum, & eiusmodi. In quibus omnibus generibus, siquidem nomen dictum est ab illo verbo quod est habere, manifestum est in ea re dici habitum, quæ accidit alicui, ita vt poßit eam etiam non habere. Nam & doctrina accidit animo, & succus ac robur corpori, & vestis & arma membris nostris: ita vt et his ipsa subiecta carere possint. Attamen etsi hæc omnia accidant, quędam eorum vt habitum faciant non mutantur à nobis, sed ipsa nos mutant, in seipsa integra & inconcussa manentia: vt sapientia cùm accidit homini, non ipsa mutatur, sed hominem mutat, quem de stulto sapientem facit. Quædam verò sic accidunt vt mutent, & mutẽtur: sicuti cibus, & ipse mutans speciem suam in corpus nostrum vertitur, & nos refecti, ab exilitate atque*

Sicut

Obserua doctrinæ.

languore in robur atque valentiam commutamur. Tertium genus est cùm ipsa quæ accidunt mutantur, vt habitum faciãt sicuti est vestis. Nam cùm proiecta vel reposita est, non habet eam formam quã sumit cùm induitur atque inducitur membris. Potest etiam esse quartum genus cùm & ea quæ accidunt ad faciendum habitum nec mutãt, quibus accidunt, nec ab eis ipsa mutãtur, sicut annulus in digito, si non nimis subtiliter attendatur. Verumtamen hoc genus aut nullum est, si diligenter discutias, aut omnino rarißimum. Quum igitur Apostolus de vnigenito Dei filio loqueretur, quãtum pertinet ad diuinitatem eius, secundũ id quod verus Deus est, æqualem esse dixit Patri, quod non ei fuit rapina, id est, quasi alterum appeteret. Latuisset itaque misericordię opus, si semper manens in ea æqualitate nollet hominem indui, et hominibus, vt homo

Interpret.& obseru.morum.

Sicut per vnius hominis inobedientiam peccatores constituti sunt multi: ita & per vnius Christi obedientiam, iusti constituentur multi, Rom.5. Et sicut per obedientiam in immolãdo filio Isaac, Abraham iustificatus est (Iacob.2.) & Isaac hæreditatis repromissionem accepit: ita Christus hac obediẽtię via summam gloriam adeptus est. Adeo vt verè dictum ab ipso sit, Matth. 20. Qui se humiliat exaltabitur: & qui se exaltat humiliabitur. Humiliamini igitur in conspectu Dei & exaltabit vos, Iacob.4. Gloriam enim præcedit humilitas. Exaltatus est Christus, quãdo datus est caput super omnem Ecclesiam, cùm ascendit super omnes cælos, vt adimpleret omnia (Col.2. & Eph.4.) & constituit illum Deus ad dexterã suam in cælestibus super omnem principatum & potestatem & virtutem. Sic enim oportuit pati Christum & intrare in gloriam suam, Luc.24. vt post resurrectionem diceret (Matt. 28.) Data est mihi potestas in cælo & in terra, Psalm.8. Omnia enim ô Deus, subiecisti sub pedibus eius. Adeò vt nũc videamus eũ qui paulo infra angelos minoratus est, ꝓpter passionem mortis suæ gloria & honore coronatum, Hebr.2. Et dedit Deus Pater illi Christo Iesu nomẽ saluatoris & redemptoris, quod est super omne nomen. Nec enim (inquit Petrus Act.4.) est aliud nomen sub cælo datum hominibus, in

Interpret. & obseru. morum.

quo oporteat nos saluos fieri. Huic enim omnes Prophetæ testimoniũ perhibẽt (Act 10.) remissionem peccatorum accipere in nomine ipsius. Eius virtutem senserunt ægri: quos Apostoli pristinæ sanitati restituerunt: & omnium maxime is quem Petrus ad ianuam templi speciosam in pedes erexit, dicens, In nomine Iesu Nazar. surge & ambula, Act. 3.

Vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium & infernorum.

Id est, inquit Primasius, vt omnes simul adorẽt hominem assumptum in verbum. Genuflexio enim hîc adorationem indicat. Nomẽ enim id illi ob humanam naturam contulit Pater, vt filius in carne dicatur & Deus & adoretur.

& omnis lingua confiteatur, quia dominus noster Iesus Christus, in gloria est Dei Patris.

Hoc est, in natura & gloria deitatis eiusdem scilicet gloriæ & maiestatis. Omnis lingua, id est, & Græci & Hebræi, & Latini, & cuiusuis idiomatis fideles profitentur illum Patri æqualẽ, verũ Deum & hominem, & vere adorandum, Daniel. 7. Omnes tribus & linguę seruient ei, Galat. 3. Nõ est Iudæus neque Græcus: nõ est masculus neque fæmina, sed vnum simul omnes in Christo. Apocalip. 4. Viginti quattuor animalia requiem non habebant die ac nocte dicentia, Sanctus, &c.

Huius

Obseru. doctrinæ.

apparere. Proinde exinanivit semetipsum, nõ formam suam mutans, sed formam serui accipiens: neque conuersus & transmutatus in hominem, amissa incommutabili stabilitate. Ipse enim habitus non est ex primo genere: non enim manens in se natura hominis, naturam Dei commutauit: neque ex secundo: non enim & immutauit homo Deum, & immutatus ab illo est: Neque ex quarto: non enim sic assumptus est homo, vt neque ipse mutaret Deum, nec ab illo mutaretur: sed potius ex tertio: sic enim assumptus est, vt commutaretur in melius & ab eo formaretur ineffabiliter excellentius atque coniunctius quàm vestis ab homine cùm induitur. Illum enim habitum qui est in perceptione sapientiæ, Græci ἕξιν vel χέσιν vocant: hunc autem, secundum quem dicimus vestitum vel armatum χῆμα potius appellant. Ex quo intelligitur

Obseru. doctrinæ.

telligitur de isto genere habitus locutum Apostolum, quandoquidem in Græcis exemplaribus χῆμαπ scriptum est, quod nos in Latinis habitum habemus.

Quod Christus exaltatus dicitur, id non secundum diuinitatem, qua semper exaltabatur, sed secundum humanitatem intellige. Exaltauit enim Pater Christum multis modis: videlicet in resurrectione, dando illi corpus gloriosum, quale ante passionem non habuit: In Ascensione constituens eum ad dexteram suam: In prædicatione quoque Euangelij per totum mundum, per quam Christus in cordibus hominum fidem recipientium exaltatus est. Sic quoque secundum diuinam naturam exaltatus est, quantum ad manifestationem hominibus factam. Per miracula etiam Deus exaltauit Christum, vt & Act. 3. ex verbis Petri liquet. Ceterum omnia quæ ad glorificationem corporis Christi, & accidentale premium eius pertinent, ipse sua humilitate, obedientia, & paßione promeruit: quamuis etiam ex aliis causis hæc sibi deberentur: nimirum propter vnionem carnis cum verbo beatificam ab instanti conceptionis. Hæc Dionysius Carthus.

Quod verò Christo nomen donatum esse dicitur super omne nomen, Basilius libr. 3. & 4. in Eunomium, & Athanasius oratione secunda contra Arrianos sic interpretantur: vt non proinde tamen sequatur maiorem eum fuisse post incarnationem, quàm antea fuerit. Tale est (inquit Basilius) & illud, data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. In humani-

Interpret. & obseru. morum.

Huius exaltationis typum gessit Ioseph, qui post multas afflictiones, post carceris angustias in regium tandem honorem euectus.

Discite igitur charissimi ex hac Christi in nos charitate alterutrum diligere, & subsidiũ inuicem ferre. Ex ipsius summa humilitate discite non sublime sapere, sed humilibus consentire. Ex summa illius obedientia quæ Dei sunt & quę Christi discite quærere, non quæ vestra: vt tandem illum secuti per vitæ conuersationem, sequamini ad supercelestem gloriam.

Obseruatio doctrinæ.

tate igitur, & non in deitate hæc intelligenda sunt. Hæc Basilius. Porro Athanasius, Quomodo, inquit, accepit nomen vt adoraretur, qui semper in suo nomine adorabatur? Certè priusquam fieret homo, clamabāt sancti, Psal. 53. Deus in nomine tuo saluum me fac. Et, Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine Dei nostri, &c. A Patriarchis ergo adorabatur. De angelis autem scriptum est. Et adorent eum omnes angeli Dei. Si igitur Dauid in Psal. 71. ita canit, ante solem permanet nomē eius, & ante lunam in sæcula sæculorum: quomodo illud accepit, quod semper habuit antequam illud acciperet? Resoluit tandem eodem modo, quo D. Basilius. Nimirum id de humanitate intelligi, quæ per Christi paßionem accepit nomen maiestatis in vnione hypostatica, & gloriæ. Nomen quoque Christi effusum esse, & peramplius post paßionem celebratum & honoratum esse, est (inquit Theophilactus in hunc locum) & dispensatum humanæ naturæ vnius Christi. Filius Deus: Etenim homo filius Dei, quemadmodum Angelus dixit, Et quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei, Luc. 1. D. Ambrosius, Certe nomen, inquit, quod super omne nomen est, Dei nomen est. Sed si per naturam non constat hoc nomen, non est super omne nomen. Hinc colligitur quod Christus verus Deus fuit secundum naturam, contra Arrianos. Accepit ergo nomen, non q. non prius haberet, sed quia non in vnione carnis, aut accepit vt celebraretur, quod prius habebat, sed hominibus ignotum. Nec enim ante Christi aduentum, mysterium Trinitatis, & maiestatis filij Dei reuelatum erat. Porrò idem Pater Ambrosius gloriam nihil differre à Deo dicit: vt vna gloria sit Patris & filij per communem substantiam & virtutem. Est enim hæc vnitas naturæ. Hoc ergo omnis lingua confitetur, cùm filium esse coæqualem Patri prædicat. Illam verò suæ maiestatis, quam ab æterno cum Patre habuit celebrationem, sibi promeruit à tempore per paßionem: quoniam insimul & humana natura propter eius vnionem conglorificatur.

ORATIO.

ORATIO.

DOmine Deus Pater benignissime, cuius vnigenitus & coæqualis filius tantam humilitatis formam prætulit, adeò vt serui formam acceperit, & in peccatorum hominum similitudinem factus sit: immò se peccatorem nuncupari ab impostoribus Pharisæis passus sit: tantam obedientiæ perfectionem in se exibuit, vt seipsum morti etiam probrosissimæ obtulerit: tantum charitatis feruorem, vt pro iniustis & impiis peccatoribus mortem crucis pertulerit. Da quæsumus idipsum in nobis sapere quod in illo demiramur & perspicimus: insere pectoribus nostris veram humilitatem, obedientiam & charitatem, vt tibi ad mortem vsque obediamus & obsequamur, sub potenti manu tua humiliemur, & fratres eo prosequamur charitatis affectu, quum filium tuum vnigenitum dedisti in redemptionem nostram. Da etiam vt eius gloriosissimum nomen honorantes, sic eius in omnibus vestigia sequamur, vt ad vitam perueniamus æternam. Per eundem dominum nostrum Iesum Christum. Amen.

Universidad de Deusto

Index Homiliarum & Euangeliorum.

In die cinerum Euangelium Matth.6. fol.1.pag.1.
Feria 5.post cineres Euang.Matth.8. fol.7.p.2.
Feria 6.Euang.Matth.5. fol.14.p.2.
Sabbato post cineres Euang.Mar.6. fol.22.p.2.
Dominica prima quadragesimæ Euang.Matth.4. f.8.p.2.
Feria 2.Euang.Matth.25. f.34.p.2.
Feria 3.Euang.Matth.21. f.41.
Feria 4.Euang.Matth.12. f.46.p.2.
Feria 5.Euang.Matth.15. fol.51.
Feria 6.Euang.Io.5. fol.57.pag.2.
Sabbato in idem Euangelium altera homilia. f.62.
Dominica secunda Euang.Matth.17. f.66.p.2.
Feria 2.Ioannis 8. fol.73.
Feria 3.Matth.23. f.78.p.2.
Feria 4.Matth.20. fol.85.
Feria 5.Lucæ 16. fol.91.
Feria 6.Matth.21. fol.99.
Sabbato, Lucæ 15. fol.105.
Tabula secunda in alteram partem eiusdem Euangelij. fol.109.
Dominica tertia Lucæ 11. fol.114.pag.2.
Feria 2.Lucæ 4. f.121.p.2.
Feria 3.Matth.18. fol.126.p.2.
Feria 4.Matth.15. fol.132.
Feria 5.Lucæ 4. fol.138.pag.2.
Feria sexta Euangelium Ioannis 4. fol.143.
Eadẽ feria 6.in reliquũ eiusdem Euangelij tabula 2. f.147.p.2.
Sabbato Euang.Io.8. fol.153.
Dominica quarta quadragesimæ, Euang.Ioannis 6. fol.158.
Feria 2.Euang.Ioannis 2. fol.165.pag.2.
Feria 3.Ioannis 7. fol.170.p.2.

Feria 4.

Feria 4.Ioannis 9. fol.177.pag.2.
Feria quinta Lucæ 7. fol.187.
Feria sexta Ioannis 11. fol.191.
Sabbato Euang.Ioan.8. fol.202.
Dominica in paßione Euangelium Ioan.8. fol.207.
Feria secunda Euang.Io.7. f.216.p.2.
Feria 3.Ioannis 7. fol.221.pag.2.
Feria 4.Euang.Io.19. fol.227.
Feria 5.Lucæ 7. fol.233.pag.2.
Feria 6.Ioannis 11. fol.345.loco 245.
Sabbato Euang.Iaonnis 17. fol.350.loco 250.pag.2.
Dominica in Ramis in Euang.Matth.21. f.356.loco 256.
Eadem Dominica in epistolam, Humiliauit semetipsum, Phil.2.
Tabula habetur. fol.365.loco 265.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CATHALOGVS PIORVM ECCLESIÆ patrum, ex quorum ſcriptis, ceu interpretationes, ceu obſeruationes homiliarum ſequentium depromuntur.

Auctores qui Chriſti aduentum præceſſerunt.

Sibilla Erythræa.
Mercurius Triſmegiſtus.
Rabbi Moſes Hadarſan.
Rabbi Moſes filius Maimois.
Beroſus Chaldaicus.

Qui Chriſtum ſecuti ſunt.

Anno domini.		*Anno domini.*	
	Philo Iudæus.	200	S.Hippolytus epiſcopus & Martyr.
	S.Iacobus F.domini.		
	Ioſephus Iudæus.	220	S.Iuſtinus Martyr.
40	S.Abdias Babylonicus qui Chriſtum vidit in carne.	225	Athenagoras.
			Clemens Alexandrinus.
	Seneca.d.Pauli auditor.	230	Origenes Adamantius.
50,	S. Ignatius. Ioannis diſcipulus.		S.Sozimus papa.
			S.Methodius.
	S. Nicodemus Chriſti diſcipulus.	260	S.Cyprianus Martyr.
		261	Tatianus.
60	S.Hermas.S.Pauli diſcipulus.		Ammonius Alexandrinus.
			Victor Capuanus.
62	S. Martialis Chriſti diſcipulus.	300	Arnobius Preſbyter.
		316	S.Antonius magnus Abbas
90	S.Dionyſius Areopagita.		Simplicius Papa.
100	S.Clemens Papa &Martyr.	330	S.Athanaſius Alexãdrinus.
110	S.Linus Papa & Martyr.	332	Euſebius Pamphili.
112	S.Aurelianus Lemouicẽſis.	345	Ioannes Clymacus.
180	S.Irenæus Lugdunenſis.	350	Euſebius Emiſſenus.
190	Tertullianus Afer.		S.Macarius Ægyptius.
	Theleſphorus Papa &Martyr.		Petrus Alexandrinus.
		360	S.Hilarius Pictauienſis.

Anno domini.	
365.	S.Optatus Mileuitanus.
370	S.Basilius magnus.
375	S.Gregorius Nissenus.
378	S.Gregorius Naziãzenus.
	Lactantius firmianus.
	Theophylus Alexãdrinus.
378	& Cyrillus Hierosolymitanus.
	Marcus Eremita.
	Maximus Martyr.
	S.Prudentius.
	S.Germanus.
380	S.Effrem Edessenus.
390	Palladius.
	Georgius Pachymeres.
395	S.Ambrosi⁹ Mediolanẽsis.
396	S.Ioannes Damascenus.
400	S.Hesychius.
405	S.Hieronymus.
410	S.Epiphanius.
	Philasterius.
412	S.Ioannes Chrysostomus.
414	S.Nectarius.
420	S.Atticus Constantinopolitanus.
	Seuerus Sulpitius.
421	S.Maximus Taurinensis.
425	S.Augustinus Hipponẽsis.
426	S.Pontius Paulinus Nolanus.
427	Sedulius Episcopus.
	Iuuencus Presbyter.
434	Ioannes Cassianus.
	Helyodor⁹ episcopus Trecensis.
435	Mercurius Sozomenus.
437	S.Cyrillus Alexandrinus.

Anno domini.	
	Photius Græcus.
437	Ruffinus Aquileiensis.
459	Socrates scholasticus.
440	Eucherius Lugdunensis.
	S.Primasius Iustinopolitanus.
441	S.Leo Papa.
	S.Sophronius.
450	Theodoretus Cyrensis.
	Georgius Alexandrinus.
	Procopius Gazæus.
	Gelasius Papa.
450	Petrus Chrysologus.
452	S.Vigilius Tridentinus.
455	Prosper Aquitanicus.
480	Fulgentius.
490	Vincentius Lirinensis.
	Euthymius.
	Synesius Ptolomaidis Episcopus.
	Paulus diaconus.
	Iunilius Africanus.
	Isidorus.
500	Victor Vticensis.
	Cassiodorus.
	Zonaras.
	S.Remigius.
	Michaël Syngelus,
	Rabanus.
530	S.Gregorius Papa.
600	Theophylactus.
	Oecumenius.
	Alcuinus.
	Gregorius Turonensis.
	Adonis Viennensis.
	Suydas.
	Radulphus Flauiacensis.

Recentiores & qui sexcentos primos annos secuti sunt absque temporum obseruatione eo tibi lector ordine reponimus.

Nicephorus callistus.
Druthmarus monachus.
S.Bernardus.
Petrus Venerabilis Cluniacensis.
Venerabilis Beda.
S.Anselmus.
Lanfrancus.
Guitmundus.
Albertus magnus.
S.Thomas Aquinas.
Thomas Vvald en Carmelita.
Gratianus.
Petrus Lombardus.
Rupertus Abbas.
Hugo Eterianus.
Dionysius Carthusianus.
Nicolaus de Lyra.
Sabellicus.
Simon Fontanus.

Concilia quædam.

Apostolorum canones.
Nicenum concilium.1.
Carthaginense.1.& 4.
Agathense.
& alia nonnulla quæ inter legendum occurrent.

Historiographi ex humanioribus selecti, præter eos qui Ecclesiasticas historias descripserunt.

Herodotus.
Diodorus siculus.
Diogenes Laertius.
Plutarcus.
Valerius magnus.
Macrobius.
Iustinus.
Annales Franciæ.
Alexander ab Alexandro.
Strabo.
Plinius.
Sleidanus Cinglianus.
Et alij permulti.

Erunt sapientes eos qui te coeperunt et sibi erunt exactores suos. Esaiæ. 14.

Jebusej. 17. exuige due 17.
ad Soc. [illegible] fecit vt sentiens
[illegible] singulare certamen.
Sed supplantetur
vt in Tempestuum fremisset. vide. Ioan. Gue Job. 14.
p. soc. Job. Jerem. 31. [illegible] dabitur vobis, Loq. Isaiae. 14.
quid [illegible] prendit. vt in vacum [illegible] dei non [illegible]
vt [illegible] vt salus fuerat [illegible]
Sui dubie [illegible] in Job. ideirco [illegible]
2. [illegible] dubia. ego dicit in desertum vbi omnia videntur
deffe. quomodo sic dentat fuerit vidi. Mosy ad apy contradic.
Sugue dent. fuerebicatur si ad eum statum in [illegible]
cum Bestijs ambulet. [illegible] Aterna [illegible]
et [illegible] ferri [illegible] est ferre [illegible]
et [illegible] et impium. quid ergo ambulare cum [illegible]
R. ideo Duci Gremm vt deserum. vt intelligent si. hinc
Maiorem filij Iniquitatem esse cum videtur esse maiori
difficult. Detenty. ?
Patrum. enim Abest. In Jurium fecerit [illegible]
dicens in deserum. vt [illegible] deserum esset loq. [illegible]
p. soc vide. Ambrosium non enim fui erat [illegible]
non sua non Patrum
p. quid est cum Bestijs. sine non [illegible] Immo occasio
boni quod in soc intend. vt [illegible] in nabuchodon
dum [illegible] erit salus. sua Domo [illegible]
excelsi in regno suum.
p. soc. loq. Jerem. 31. de deserto in Jnibo. ego
faciet domui ~~Sortem~~ Israeli.
Mussi. Consilio [illegible] cum se credit esse solum accedit
Agili
Nisi vt nullo. deserat [illegible]
loq. Heli cum credit se solum ostendit ei [illegible]
exhibeamus nos ministros sicut dei ministros
Observabo me ab Jniquitate mea. vide [illegible]
Dicy. soc. rex esse. si solum cum Bestijs accedat. sue [illegible]
esset molestie. si quis edere non intendere. vt agitur cum
[illegible] qui volunt [illegible]
10. [illegible] Dan. [illegible] Subita. sine de vita agitur Ezechiel. Remedium
[illegible]

p. Jeremi. Se emptum David
p. soc de [illegible] dei
Sine soc Apostoli Jeremy. Soc gen. Lymor non est
nisi in [illegible] Jeremis
Immo. ei Gen. [illegible] cum Lymone [illegible]
Arma Justa [illegible]
si [illegible] Gula peccauit. Bernardy.
vide. Joco. Ezech. 1°. Filij [illegible] cum Scorpionibus
habitij.
Ps. 56. Dentij eorum. Arma et Sagitte et lingua eorum
gladij acuti.
Dentes. 1°. Interdicebat [illegible] ne cum
gentibus amicitiam [illegible]
ne [illegible]
nota. ideo Jeremium Amplecti et Intelligamus
nos p. aliam viam ad Patriam nostram Redire
oportere relinq. Regem Magnum
Paradisum et Celum amissum Dei Filij [illegible]
Prohibentiam. Incredibilem redemptorem deo
et Corpulum.
Recuperandi est p. similit. obedientiam
fidem Charit. Patientiam et Abstinentiam
Paulus. 2. Cor. 6. In Jeremijs et virginibus exhibeamus
nos Ministros dei
nota ex Plin. Rethorem. Celium Plinij
qui se Justum Similius nominis Jeremiae
Ferme. 8. fol. 33.
nota Cond. Scorpionis et Zalmam mortuo
[illegible] Dyonica cum [illegible] vide [illegible]
nota. p. Scorpio etiam ad no cecidum se armat
Jeremio. Milem p. Hutum Sorg Jeremi interfecit
Scorpionem.
Scorpij nullum animal edit quod carent sanguine
Ley. Deuteronomij. 12. Sane Sanguinem non comedes
Manita Tullij notetur exide carnis. Jeremia [illegible]

Tentatio importuna, qua Perfectae nititur etiam
se esse Jebusaeum qui tollit de sinu J. quietem.
Christi sic tentat importuna dicebat
per Psalmistam exurge domine praeveni eum
J. qui fortium. eloquium a Dno. Jerem. 31.
Ecce dies in J. clamabunt custodes in
Vide Samariae et in monte Ephraim.
Surgite ascendamus in Sion ad dominum
deum nostrum. Haec dicit dominus J. Exultate
in laetitia. Jacob et laudate capite
gentium. Personate laudate et dicite. Salvum
domine populum tuum reliquias Israel J.
vide Glossam.
Sic erat petitio. Responsum. ducitur a Christo
Sancto in desertum, vt tentetur a diabolo.
S. vt omittat Phantasiam sanae importunae
tentat. p. quo loco J. sancti
quidem in hoc praetendit. sane. Hortamur vos
ne in vacuum gratiam dei accipiatis extendere
cum vitio.
vt enellat. apud Jeremiam
praecepit ab eis omne praeceptum. Jeremiae. cap. 14
Tentatio multa, velati tentat, Moysi ad aquam
contradictionis. et alia nunquid poterit saturare
carnis. in solitudine
Ad sanc vincendum. tendit in desertum certam
fuit tentandi vt vincat.
Hoc Jeremi 31. qui dispersit Israel congregavit
eum. et custodiet eum Jesus pastor gregem suum.
qui habitat in coelis irridebit eos dominus
Subsannabit eos. vide in Richardo expositionem
fol. 123.
J. tollitur ex spinis uvas. aut ex tribulis ficus
Nota. locus. Num. 27. non est invenit Israel et non ea
in nunc Joh. 7
Nebuc. 7. Ex urge domine J.

1 Importuna remedium. Aperire oculos et
exulet cum Christo tentato, nondum vacuum

2 Multa remedium. Confidat in deo fortes
Item in Antiochum fidei et confirmatorem
Petrum. Quibus eos qui stetit J. Zeniens
Jerem. 31.
Subite remedium. Praevenire, cum se ingesset
Sed Christi me domine et eruet animam meam
ab inquietate mea. quia multi sunt qui
vide Psalm. occulte remedium. Consilio fragilitatem
Christi.

5. violenta remedium, non commertere lapides
in gaudio. J. Intelligit non in solo pane J.

6. Perplexa remedium, non tentare

7. fraudulenta remedium. Indignari pro
Honore dei. vade retro satana J.
Haec est periculosissima. Respondere
se in Sam. in quo quidlibet audendi fit
licentia aqua potestas

---

p. 2. cum bestiis ambulare
p. 2. quibus cum exurgimus. Remedium est
Psalmum. p. 60. de Daniele ex Psal. 4. Cor
notabiliter. Joh. 14. Signasti animam meam in saeculo delicta
mea. sed dirasti iniquitate mea. vide Psalm.

Job. 16. Hodie mea sedebit lilio oculi
me indulgent vide Psalmum

vt discerent filii eorum Israel et Israel
et habere capitis studium prudentiae
ne experiantur. et vt erudiret
et obliviscere et tuae tentare
per Interpretem Aquilam

Universidad de Oviedo
Biblioteca